



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>






NAME
ISLE



May 10, 1988



600091796



✓
✓
✓





HUGO GROTIUS

DE

VERITATE

RELIGIONIS CHRISTIANÆ.



HUGO GROTIUS
DE
VERITATE
RELIGIONIS CHRISTIANÆ.

CUI ACCESSERE
JOANNIS CLERICI,
SECUNDUM TERTIAM EJUS RECENSIONEM,
NOTÆ,
ET LIBRI DUO,
DE ELIGENDA INTER CHRISTIANOS DISSEN-
TIENTES SENTENTIA,
ET
CONTRA INDIFFERENTIAM RELIGIONUM.

OXONII,
E TYPOGRAPHEO CLARENDOIANO.

M D C C C X X .

124 . f. 8



LECTORI MONITUM.

MULTA, quæ in hac nova editione præstitimus, paucis accipe, Lector benevole. Grotii tibi liber exhibetur fideliter descriptus ex editione Parisiensi anni 1640. cui Auctor ipse præsto fuit; in qua prima Annotationes Textui adjecit; et post quam, in quinquennio quo ei in lucem datæ superstes erat, alteram non edidit. De *Textu*, iteratis a Grotio editionibus jam perpolito, ad ea quæ pp. 381 — 383. notantur hoc unum addemus; nos Titulos Sectionum, qui a Grotio nulla Textus intercedentia ad exteriorem Paginæ oram sunt appositi, et justis in locis disposuisse, et varia interpunctione, ad Scriptoris mentem, grammatice sibi cohærere fecisse. In corrigendis *Annotationibus*, ab Auctore semel tantum edi-

tis, incredibilis fuit molestiarum moles, ab anteactis Clerici laboribus non multum elevata: innumeri veterum Scriptorum loci erant eruendi et accurate laudandi, plurima menda tollenda, interpretationes Latinæ hic illic reficiendæ. Tres quoque novas notulas scripsimus, pp. 239, 258, 297. charactere *O* designatas; et librorum laudatorum Catalogum operi subtexuimus. Denique Clerici libros, juxta auctissimam eorum editionem quæ prodiit anno 1724. Hagæ-Comitis, recudi curavimus, et ipsos a nobis in viginti circiter locis castigatos. Cum vero in Orthographia diversi abeunt Grotius et Clericus, ille in plerisque *νεωτερίζων*, hic rudioris antiquitatis amantissimus; nos utriusque quod est proprium servavimus, ut in ipsa vel Romanorum Lingua suum cuique Romano Jure tribuatur.

RICARDUS HEWITT.

COLL. HERT.

vii. *Calendas Novembris,*
A.D. 1807.

VERITATIS ET VIRTUTIS

AMANTIBUS

S. P. D.

JOANNES CLERICUS.

VOBIS solis, si verum hic dicendum sit, quemadmodum omnino puto; vobis, inquam, solis scriptus est et dicatus liber Summi Viri Hugonis Grotii, qui Veritatem ac Virtutem amatiss. Sine eo amore, non potest placere hoc opus, quod eo tendit ut Veritatem Evangelicam, ab omnibus partibus ac factionibus alienam, in clara luce collocet; idque eum in finem, ut Virtutem, eamque itidem Evangelicam in animis pariat. Verum, ut vis earum probare sentiatur, oportet animum antea amare id quod verum et rectum est; qui enim mendacii amici sunt, et vitio addicti, non possunt ejusmodi cognitionibus adfici. Alioquin aurei libelli lectio prorsus est inutilis. *Estote factores*

Verbi, ait Jacobus Ep. cap. i. 22. et seqq. et non auditores tantum, fallentes vosmet ipsos ; quia si quis auditor est Verbi et non factor, hic comparabitur viro consideranti vultum nativitatis suæ in speculo ; consideravit enim se, et abiit, et statim oblitus est qualis fuerit : qui autem perspexerit in legem perfectam libertatis et permanserit in ea, non est auditor oblivious factus, sed factor operis ; hic beatus in facto suo erit. Qui legit hoc Opus de *Veritate Religionis Christianæ*, ejusque dogmata et præcepta perspexit, nec tamen melior fit ; is in deteriore statu est, quam si numquam legisset. Eo enim non spectat ut nos tantum doctiores, sed potissimum ut meliores faciat. Epictetus, Stoicæ sectæ decus, homini qui se in Philosophia profecisse putabat, cupiebatque ab Epicteto interrogari de doctrina quæ erat in Libro Chrysippi de Adpetitu, ut videret quam adtente eum librum legisset, hoc responsum dedit : *Mancipium, non id quæro ; sed quomodo persequaris et fugias ; (bona ac mala;) quomodo adpetas atque averseris ; quomodo res adgrediaris ; ut adsentiaris et te præpares ; naturæ convenienter, an contra : si convenienter quidem, ostende mihi, et dicam te proficere ; sin minus, discede.* Dissert. lib. i. c. 4. Sic et

quisquis legerit hoc Grotii opus, et quæ ei sunt ad calcem adjecta, meliorque factus fuerit, is demum profecisse jure censebitur; sin vero maneat in pravis habitibus doctrinæ Evangelicæ hic traditæ contrariis, nihil profecisse merito judicabitur, et indignus qui talia legeret; quæ non tantum eo spectant ut doctiores ab eorum lectione homines abeant, sed potissimum ut meliores fiant atque ad ultimum usque halitum maneant. Quod Lectoribus nostris, non secus ac mihi, opto et voveo. Valete.

*Dabam Amstelodami, Calendis Martiis Anni a
C. N. MDCCXXIV.*



LECTORI

S. P. D.

JOANNES CLERICUS.

CEPERAT Bibliopola consilium de recudendo hoc opere Grotiano, cum eum monui multa et gravia esse menda, in prioribus editionibus relicta, præsertim in testimoniosis Veterum; quæ e re ejus erat emendari: et paucula, non sine fructu, in Notis addi posse; nec fore ingratum aut inutile Lectori, si subjungeretur libellus, quo ostenderetur ubi inveniatur quam purissima Christiana illæ Religio, cujus veritatem demonstravit vir summus. Ille vero continuo me orare, ut hoc in ejus gratiam præstare vellem; quod, et pro observantia qua Grotii memoriam colo, et propter rei utilitatem, non illibenter suscepi. Quomodo autem præstiterim, tui erit, LECTOR CANDIDE, iudicii. Per multa vitia Typothetarum emendavi; pluraquæ forte emendassem, si potuissem

omnia loca invenire. Notulas perbreves addidi; quod satis uberes jam essent subjectæ, nec plures postulare a me res ipsa videretur. Eas a Grotianis nomen meum distinguet. Deinde libellum Grotianis adjeci, de eligenda inter dissentientes Christianos sententia Ecclesiæque; in quo spero me nihil præter mentem magni viri, aut certe præter veritatem protulisse. Argumentis usus sum, quæ cuivis paullo prudentiori probarentur, facilibus, nec longe accessitis; atque ita statui gerere se in hoc negotio Christianos oportere, quemadmodum in gravissimis vitæ negotiis prudentissimi quique sese gerere solent. Abstinui ab omni acriore controversia, dictisque quibusvis acerbioribus; quæ abesse debent ab omnibus nostris de Religione judiciis, si modo per adversarios liceat. Stylo simplici, nec calamistris ullis inusto, animi mei sensa exposui; prout in re tam seria fieri oportere censebam, ubi pondus argumentorum, non lenocinia verborum quæruntur. Quia in re, Grotium meum sum imitatus; et imitabuntur, ut puto, quicumque serio et animo argumenti gravitate perculso de ejusmodi rebus scribere adgredientur.

Dum autem hæc meditarer, misit ad me litteras eas, quas ad calcem videbis, Amplissimus juxta ac Doctissimus vir, et cuius singulari humaniti multum debeo, a Serenissima Magnæ Britannie Regina ad Regiam Celsitudinem Se-

reniss. Etruriæ Magni Ducus extra ordinem missus. Eas, cum bona ejus venia, commodum edi posse ad finem hujus voluminis judicavi, ut liqueret quid Grotius de Ecclesia Anglicana senserit; quæ quidem gratias ei habebit, ringentibus licet nonnullis hominibus, qui pugnantia inter se dogmata, Socinianismum, Papismum, imo et Atheismum, longe doctissimo et religiosissimo viro objiciunt; ne, ut opinor, immortalia ejus Scripta legantur, quibus inania eorum dogmata funditus evertuntur. Qua in re, ut in multis aliis similibus, frustra aliorum luminibus officere adhuc conati sunt. Sed iis Deus ignoscat, (aliud enim nihil imprecor,) et meliores eorum animis cogitationes injiciat; ita ut Veritatis et Pacis amore omnes tandem conjungamur, et in unum ovile sub uno pastore Christo conveniamus! Hoc te etiam, **OPTIME LECTOR,** vovere et exoptare nobiscum decet: et sic tibi sane Deus, tuisque omnibus adsit; prout rem, qua licebit, promovebis et omni ope adjuvabis! Vale.

*Dabam Amstelodami, Calendis Martiis Anni
MDCCIX.*

EIDEM S. D. J. C.

IIS, quæ ante octo annos dicebam, nihil est quod nunc adjiciam; nisi me, in hac secunda mea Grotii Editione, aliquot Notulas addidisse,

et plura menda e Veterum testimoniis sustulisse. Vale.

Dabam Amstelodami, Calendis Junii Anni MDCCXVII.

IDEM de hac tertia etiam intellectum velim: cui etiam addidi Libellum, quo eorum sententiam oppugnavi, qui perinde esse putant in quacumque Christiana secta vivant. Vale.

Ibidem, Calendis Martii Anni MDCCXXIV.

NOBILISSIMO AMPLISSIMOQUE DOMINO,
D. HIERONYMO BIGNONIO,
ADVOCATO REGIO
IN SUMMO AUDITORIO PARISIENSI,
HUGO GROTIUS.

Vir Nobilissime et Amplissime,

PECCEM in Justitiam ipsam, si tempora ei in augustissimo loco exercendæ debita alio divertam. Sed audacem me facit Religionis Christianæ tutela, pars Justitiæ tuique muneric magna. Neque Justitia sinit, ut accessio hæc ad quenquam prius perveniat, quam ad eum, ex cuius nomine magnam tituli superbiam liber præfert. Non dicam me partem poscere de otio tuo, quod tibi tam late diffusa muneric functio non concedit. Sed cum occupatis pro otio sit negotiorum mutatio, rogo ut forenses curas harum chartarum lectione distinguis. Ne sic quidem longe abibis ab actibus solitis. Au-

[xviii]

	Pag.
XV. Item ex Mosis veracitate et antiquitate,	25
XVI. Et ex testimonii extraneorum,	27
XVII. Probatur idem, quod supra, ex prædictionibus,	77
<i>Et argumentis aliis,</i>	79
XVIII. Solvitur objection, quod miracula nunc non conspicuntur,	81
XIX. Et quod tanta sit scelerum licentia,	82
XX. Ita ut sœpe opprimantur boni,	84
XXI. Retorquetur hoc ipsum, ad probandum animos superesse corporibus,	ibid.
XXII. Quod confirmatur traditione,	85
XXIII. Et quidem tali, cui nulla ratio repugnet,	88
XXIV. Multæ faveant,	91
XXV. Unde consequitur, finem hominis esse felicitatem post hanc vitam,	92
XXVI. Ad quam comparandam indaganda est vera Religio,	ibid.

LIBER SECUNDUS.

I. UT probetur titulum veræ Religionis competere Christianæ Religioni,	95
<i>Ostenditur Jesum vixisse,</i>	ibid.
II. Item eundem morte ignominiosa affectum,	97
III. Et tamen post mortem adoratum, etiam a viris sapientibus,	98
IV. Ostenditur ejus adorationis causam aliam esse non potuisse, quam miracula ab ipso edita,	ibid.
V. Atque hæc miracula non naturali efficacie, neque diabolice potentiae ascribenda; sed omnino a solo Deo profecta esse,	100
VI. Probat auctor, de ipsius Jesu resurrectione constare testimonii fide dignis,	103
VII. Solvit objectionem sumptam ab eo, quod resurrectio videatur impossibilis,	107
VIII. Docet, resurrectione Jesu posita, evinci dogmatis veritatem,	109
IX. Ostenditur Christianam religionem præstare aliis omnibus,	110

[xix]

	Pag.
X. <i>Idque a præmii propositi excellentia,</i>	110
XI. (<i>Hic solvitur obiter objectio inde sumpta, quasi dissolu-</i> <i>ta corpora restitui nequeant,</i>)	115
XII. <i>A præceptorum eximia sanctitate; circa Dei cultum,</i>	119
XIII. <i>Circa officia humanitatis quæ proximo debemus etiam</i> <i>læsi,</i>	123
XIV. <i>Circa maris et feminæ conjunctionem,</i>	127
XV. <i>Circa usum bonorum temporalium,</i>	131
XVI. <i>Circa iurjurandum,</i>	133
XVII. <i>Circa facta alia,</i>	134
XVIII. <i>Occurritur objectioni sumptæ ex controversiis, quæ</i> <i>sunt inter Christianos,</i>	135
XIX. <i>Probatur porro præstantia religionis Christianæ ex</i> <i>præstantia ipsius Magistri,</i>	136
XX. <i>Ex admirabili propagatione hujus religionis,</i>	141
XXI. <i>Præcipue si consideretur infirmitas ac simplicitas</i> <i>eorum, qui enim primis temporibus docuerunt,</i>	145
XXII. <i>Et maxima impedimenta, quæ homines retraherent</i> <i>ab ea amplectendu, aut a profienda deterrerent,</i>	147
XXIII. <i>Obiter respondetur his, qui plura aut validiora ar-</i> <i>gumenta requirunt,</i>	150

LIBER TERTIUS.

I. <i>ASSERITUR auctoritas librorum Novi Fæderis,</i>	153
II. <i>Docetur libros, qui nomina præscripta habent, eorum</i> <i>esse quorum nomen præferunt,</i>	154
III. <i>De libris olim dubitatis sublatam esse dubitationem,</i>	155
IV. <i>Libris sine nomine constare auctoritatem e qualitate</i> <i>scriptorum,</i>	156
V. <i>Probatur hos scriptores vera scripsisse; quia notitiam</i> <i>habebant eorum, quæ scribebant,</i>	157
VI. <i>Et quia mentiri solebant,</i>	159
VII. <i>Astruitur quoque inde scriptoribus fides, quod miraculis</i> <i>illustres fuerint,</i>	160
VIII. <i>Et in scriptis eorum multa sint, quæ eventus compro-</i> <i>bavit divinitus revelata esse,</i>	163

IX. <i>Tum etiam ex cura quam decebat a Deo suscipi, ne falsa scripta culycerentur,</i>	164
X. <i>Solvitur objectio, quod multi libri a quibusdam rejecti fuerint,</i>	ibid.
XI. <i>Refutatur objectio; quasi his libris contineantur impossibilia,</i>	168
XII. <i>Aut a ratione dissona,</i>	ibid.
XIII. <i>Solvitur objectio illa, quod his libris quædam inter se repugnantia contineantur,</i>	170
XIV. <i>Solvitur alia ex testimoniosis extrinsecis: ubi ostenditur ea magis esse pro his libris,</i>	172
XV. <i>Denique solvit illa de immutata scriptura,</i>	174
XVI. <i>Probatur denique auctoritas librorum Veteris Fœderis,</i>	178

LIBER QUARTUS.

I. <i>REFUTANTUR specialiter religiones a Christiana discrepantes,</i>	195
II. <i>Ac primum quidem Paganismus. Ostenditurque unum tantum esse Deum: Mentes vero creatas bonas esse, aut malas: bonas non colendas, nisi ad præscriptionem summi Dei,</i>	196
III. <i>Probatur malos spiritus a Paganis adoratos, et quam id sit indignum,</i>	198
IV. <i>Disputatur contra cultum exhibitum hominibus vita functis, in Paganismo,</i>	201
V. <i>Contra cultum astrorum, et elementorum,</i>	202
VI. <i>Contra cultum brutorum animantium,</i>	203
VII. <i>Denique contra cultum earum rerum, quæ substantiae non sunt,</i>	205
VIII. <i>Solvitur objectio Paganorum, sumpta a miraculis apud ipsos.</i>	207
IX. <i>Et ab oraculis,</i>	211
X. <i>Rejicitur Paganica religio ex eo, quod sponte defecerit, simul ac humana auxilia defuerunt,</i>	215
XI. <i>Respondetur iis, qui ortus et interitus religionis astrorum efficacie ascribunt,</i>	216

XII. <i>Denique ostenditur præcipua Christianæ religionis probari a sapientibus Paganorum: ac, si quid est in ea difficile creditu, paria apud Paganos reperiri,</i>	<i>Pag.</i>
	<i>219</i>

LIBER QUINTUS.

I. <i>JUDAISMUS refutatur,</i>	227
II. <i>Ostenditur Judeos debere miracula Jesu habere pro sufficienter probatis,</i>	228
III. <i>Solvitur, quod objiciunt miracula hæc facta ope dæmonum,</i>	230
IV. <i>Aut vi vocum,</i>	231
V. <i>Ostenditur divina fuisse Jesu miracula; quod is docuerit cultum unius Dei, qui mundi opifex est,</i>	232
VI. <i>Solvitur objectio sumpta ex discrepancia, quæ est inter legem Mosis et Jesu: ostenditurque aliam perfectiorem dari potuisse lege Mosis,</i>	233
VII. <i>Ab Jesu in terris observatam fuisse legem Mosis; et nulla alia præcepta postea abolita nisi ea, quæ intrinsecam bonitatem non habebant,</i>	236
VIII. <i>Ea fuisse Sacrificia, quæ nunquam per se Deo placuerant,</i>	240
IX. <i>Item ciborum discriminem,</i>	245
X. <i>Et dierum,</i>	251
XI. <i>Ac circumcisionem externam,</i>	254
XII. <i>Et tamen in his quoque tolerandis faciles fuisse Apostolos Jesu,</i>	256
XIII. <i>Argumentum sumitur contra Judeos ex eo, quod in confessio sit promissum eximium Messiam,</i>	ibid.
XIV. <i>Ostenditur eum jam venisse ex præsignificatione temporis,</i>	257
XV. <i>(Solvitur id quod objiciunt, dilatum adventum ob peccata populi,)</i>	261
XVI. <i>Item ex statu presenti Judeorum collato cum his quæ lex promittit,</i>	263
XVII. <i>Probatur Jesum esse Messiam, ex his quæ de Messia prædicta fuere,</i>	266

	Pag.
XVIII. Solvitur id, quod dicuntur quādam non impleta,	269
XIX. Item quod opponitur de humili statu et morte Iesu,	271
XX. Et quasi viri probi fuerint, qui cum morti tradiderunt,	276
XXI. Respondetur ad objectionem, plures Deos a Christianis coli,	279
XXII. Item humanam naturam adorari,	283
XXIII. Absolutio hujus partis, cum precibus pro Judæis,	285

LIBER SEXTUS.

I. REFUTATUR Mahometismus, et breviter ejus origo indicatur,	287
II. Evertuntur fundamenta ejusdem Mahometismi, quod non liceat ibi in religionem inquirere,	292
III. Agitur adversus Mahometistas, ex libris sacris Hebreorum et Christianorum; probaturque eos non esse corruptos,	293
IV. Comparatur Mahometes cum Christo,	296
V. Item facta utriusque,	297
VI. Illi etiam, qui primi utramque religionem receperunt,	298
VII. Modi itidem, quibus lex utraque propagata est,	ibid.
VIII. Denique præcepta inter se,	301
IX. Solvitur id, quod objiciunt Mahometistaræ de Dei filio,	302
X. Recensentur absurdâ plurima ex libris Mahometisticis,	303
XI. Peroratio totius Operis attexitur ad Christianos, qui ex occasione antedictorum officii sui admonentur,	304

J. C. LIBER

De eligenda inter dissentientes Christianos Sententia.

I. <i>QUÆREDUM ubi sit vera Christi doctrina,</i>	313
II. <i>Iis adhæendum, qui Christianorum nomine dignissimi sunt,</i>	317
III. <i>Christianorum nomine dignissimos esse, qui purissime profitentur doctrinam, cuius veritatem probavit Grotius,</i>	320
IV. <i>De consensu et dissensu Christianorum,</i>	322
V. <i>Unde Christianæ Religionis cognitionem haurire oporteat,</i>	327
VI. <i>Aliud Christianis non imponendum, præter id quod ex N. T. haurire possunt,</i>	329
VII. <i>De conservatione doctrinæ Christianæ,</i>	332
VIII. <i>Cur Deus inter Christianos dissidia et errores nasci passus sit,</i>	334
IX. <i>Quinam purissime profitantur Evangelium,</i>	338
X. <i>Cum iis Eucharistiam celebrandam,</i>	339
XI. <i>De Disciplina Ecclesiastica,</i>	343
XII. <i>A Grotio magno in pretio habitam antiquam Disciplinam, sed sine alterius damnatione,</i>	345
XIII. <i>Parænesis ad dissentientes Christianos, ne capita ulla doctrinæ, præter ea quæ quivis in Novo Testamento videt, suntque semper credita, a se invicem exigant,</i>	347

EJUSDEM LIBER

Contra Indifferentiam Religionum.

I. <i>AMARI oportere Veritatem, præsertim in rebus magni momenti,</i>	351
II. <i>Nihil esse majoris momenti quam Religionem,</i>	353
III. <i>Indifferentiam esse illicitam, legibus divinis et humanis,</i>	356

IV. *Non facile dissentientes damnados, quasi reos erroris,*

*aut cultus illiciti, cum quibus salus æterna consistere
non possit; adeo ut nemo eorum, qui eos admittunt,
misericordiam a Deo consequi possit: nec tamen fuisse
esse profiteri nos credere quod non credimus, aut facere
quod damnamus,*

361

V. *Deo gratum esse posse errantem, atque ex errore de-*

linquentem; simulatorem non posse,

365

HUGO GROTIUS

DE

VERITATE

RELIGIONIS CHRISTIANÆ,

AD VIRUM AMPLISSIMUM

HIERONYMUM BIGNONIUM,

Advocatum Regium in summo Auditorio Parisiensi.

LIBER PRIMUS.

§. I. *Occasio Operis.*

QUÆRERE identidem ex me soles, vir et de patria tua, et de literis, et, si id adjici patet, de me quoque optime merite, HIERONYME BIGNONI, quod argumentum sit eorum librorum, quos pro religione Christiana patriæ meæ sermone scripsi. Neque id quærere te miror. Non enim ignoras, ut qui omnia legi digna, et quidem tanto cum judicio legeris, quantum excoluerint istam materiam philosophicam.

phica subtilitate ^a Ræmundus Sebundus, dialogorum varietate Ludovicus Vives, maxima autem tum eruditione tum facundia vestras Mornæus. Quam ob causam videri potest magis ex usu fuisse alicujus illorum in sermonem popularem versio, quam inchoatio novi operis. Sed quid alii haç de re judicaturi sint, nescio : te quidem tam benigno ac facili judice, facile spero me posse absolvi, si dicam, me, lectis non illis tantum, sed et Judæorum pro Judaica vetere, et Christianorum pro Christiana religione scriptis, uti voluisse meo qualicunque judicio, et animo dare negatam, cum id scriberem, corpori libertatem. Existimabam enim pro veritate ~~non~~ nisi veritate certandum, et quidem tali, quam ipse animo approbarem : frustra enim daturum me operam, ut persuaderem aliis quæ non ante mihi persuasissem. Itaque selegi ex veteribus ac novis quæ mihi se probabant maxime, omissis argumentis quæ parum mihi ponderis habere videbantur, et auctoritate eorum librorum, quos subditios esse aut certo sciebam, aut merito suspicabar. Quibus autem ipse assentiebar, ea et ordine certo disposui, et exposui quam potui maxime

^a *Ræmundus Sebundus, &c.]*
Ætate Grotii, hi erant potissimum ea de re scriptores ; sed a Grotii ævo innumeri scriptores, Anglice præsertim et Gallice, de veritate religionis Christianæ scripserunt ; quos

tamen exemplo suo excitavit Grotius, quem recentiores sunt imitati, et interdum etiam excipiunt. Quare prima tam prie et tam necessariae scriptio gloria ad eum redundat.
Clericus.

populariter, et versibus inclusi quo rectius memoriæ mandarentur. Propositum enim mihi erat omnibus quidem civibus meis, sed præcipue navigantibus, operam navare utilem; ut in longo illo marino otio impenderent potius tempus, quam, quod nimium multi faciunt, fallerent. Itaque sumpto exordio a laude nostræ gentis quæ navigandi solertia cæteras facile vincat, excitavi eos, ut hac arte, tanquam divino beneficio, non ad suum tantum quæstum, sed et ad veræ, hoc est, Christianæ religionis propagationem uterentur. Neque enim deesse materiam, cum per longinqua itinera passim incurrerent aut in Paganos, ut in Sina et Guinea; aut in Mahumetistas, ut sub imperio Turcæ, Persæ, et Pœnorum; tum vero Judæos, et ipsos jam Christianismi professos hostes, dispersos per maximas partes terrarum orbis: neque deesse impios, qui abditum metu venenum ex occasione apud simplices prodant: adversum quæ mala optare me, ut recte armati sint nostriates; et qui ingenio præstant incumbant pro virili revincendis erroribus, cæteri saltem id caveant, ne ab aliis vincantur.

§. II. *Deum esse.*

Ac primo quidem libro, ut ostendam non esse rem inanem religionem, ab ejus fundamento ordior; quod est, Numen esse aliquod. Id autem probare sic aggredior. Res aliquas

esse quæ esse cœperint, sensu ipso et confessione omnium constat. Ex autem res sibi non fuerunt causa ut essent: nam quod non est agere non potest; nec ipsa res esse potuit, antequam esset. Sequitur igitur, ut aliunde habuerint sui originem: quod non tantum de illis rebus, quas ipsi aut conspicimus aut conspeximus, fatendum est; sed et de iis, unde illæ ortum habent: ^b donec tandem ad aliquam causam perveniamus, quæ esse nunquam cœperit; quæque sit, ut loqui solemus, non contingenter, sed necessario. Hoc autem, qualecunque tandem sit, (de quo mox agemus,) id ipsum est, quod Numinis aut Dei voce significatur. Alterum argumentum, quo probamus Numen esse aliquod, sumitur a manifestissimo consensu omnium gentium, apud quas ratio et boni mores non plane extincta sunt inducta fereitate. Nam, cùm quæ ex hominum arbitratu veniunt nec eadem sint apud omnes, et sæpe mutantur; hæc autem notio nusquam non reperiatur, neque temporum vicissitudine mutetur; (^c quod ipsi etiam Aristoteli notatum, ho-

^b *Donec tandem, &c.]* Quia dari non potest progressus, ut loquuntur, in infinitum. Est enim causa aliqua prima eorum quæ cooperant, aut nulla: si quæ sit prima causa, Deus est: si ulla prima causa esse negetur, oportebit nullam esse omnino causam rerum quæ esse cooperunt, ac proinde eas per se existisse, seu ex nihilo produisse; quod est absurdum. *Clericus.*

^c *Quod ipsi, &c.]* Metaphys. lib. xi. (al. xiv.) cap. viii. fin. Ubi, memoratis fabulis de Diis, ita loquitur: Ω, οὐ τις χρείας αὐτῷ λάθει μόνος τὸ

mini ad talia minime credulo;) omnino causam ejus aliquam dari convenit, quæ se ad omne genus humanum extendat: quæ alia esse non potest, quam aut oraculum Dei ipsius, aut traditio quæ a primis humani generis parentibus manarit: quorum prius si admittimus, constat de quo quæritur: sin posterius; nulla sane ratio assignari poterit idonea, cur primos illos parentes credamus falsum aliquod in re momenti maximi ad omnes posteros prodidisse. Accedit quod, sive olim cognitas sive nuper repertas orbis partes spectemus, ubi modo, ut diximus, aliquid est humanitatis, exerit se haec notitia; tum apud gentes sapientia aut ingenio valentes, tum apud stupidiores alias; quarum nec illas omnes decipi potuisse, nec has reperisse quo alii alios deciperent, ullo pacto credibile est. Nec est quod opponat hic quisquam paucos in multis saeculis, qui Deum esse aut non crederent, aut non credere se profiterentur. Nam et paucitas ipsa, et quod statim intellectis argumentis rejecta universim est eorum opinio, ostendit, non prove-

ωρῶν, ὅτι Θεὸς φόρος τὰς πρώτας αἰτίας θνητοῖς, θεῖος δὲ νέανθρωποις, γέ, κατὰ τὸ ίλλιον πολλάκις ιδερμένη τις τὸ δυνατὸν λέσχην καὶ τίχην καὶ φιλοσοφίαν καὶ πάλιν φθεγγίαν, γε ταύτας τὰς δύες λαζαναρ, εἰς λαζανα, τριποταῦθαι μέχρι τὸν: quorum si quis, distinctione facta, hoc tantum su-

mat quod primam fuit, quod Deos esse putarent primas substantias, divine dicta existimet, et, ut credibile est, saepius inventa quoad licuit omni arte et philosophia et iterum depedita, haec illorum opiniones, quasi reliquias, ad hanc tempora servatas fuisse. Clericus.

nire hoc ex usu rectæ rationis, quæ hominibus communis est; sed aut ex studio novitatis, quali tenebatur qui nivem atram esse contendebat; aut ex mente corrupta, sicut vitio palato res, non ut sunt, ita sapiunt: præsertim cum et historiæ et alia scripta doceant, quo quisque fuit probior, eo diligentius ab ipso custoditam de Deo notitiam. Atque adeo a pravo ingenio eorum maxime, quorum interest ne quis sit Deus, id est, humanarum actionum judex, venire hanc a tam recepta antiquitus sententia discessionem, vel hinc appareat, quod, quicquid illi ponunt, sive generum successiōnem absque ullo primordio, sive atomorum concursum, sive aliud quidvis; ⁴ id non minores, si non majores habere difficultates, neque eo quod receptum est magis esse credibile, cuivis ad rem mediocriter attendentι satis apparet. Quod enim obtendunt nonnulli, quia non videant Deum, eo se nec credere; si quid vident, satis vident, quam hoc sit homine indignum, qui modo mentem habere se credit, quam nec ipsam videt. Nec, si capere Dei

⁴ *Id non minores, &c.]* Potuissest Grotius sine ulla temeritate dicere, multo majores esse difficultates in eorum sententiis, qui volunt mundum eternum esse semperque fuisse qualis est, vel aponte sua e nihilo prodiisse, vel atomorum fortuito concursu esse confatum: quæ sententiae plenæ

sunt apertis repugnantibus, ut multi, a tempore Grotii, accuratius demonstrarunt; inter quos suo merito eminet vir doctissimus Rodolfus Cudworthus, in opere Anglico de Systemate Intellectuali Universitatis Rerum: suntque etiam alii præstantissimi Theologi et Physici Angli. *Clericus.*

naturam nostro ingenio non possumus, ideo tam
esse naturam negandum est. Est enim id
inferioris cujusque proprium, ut quæ se supe-
riora atque excellentiora sunt capere non pos-
sit. Ne bestiæ quidem quid homo sit capiunt;
multoque minus sciunt, qua ratione homines
respublicas instituant ac regant, astrorum cur-
sus metiantur, mare navigent. Hæc enim omnia
ipsarum captum superant. Atque ex hoc ipso
homo, quippe supra bestias nobilitate nature
constitutus, idque non a sese, inferre debet id,
a quo superior bestiis est constitutus, non mi-
nus sese esse superius, quam ipse sit bestiis;
ideoque esse aliquam naturam, quæ, utpote ex-
cellentior, sui captus modum excedat.

Ita hinc. §. III. Deum esse unum.

Evicto Numen esse aliquod, restat ad Attri-
buta ejus veniamus; quorum primum hoc oc-
currit, non plures esse Deos, sed unum Deum.
Hoc inde colligitur, quod Deus, ut supra jam
dictum est, est id, quod est necessario, sive per
se: necessario autem sive per se quidque est,
non qua in genere consideratur, sed qua actu
est: ^aactu autem sunt res singulæ. Quod si
plures Deos ponas, jam in singulis nihil inve-
nias cur necessario sint: nihilque cur magis
duo quam tres, aut decem quam quinque cre-

* *Actu autem sunt res singu- lœ.]* Sed res plures singulæ Ideoque hoc argumentum o-
mitti forte, sine bona cause
sunt individue plures naturæ. detrimento, potuit. *Clericus.*

dantur. Adde quod multiplicatio rerum singularium congenerum est ex causarum fœcunditate; pro qua plures ipsæ res enascuntur, aut pauciores. Dei autem nec origo, nec causa ulla est. Tum vero in singulis diversis sunt quædam proprietates singulares, quibus inter se discriminantur; quas in Deo, qui natura est necessaria, ponere non est necessarium. Neque vero usquam signa deprehendas Deorum plurium. Nam tota hæc universitas unum facit mundum: in eo ^f unum pulcherrimum, sol: in homine etiam unoquoque unum imperat, mens. Præterea, si duo essent, aut plures dii, libere agentes et volentes, possent contraria velle: impediretur autem alter ab altero, quo minus quod vellet efficeret: impediri autem posse Deo indignum est.

§. IV. *In Deo esse omnem perfectionem:*

Ut cætera Dei attributa noscamus, omne id, quod perfectionis nomine intelligi solet, futamur nunc sane hoc vocabulo, quando aliud lingua Latina non suppeditat; Græcum est τελεότης,) in Deo esse, hinc intelligitur: quod quæcunque est perfectio in rebus, ea aut cœperit, aut non cœperit. Quæ non cœpit, Dei est: quæ cœpit, necesse est habuerit unde in-

^f *Unum pulcherrimum, sol.]* incolis: sicut aliis vorticibus Certe vorticis hujus nostri, ut centra illa ignea, que stellas more hodierno loquar, solaris vocamus. *Clericus.*

ciperet. Et, cum a nihilo nihil fiat eorum quæ sunt, sequitur, ut quæ in effectis apparent perfectiones in causa fuerint, ut secundum eas causa efficere aliquid possit; et proinde omnes in prima causa. Neque prima causa ulla perfectione postea orbari potuit: non aliunde, quia quod æternum est ab aliis rebus non pendet, neque quicquam ab illarum actione patitur: neque vero a se, quia natura omnis suam perfectionem appetit.

§. V. *Et quidem infinitam.*

Addendum est, esse has perfectiones in Deo modo infinito: quia attributum cujusque finitur, aut quia causa, per quam existit, tantum, nec plus ei communicavit; aut quia ipsa tantum, nec amplius capiebat. Deo autem nulla natura quicquam sui communicat: nec ipse aliunde capit quicquam, existens, ut ante diximus, per se, sive necessario.

§. VI. *Deum esse æternum, omnipotentem, omniscientem, omnino bonum.*

Cum vero apertissimum sit perfectiora dici ea, quæ vivunt, iis, quæ non vivunt; quæ agendi pollutiam habent, iis, quæ non habent; quæ intelligunt, non intelligentibus; quæ bona sunt, his, quæ minus sunt talia; sequitur ex his, quæ modo diximus, hæc omnia attributa Deo convenire, et quidem infinite.

Itaque esse eum vitæ infinitæ, id est, æternum, pollentia immensa, id est, omnipotentem, sic et omniscientem, et omnino sine ulla exceptione bonum.

§. VII. *Deum esse causam omnium.*

Quæcunque autem subsistunt a Deo existendi habere originem, connexum est his, quæ ante diximus. Conclusimus enim, id, quod per se sive necessario est, unum esse. Unde sequitur, ut alia omnia sint orta ab aliquo diverso a seipsis. Quæ autem aliunde orta sunt, ea omnia in se, aut in causis suis, orta esse ab eo quod ortum nunquam est, id est, a Deo, jam ante vidimus. Neque ratio tantum, sed ipse id quodammodo sensus evincit. Nam, si humani coporis admirabilem constructionem intus extraque conspicimus, et ut omnia ibi, etiam minima, suos usus habeant, nullo studio, nulla industria parentum, arte vero tanta, ut philosophorum ac medicorum præstantissimi nunquam eam satis possint admirari, ostendit hoc, opificem naturæ esse mentem excellentissimam: qua de re videri potest & Galenus, præsertim qua parte oculi et manus usum examinat. Imo et mutorum animantium corpora id

& Galenus] *De Usu Partium,* hæc adcuratius multi recentiores in Anglia Physici et Theologii exposuerunt. *Clericus.*
lib. iii. cap. 10. locus lectu dignissimus, at prolixior quam qui huc transferri queat. Sed

loquuntur. Non enim ex vi materiæ, sed ad finem certam collocatæ ac figuratæ sunt eorum partes. Neque animantium tantum, sed et plantarum et herbarum; ut a philosophis accurate notatum est. Idem egregie ^h Strabo notavit in aquarum positu, quæ, si materiæ qualitatem respicias, mediæ esse debuerunt inter terram atque aërem; cum nunc terris interfusæ sint, nimirum, ut terræ fœcunditati hominumque vitæ nihil obstaret. Ob finem autem agere non est nisi intelligentis naturæ. Neque vero singula tantum ad peculiarem suum finem ordinantur, sed et ad communem Universi; ut appetet in aqua, ⁱ quæ contra na-

^h *Strabo notav. l. xvii.* ubi, cum distinxisset opera *φύσις, naturæ, id est, materiæ, et ἀρχαὶ, id est, Æthereæ providentia;* addit, p. 810. A. ed. Lut. Par. 1620. ἀλλ', ιταῦν τῇ γῆ τερπίνων τὸ θέμα, ἐπὶ τοῖς δὲ ἴνδραις ζῶσιν ἐπίθετος, ἀλλὰ χρεωτοῖς, καὶ ιατροῖς, καὶ πολλαῖς λοιποῖς φυτοῖς, ιεροῖς θέσησις ἐστι τῇ γῇ πολλάς, καὶ οἰσχεῖς μὲν ἐν αἷς μὲν ἀπολαμβάνονται τὸ σύμπαν ἢ δὲ τὸ πλήρες θέμα, ἀποκρύπτουσι τὸν δὲ αὐτῷ γῆν ἐν αἷς δὲ ἔξιν τὸν γῆν ἀπαρέσσεται ὑπὲκτην τὸ θέμα, πλὴν δοντος χρήσιμον τῷ ἀνθρακίῳ γίνεται τοις περιστεροῖς ζῶσιν φυτοῖς. Sed, cum circum terram situs sit aquæ naturalis, homo autem non sit animal aquaticum, sed partim terrestre, partim aërem, multisque partibus lucis capax,

fecit providentia multas in terra extantias, depressionesque, ut hæ quidem recipenter aquam aut plurimam ejus partem, qua occultaretur quod sub ea est terra; per illas vero attolleret se terra, ac sub se aquas occultaret, nisi quatenus ex ipso humano generi, et, quæ hæc inserviant, animalibus plantisque essent usui. Observarunt hoc inter Hebrewos Rabbi Juda Levita, et Abenedra: inter Christianos vero Chrysostomus ad pop. Antiochenum de Statuis, Hom. ix. t. 6. p. 523. init. ed. Eton. 1612.

ⁱ *Quæ contra naturam]* Hec habet vir summus ex Peripatetica philosophia, quæ aquam metu vacui per antlias ascendere statuebat; quod pondere aëris fieri jam omnibus constat. Sed in gravitate, quem-

turam sibi propriam sursum movetur, ne inani interposito hiet Universi compages, ita facta ut continua partium cohæsione semet sustineat. Finis autem hic universalis intendi, et vis ad eum finem inseri rebus non potuit, nisi ab intellectu, cui subesset hoc Unversum. Quin et bestiarum nonnullæ actus exercent ita ordinatos atque directos, ut omnino eos appareat a ratione aliqua proficisci: quod in formicis et apibus maxime appetat; sed et in aliis quibusdam, quæ ante omne experimentum aut nocitura fugiunt, aut profutura querunt. Non ipsis inesse vim hoc aut inveniendi aut dijudicandi inde appetat, quod semper agunt consimiliter, et ad alia neutiquam graviora nihil valent: quare ^k ab extrinseca ratione ipsas aut dirigente, aut efficaciam suam ipsis imprimente, necesse est ista proficisci: quæ quidem ratio non aliud est, quam quod Deus vocatur. Jam

admodum a Recentioribus explicatur, non minus ordo universi et Conditoris sapientia eluentur. *Clericus.*

^k *ab extrinseca ratione]* Imo vero fiunt ab ipsa anima Brutorum, quæ eatenus facta est rationis particeps, ut talia facere possint, non alia. Alioqui Deus ipse in iis vice animæ ageret, quod vix persuaderi adcuriatius philosophanti possit. Nihil vetat sentientium et intelligentium naturalium plures esse ordines, quorum infimi sint in corpo-

ribus brutorum. Nam bruta machinas esse mere corporeas, quod voluit Ren. Cartesius, nemo, ut puto, serio creditit. Sed quid fit, inquies, iis animalibus, cum bruta moriuntur? Id vero nescio; nec propterea minus verum, iis animas inesse. Non necesse est nos omnia scire, nec propter ea neganda sunt ea, quorum rationem reddere non possumus. Tenenda sunt ea de quibus constat, atque aequo animo sunt ignoranda quæ sci-
re non possumus. *Clericus.*

vero cœlestia quoque sidera, et, quæ in iis maxime eminent, sol et luna, cursus agunt ita attemperatos ad terrarum fœcunditatem, et animantium valetudinem, ut ne excogitari quidem aptius quicquam possit. Nam, cum aliqui multo simplicior fuisset per æquatorem motio, aliam illis attributam videmus per obliquum circulum, quo ad plura terrarum spatia beneficia ipsorum pertingerent. Sicuti vero terrarum usus penes animantia est, ita animantium cœterorum penes hominem maxime, qui violentissima quæque exuperantia ingenii sibi subjicit: ¹ unde Mundum hominis causa factum etiam Stoici colligebant. Cum vero eo usque vis hominis non possit pertingere, ut et cœlestia lumina sibi servire cogat, nec illa ultro se homini mancipasse credenda sint; sequitur, ut superior quedam sit mens, cuius imperio pulcherrima illa corpora homini tanto infraposito operas perpetuas præstant: quæ ipsa mens non alia est, quam opifex siderum atque universi. ^m Motus autem siderum, ⁿ qui ec-

¹ Unde Mundum hominis causa factum etiam Stoici colligebant.] Docet Cicero de Officiis, i. 7. et de Natura Deorum, ii. 62.

^m Motus autem siderum, qui eccentrici quique epicyclici discundatur.] Tractat docte hoc argumentum Maimonides, Ductore Dubitantium, parte ii. c. 24. Quod si terram perpetuo

moveri statuas, res sub aliis nominibus eodem redibit.

ⁿ Qui eccentrici, &c.] Ex vulgari haec omnia, ut et sequentia nonnulla, opinione; quæ jam explose. Sed non minus divinæ potentiae efficacia cernitur in constantibus illis motibus Planetarum parabolicis circa Solem, per fluidissimum vorticem; ita ut nec

centrici quique epicyclici dicuntur, manifeste ostendunt non vim materiæ, sed libere agentis ordinationem. Idem testantur astrorum alii ex hæc, alii ex altera cœli parte positus, terrarumque ac marium tam inæqualis forma. Nec alio referri potest, quod sidera in hanc magis, quam in illam partem eunt. Ipsa vero mundi figura perfectissima, rotunda scilicet, et partes ejus in cœli quasi sinu conclusæ atque ordine admirabili dispositæ, satis loquuntur, non casu hæc confluxisse, sed ab intellectu, et quidem excellentissimo esse constituta. Nam quis adeo stultus est, ut a casu aliquid tam accuratum expectet; quasi credat, casu lapides et ligna in domus speciem coalitura, aut ex jactis forte literis extitum poëma: cum et qui figuræ geometricæ in littore viderat, hominis se dixerit videre vestigia, satis perspiciens a casu talia proficisci non potuisse? Præterea non ab æterno extitisse hominum genus, sed a certo tempore communem stirpi sumpsisse originem, evincunt inter alia Partium progressus, et

accedant umquam, nec rece-
dant, plusquam solent, a cen-
tro, semperque pari obliqui-
tate Solis æquatorem secent.
Clericus.

[¹⁰ In domus speciem.] Aut
navis, aut balistæ.

[Artium progressus, et in-
cultæ olim terre, quæ habitori
postea corporant.] Tertullianus
ex historiis hoc tractat, libro

de Anima, sectione xxx. In-
venimus autem apud omnes com-
mentarios etiam humanarum an-
tiquitatrum, paulatim humanum
genus exuberasse, &c. Et mox:
Ipse orbis in promptu est cultior
in dies et instructior pristino.
Duo haec argumenta Aristote-
lis sententiae, que nunquam
cepisse vult, genus humanum,
auctoritatem apud historiarum

incultæ olim terræ, quæ habitari postea cœperunt, quod et insularum sermo testatur pro-

peritos ademerunt, etiam apud Epicureos. Lucretius, v. 825.

*Præterea, si nulla fuit genitatis origo
Terrarum et cali, semperque
æterna fuere,
Cur, supra bellum Thebatum
et funera Trajæ,
Non alias alii quoque res ce-
cineret Poeta?
Quo tot facta viräm toties
decidere: nec usquam
Æternis famæ monumentis in-
sita florent?
Verum, ut opinor, habet novi-
tatem summa, recensque
Natura est mundi, neque pri-
dem exordia cepit.
Quare etiam quedam nunc
artes expoliuntur,
Nunc etiam augescunt, nunc
addita navigis sunt
Multæ, modo organici melicos
peperere sonores.*

et que ibi sequuntur plura.
Virgilii, Ecloga vi. 88.
—ut his exordia primæ
Omnia, et ipse tener Mundi
concreverit orbis.

Idem, Georgicon i. 188.

*Ut varias ueris meditando ex-
tenderet artes
Paulatium, et sulcis frumenti
quareret herbam,
Et siccis venis abefrusum ex-
cuderet ignem.*

*Tunc alios primum fluvii sen-
sere cavatas:
Novita tum stellis numeros et
nomina fecit,
Pleïadas, Hyadas, claramque
Lycaonis Arcton.
Tum laqueis captare feras et*

*fallere visco
Inventum, et magnos canibus
circundare saltus:
Atque aliis latum funda jam
verberat ansem
Alta petens, pelagoque aliis
trahit humida lina.
Tum ferri rigor atque argute
lamina serræ,
(Nam primi cuneis scindebant
fissile lignum,)
Tum variaq; venere artes.*

Horatius, lib. i. satyra iii. 99.
*Cum prorepererent primis ani-
malia terris,
Mutum et turpe pecus, glan-
dem atque cubilia propter,
Unguis et pugnis, dein fus-
tibus, atque ita porro
Pugnabant armis quæ post
fabricaverat ueris:
Donec verba, quibus voces
sensusque notarent,
Nominaque invenere: dehinc
abistere bello,
Oppida caperant munire, et
ponere leges,
Ne quis fur esset, neu latro,
neu quis adulter.*

Plinius, libro tertio Naturalis Historiae circa initium: Quare sic accipi velim, ut sicut vidua fama sua nomina, qualia fuere primordio ante ullas res gestas, nuncupentur. Idem robora Hercynia. Mundo congenita dixit, lib. xvi. 2. Et in pleno, cuncto mortalium generi minorem in- dies fieri mensuram observatum ait, libro vii. 16. Seneca apud Lactantium, iii. 16. 14. Nondum sunt mille anni, ex quo initia sapientiae nota sunt. Ta-

fectus a terris adjacentibus. Tum vero instituta quedam ita hominibus communia, ut non

citus, Annalium iii. 26. *Vestitissimi mortalium nulla adhuc mala libidine, sine pretio, sceleri, coque sine pena aut coercitionibus agebant: neque premiis opus erat, cum honesta suopere ingenio peterentur; et, ubi nihil contra morem cuperent, nihil per metum vetabantur.* At, postquam exiit aequalitas, et pro modestia ac pudore ambitio et vis incedebat, provocare dominaciones, multoq[ue] apud populos eternam mansere. Quidam statim, aut, postquam regum pertacsum, leges maluerunt. Haec primo rudibus hominum animis simplices erant. Neque vero non aliis tantum, sed nec plane sibi ipsi probavit Aristoteles illam suam, de hominum genere nuncquam cepto esse, *ἰνέποντα*. Hesitanter enim compluribus in locis ea de re loquitur, ut notatum Mosi Maimonide, Ductor Dubitanus parte ii. in praequo. Libri secundi de Cœlo capite primo, init. ejus, quod ipse hac in re ponit, *ψηφιαν, persuasionem esse dicit; non autem dicit ἀπόδεξιν, demonstrationem.* Est vero ejusdem Philosophi dictum, libro iii. de Anima, cap. 8. *λέγει οὐτας ψηφιαν, Opinionem sequitur persuasio.* Principium autem ejus argumentum est ex absurdo contraria sententia: ea autem ponebat non crearem cœlum et universum, sed generatum; quod est absurdum. Libro xi. Metaphysicorum, cap. viii. fin. verisimile ait

eandem artem sepius inventam corruptamque. Libro autem iii. capite ultimo de Generatione animantium, sic loquitur: *Διὸς τῷ περὶ τῆς τῶν ἀνθρώπων καὶ τιμπανῶν γενίσιος ὑπόλαβε τὸ διά, οὐτοῦ λύγιστον μορφὴ γηγενῆς, ἀποτελεῖ διανοής, διότι τοῖς τρόποις γενίδαι τοῖς ἄνθροις ἡ γὰρ ἡ σκληρότης συντρίψει τὸ περιπτέρον, οὐδὲ ὁ ὄν.* Quare et de hominum ac quadrupedum ortu non absurde quidem conjiciat, si olim ex terra editi sunt, id duorum modorum altero evenisse; aut ut vermiculi primum existent, aut ut ex ovis edentur. Utrumque hunc modum cum explicasset, addit ὅτι μὲν διν, τίτιρη δὲ τοις ἀρχῇ τῶν γενίσιος τῶν τοῖς ζῴοις, ἀλλογενοῖς διαντίκτου τοῖς τοῖς θράσοις, φανερόν. Quare, si quod initium existendi animalibus fuit, id altero de duobus istis modis contigisse, manifestum est. Idem Aristoteles, Topicorum lib. i. cap. 9. *Ἐργάτης περὶ βλάστατα καὶ ἀνταντίαν εἰς συλλογισμούς (ἀπορίας γὰρ ἡ ίχνη, πότερον ὅτι τοις ίχνηις οὐ ἔχεται, διὸ τὸ περὶ ἀμφορέων τοῖς λόγοις ποδεστάτης) καὶ περὶ ἀντλόγον μὲν ίχνομεν, ὅτεν μεγάλων, χαλιπών εἰσόμενοι ὅταν τὰ διὰ τὴν ἀπόδεξιν, οὖν, πότερον ἐπίστρομα δίδοσι, οὐ δέ καὶ γὰρ τὰ ταῦτα ζητήσουν ἀνταντίαν.* Questiones sunt, de quibus et in alteram partem est ratiocinari: ubi nempe disputari potest, res sic se habeat, an aliter, quia in utramque partem argumentsunt probabilitia. Tum etiam de qui-

tam naturæ instinctui, aut evidenti rationis collectioni, quam perpetuæ et vix paucis in locis per malitiam aut calamitatem interruptæ traditioni accepta ferri debeant: qualis olim fuit victimarum in sacris mactatio, et nunc quoque pudor circa res Veneris, nuptiarum ~~so-~~^{et h} lennia, et incestorum fuga.

§. VIII. *Ad objectionem de mali causa.*

Neque ab eo, quod diximus, dimovere nos debet, quod mala multa evenire cernimus; quorum videtur origo Deo ascribi non posse, ut qui perfectissime, sicut ante dictum est, bonus sit. Nam, cum diximus Deum omnium esse causam, addidimus, eorum quæ vere subsistunt: nihil enim prohibet, quominus ipsa, quæ subsistunt, deinde causæ sint accidentium quorundam; quales sunt actiones. Deus hominem, et mentes sublimiores homine creavit cum agendi libertate; quæ agendi libertas vi-

f

bus certi aliquid non habemus; prius disputationis momenta recte expenderimus. Merito igitur Tatianus, §. 29. ubi causas affert cur sacræ Scripturæ credat, etiam hanc non tacuit, τὰς τοῦ μαρτυρίου, comprehensu facile illud, quod tradunt de Universi hujus fabricatione. Summe de Platone Mundi originem fidere aliquam: ab Aristotele non esse genitum: et habebis ipsam Judæorum Christianorumque sententiam.

c 3

tiosa non est, sed quod potest sua vi aliquid vitiosum producere. Et hujus quidem generis malis, quae moraliter mala dicuntur, omnino Deum ascribere auctorem nefas est. At sunt quae alio sensu dicuntur mala, quia certae personae doloris aut damni afferunt aliquid: quae a Deo proficisci, puta ad emendationem hominis, aut etiam in poenam delicto respondentem, nihil vetat; cum in eo nihil sit, quod bonitati repugnet: imo saepe haec ab ipsa bonitate proficiscantur, sicut a bono medico integratum saporis pharmacum.

§. IX. *Contra duo principia.*

Rejicienda autem hic obiter eorum sententia, qui ¹ duo principia agentia, alterum bonum, alterum malum, posuerunt. Ex duobus enim pugnantibus inter se destructio sequi potest, ordinata constructio non potest. Neque

¹ *Potest sua vi, &c.]* Praevidebat quidem etiam Deus fore ut nature libere libertate sua abuterentur, indeque multa mala et physica et moralia exortura; nihilo secius abusum illum consectariaque ejus pati maluit, quam naturas libertate preditas non creare. Quid ita? Quia, cum natura libera sit præstantissima creatura, quæque summam Opificis potentiam quam maxime ostendat, Deus noluit incommoda ex nature mutabilitate pro-

manantia anteverttere; quia ea potest, cum visum erit, per totam æternitatem emendare, his modis, qui non nisi bonitati ejus convenientissimi esse possunt, quamvis eos nondum revelarit. Quia de re multa nuper Galileo sermone scripsimus, contra Manichæorum personatum patronum Pet. Bælium. *Clericus.*

² *Duo principia]* Respicit veteres Zoroastris discipulos et Manichæos. *Clericus.*

vero sicut aliquod est per se bonum, ita aliquod esse per se et omni modo malum potest: cum malum defectus sit quidam, qui esse nequit, nisi in re existente: ipsum autem existere jam ^{boni} est aliquid.

§. X. *Universum a Deo regi:*

Dei autem providentia regi hoc universum inde apparet, quod non tantum homines, quippe intellectu praediti, sed et aves, seræ, quadrupedes, quibus aliquid est quasi vice intellectus, curam habent eorum, quæ a se producta sunt. Quæ perfectio, cum pars sit bonitatis, a Deo removenda non est; eoque magis, quod sit ipse et omniscius, et omnipotens; ita ut non possit non cognoscere ea quæ aguntur aut agenda sunt, eaque ipse temperare ac dirigere facillime possit: quo et illud pertinet, quod supra jam diximus, de motu rerum contra naturam propriam ob finem universalem.

§. XI. *Etiam sublunaria :*

Multum autem errare eos, qui providentiam hanc ^{cœli} orbibus includunt, tum ex ratione jam allata et ad res omnes conditas vim suam

[•] *Bonū aliqd]* Sed agitur hic de bono morali, non de Physico, qualis est existentia. Præstisset hac ratiocinatione abstinere. *Clericus.*

[•] *Cœli orbibus, &c.]* Hæc

fuit sententia Aristotelis. Vide Plutarchum de placitis Philosophorum, lib. xi. cap. 3. et Atticum apud Eusebium de Prep. Evangelica, lib. xv. c. 5. init. *Clericus.*

exerente appareat; tum inde etiam, quod astrorum cursus, ut Philosophorum potissimi agnoscant, et experientia satis demonstrat, ordinati sint ad usum hominum. Aequum autem est, ut magis curetur id cuius gratia est aliud, quam quod in usum alterius comparatum est.

Etiam singularia.

Neque minus falluntur, ^x qui universalia ab eo curari volunt, non et singularia. Nam, si ignorari a Deo singularia volunt, quod quidam profitentur, ne se ipse quidem Deus agnoscat. Neque vero infinita erit scientia, quod jam ante conclusimus, si ad singula non extenditur. Quod si et illa cognoscit Deus, quidni et curret? præsertim cum et singula, qua singula sunt, ordinentur ad finem certum tum peculiarem, tum universalem; et ipsa rerum genera, quæ a Deo conservari illi ipsi auctores agnoscent, non subsistant nisi in singulis, ita ut, si

^x *Ad usum hominum*] Si non hominum solorum, (cum nobis non constet nullas alias esse intelligentes naturas in aliis Planetis,) certe partim et quatenus iis utimur, sine ulius aliis creature injuria. Cum sole carere nequeamus, propter nos esse creatum merito contendimus: nisi, quod absurdum esset, nos a casu quæ necessaria nobis sunt accepisse fingamus; ut si quis

incideret in domum omnibus necessariis instructam, nec eam tamen in gratiam ullius hominis, qui solus ea frui potest, instructam putaret. *Clericus.*

^x *Qui universalia, &c.]* Ea fuit sententia Stoicorum; de qua vide Arrianeas Dissertationes Epicteti, lib. i. cap. 12. et Just. Lipsium in Physiol. Stoica, lib. i. diss. 11. *Clericus.*

singula perire possint abdicata a divina providentia, possint et ipsa genera.

**§. XII. Probatur id ex conservatione
Imperiorum;**

Providentiae divinæ circa res hominum non leve argumentum et Philosophi et Historici agnoscunt, in conservatione rerumpublicarum: primum universim, quod ubicunque y ordo ille regendi parendique receptus est, manet semper: deinde sœpe etiam specialiter, in longa duratione hujus aut illius formæ imperii per multa secula, ut regii apud Assyrios, Ægyptios, Francos; optimatum apud Venetos. Quanquam enim humana sapientia aliquid in hoc potest; tamen, si recte consideretur multitudo malorum hominum, et quæ extrinsecus nocere possint, et agnatæ quasi rebus vicissitudines, non videtur tam diu imperium aliquod posse subsistere, nisi peculiari quadam Divini Numinis curâ; quæ evidentius etiam spectatur, ubi Deo visum est mutare imperia. Nam quibus ille tum ad eam rem tanquam sibi destinatam instrumentis utitur, (puta Cyro, A-

[*Ordo ille regendi, &c.*] Quia sine eo Societas Humana non constat, nec sine Societate Genius Humanum conservari potest. Unde colligere est, a Providentia Divina homines creatos, ut in Societate riverent, legibusque uterentur,

sine quibus nulla est, nec esse potest Societas. *Clericus.*

[*Ubi Deo visum est mutare imperia.*] Lucretius ipse, v. 1282:

*Usque adeo res humanas via
abditæ quendam
Obterit.*

lexandro, Cæsare dictatore, apud Tartaros
^a Cingi, ^b apud Sinenses Namcaa,) his omnia,
etiam quæ ab humana prudentia non pendent,
fluunt supra votum, magis quam fert solita ca-
sibus humanis varietas: quæ tanta eventuum
similitudo, et ad certum finem quasi conspira-
tio, indicium est providæ directionis. Nam in
alea Venerium aliquoties jacere casus esse po-
test: at centies si quis eundem jaciat, nemo
erit qui non hoc ab arte aliqua dicat profi-
cisci.

§. XIII. *Ex miraculis:*

At certissimum divinæ providentiae testimo-
nium præbent miracula, et prædictiones quæ
in historiis extant. Referuntur quidem multa
id genus fabulosa: sed quæ testes sui temporis
idoneos habuerunt, id est, tales quorum nec
judicium nec fides laboret, rejicienda non
sunt, quasi omnino talia fieri non possint.
Nam, cum Deus sit omniscius et omnipotens,
quid est cur non possit aut quod scit signifi-
care, aut quod vult agere; etiam extra com-
munem naturæ ordinem, quippe a se constitu-

* *Cingi]* Videtur intelligere Genghiz-Can, qui ex Tartaria Orientali ortus, ac urbe Caracoram, non tantum Tartariam, sed et septentrionalem Sinam Indiamque subegit. Ab eo orti Mogolenses Reges, et Tartarie Minoris Principes. Hujus vita Gallice exstat, Lu-

tetiae anno 1710. edita. *Cle-
ricus.*

^b *Apud Sinenses Namcaa.]* Suo jure nominari hic poscit Peruani imperii inchoator Mancacaputus. [Vide Garcilazzum de la Vega, in Inca- rum Historia. *Cl.*]

tum, et sibi opificii jure subiectum? Quod si quis dicat, talia quædam etiam a mentibus Deo inferioribus potuisse proficisci, concedi sane potest: sed hoc ipsum viam struit, ut facilius de Deo idem credatur: tum vero et quod illæ mentes tale faciunt, Deus aut per ipsas facere, aut sapienter permittere censendus est; cum in regnis bene constitutis nihil fieri soleat extra communes leges, nisi summi rectoris arbitratu.

§. XIV. Præsertim autem apud Judæos; quibus fides astruitur ex duratione Religionis,

Miracula autem aliqua revera aliquando esse conspecta, etiamsi de aliarum historiarum fide dubitari possit, vel sola Judaica religio facile evincat; quæ jampridem omnibus humanis auxiliis destituta, imo contemptui ac derisui exposita, per omnes ferme mundi plagas in

* In hisce diem perduraf] Hecatæus de Judæis, qui ante Alexandri tempora fuere: Ταῦτα, ταῦτα ἀκόντια ὑπὸ τοῦ δευτυχοῦ γέγοναν, ταῦτα προστηλατικά ταῦτα πεπλάκατα, ταῦτα τοῦ Πιφίσιον βασιλεὺον ταῦτα Σατραπάνια, ταῦτα μεταπτυσθῆναι τῷ λαῷ, ἀλλὰ γεγυμωμένοις τοῖς τοῖς γέγονοις γέγοναν τοῦ θεάτρου μάλιστα πάντων ἀπαντῶν, ταῦτα ἀργύριαν τὰ πάτερα. Quare, quæcumque et maledictis impeti solent a vicinis advenisse, et traxiisse sœpe tractati sunt a Persicis Regibus ac Satrapis, non possunt a sententia deduci, sed pro ea palam omnes cruciatus sævissimisque mortes subiungunt, nec adduci possunt ut patria instituta abdicent. Locum nobis servavit Josephus, contra Apionem primo, §. 22. et ex eodem Hecatæo exemplum addit Alexandri temporum, cum ad reparandum Beli templum Judæi milites operam suam constanter negarunt. Bene autem, libro contra Apionem altero, §. 30. et seqq. ostendit Josephus, hinc

hunc diem perdurat; cum ^d religiones alias omnes (excepta Christiana, quae Judaeos quasi perfectio est) aut evanuerint, simulatque subducta est ipsis vis atque auctoritas imperantium, ut Paganæ omnes; aut eadem imperii vi adhuc perpetuo sustententur, ut Mahometismus. Quod si queratur, quæ sit causa cur Judaica religio in Hebræorum omnium animos tantas egerit radices, ut evelli nequeat; nulla poterit alia afferri aut fingi, quam quod qui nunc sunt a suis parentibus, ut illi rursum a suis, atque ita porro, donec ad eos veniatur qui Mosis ac Josuæ ætate vixerunt, ^e certa ac constanti traditione acceperint ea miracula, quæ tum alias, tum maxime in ipso Ægypti exitu, atque itinere, et in Cananæ ingressu contige-

apparere firmam Judæorum ab antiquo persuasionem de Deo legum suarum auctore, quod non, ut ceteri populi, mutare quicquam in illis legibus ausi sunt unquam, ne tunc quidem cum in exiliis longinquis, sub exterorum Regum imperio, omni genere et minarum et blandimentorum tentarentur. Addendum his Taciti illud, Hist. v. 5. de proselytis: *Transgressi in morem eorum idem usurpant; nec quicquam prius imbuantur, quam contempnere Deos; exire patriam; parentes, liberos, fratres vilia habere.* Nempe, præ Dei lege: quod immerito culpat homo irreligious. Vide et quæ de Judæorum constantia

Porphyrius tradidit, libro de non edendis animalibus secundo, §. 61. et quarto §. 11. et seqq. ubi et Antiochi mentione, et inter Judæos speciatim constantie Essenorū.

^d *Religiones alias omnes]* Imo et leges etiam illæ laudatissime Lycurgi: quod et Josephus, contra Apionem ii. 31. notavit, et Theodoretus, Therap. Serm. ix. pp. 125, 126. ed. Sylburg. 1592.

^e *Certa ac constanti traditione, &c.]* Cui fidem habemus; quia Deo tanti erat cohondere Religionem, in qua unum Deum omnium Creatorem, et quidem spiritualem esse, eumque solum colendum docebatur. *Clericus.*

rant; quorumque ipsi illi progenitores eorum testes fuerant. Neque vero credibile est, aliqui fieri potuisse ut ingenii satis contumacis populus legem tot ritibus onerosam in se susciperet: aut ut homines sapientes, ex multis, quæ reperire humana ratio poterat, notis religionis, circumcisionem eligerent; quæ et suscipi sine dolore gravi nequiret, et ab externis omnibus derideretur, nec quicquam haberet, quo se commendare posset, extra Deum auctorem.

§. XV. Mosis veracitate et antiquitate,

Mosis quoque scriptis, quibus illa miracula memoriae prodita sunt, fidem maximam conciliat, non tantum quod Dei oraculo ipsum commendatum ac populo præfectum perpetua inter Hebræos fama semper constituit; sed et quod nec suæ gloriæ nec suorum commodis eum studuisse satis appareat, cum et peccata sua, quæ dissimulare poterat, ipse tradiderit, et regni sacerdotiique dignitatem aliis assignaverit, sua posteritate in Levitarum plebem redacta: quæ omnia satis ostendunt, nihil ei causæ fuisse cur mentiretur: sicut nec fucata aut illecebrosa uititur oratione, (qualis mendacio fidem impe-

¹ Suscipi stine dolore gravi nequies] Μετὰ χαλκῶν ἀλυπδίων, cum gravibus doloribus factum, ait Philo de Circumcisione, p. 625. B. ed. Col. Allob. 1613.

² Et ab externis omnibus derideretur] Idem Philo, p. 625. A. πρᾶγμα γιλάμπων παρὰ πολλαῖς. Hinc Judei curti, verpi, recutiti apud Poetas.

trare solet,) sed simplici et conveniente rei ingenio. Accedit indubitata scriptorum Mosis antiquitas, cui nullum aliud scriptum possit contendere: cujus argumentum et hoc est, quod Graeci, unde omnis ad alias gentes fluxit eruditio, ^h literas se aliunde accepisse fatentur;

^h *Literas se aliunde accepisse fatentur]* Herodotus, Terpsichore, §. lviii. *"Ιωνες παραλαβόντες δέδαχη παρὰ τῶν Φοινίκων τὰ γράμματα, μεταρρύθμισαντες σφιν τὸ δέλτα, ἵχεισστος χρεώμενοι δὲ ιφύτισσαν (ἄντερες & τὸ δίκαιον ἴρθειν, παγγυγόνταν Φοινίκων ή τὴν Ἑλλάδα) Φοινίκια πειλάθασι.* Iones, cum a Phoenicibus literas didicissent, usi eis sunt cum immutatione quadam: et cum usi professi sunt (ut aequum erat, cum eas Phoenices in Graeciam attulissent) quod literae illæ Phoenicie dicerentur. Timon, apud Sext. Empiricum Adv. Mathem. i. 2. 58. dixit,

—Φοινικὰ σήματα Κάδμου.

—*Cadmi Phoenicica signa.*

Zenodotus Stoicus, apud Diogenem Laertium in Zenone Cittio, vii. 30.

Κάδμος, ἀφ' ἣ γραπτὰς Ἐλλὰς
ἴχνους σιλίδες.

Cadmus, ab hoc scriptos Graecia nacta libros.

Literas Phoenicicas sive Punicas dixit et Plutarchus, Symposiorum lib. ix. problemate iii. t. 2. p. 738. F. ed. Paris. 1624. ubi et Alpha lingua Phoenicum ait significare bovem; quod verissimum. Eupolemus, libro de Judæa Regibus, apud Eusebium, P. E. ix. 26. ait: Τὸν Μαρᾶν πεῦτον εοφὴ γνισθεῖ, καὶ

γραμματικὰ πεῦτον τοῦ Ἰudeāν παραδίπαι, ἐπειδὴ Ἰudeāν Φοίνικας παραλαβεῖν. Mosem primum fuisse sapientum, atque ab eo datum literaturam Judeis, quæ ab *Judeis ad Phœnices pervenerit.* Nimurum lingua vetus eadem Judeis quæ Phœnicibus, aut certe paululum diversa. Lucianus in Alexandro, §. 18. Ο δὲ φωνές τινας ἀσῆμους φεγγύμενος, οἷα γένουτο ἐπὶ Ἐβραιον ἢ Φοινίκων. Loquebatur is verba quædam ignota, qualia sint Hebraica aut Phœnicia. Chorilius, apud Josephum contra Apionem, i. 22. in versibus de Solymis, quos ad lacum habitasse dicit, Asphaltiteno, putto,

Γλάσσας μὲν Φοίνισσαν ἄπει
οτεμάτων ἀφίγγει.

Hi vero ore suo Phœnicia verba sonabant.

Vide Scenam Punicam Plauti, in Poenulo, v. 1. ubi que posita sunt linguis Punica bis habes, ex dupli scriptura; deinde interpretationem Latinam, unde corrupta facile corrigas. Sicut autem lingua Phœnicibus eadem et Hebreis, ita et literæ Hebreorum vestitissima eadem quæ Phœnicum. Vide hac de re viros magnos, Josephum Scaligerum in Diatriba ad annum Eu-

quæ apud ipsos literæ et ordinem et nomen et ductum quoque veterem non alium habent, quam Syriacæ sive Hebraicæ : sicut et ^k antiquissimæ leges Atticæ, unde et Romanae postea desumptæ sunt, ex legibus Mosis originem ducent.

§. XVI. *Testimonius extraneorum.*

Accedunt ad hæc non paucorum alienorum a Judaica religione testimonia; quæ ostendunt vetustissimam apud omnes gentes famam ita

sebii MDCXVII, et Gerardum Vossium, Grammatices libro i. cap. x. [ac præsertim Sam. Bochartum, in Chanaane. Cl.] Adde, si placet, Clementem Alexandrinum, Strom. libro i. 16. et Eusebium, Præparatione Evangelica, libro x. cap. 5.

^l *Ductum quoque, &c.*] Intelligentæ Samaritanæ literæ, quæ eadem ac Phoenicis; ut ostenderunt Lud. Capellus, Sam. Bochartus, aliique. Nos quoque Gallice de iis egimus, Biblioth. Selectæ vol. xi. art. 2. *Clericus.*

^m *Antiquissimæ leges Atticæ*] Exemplum habet illustre in fure nocturno; qua de re egimus, lib. ii. de Jure belli, cap. 1. §. 18. Alterum in lege illa, quam Sopater recitat, p. 446. ed. Ald. Rhetorum, Ven. 1508. τῷ ἵππῳ προστατεύειν τὸν οὐρανὸν, οὐχινός, quam Terentius, Phorm. i. 2. 75. sic exponit :

*Les est, ut orbe, qui sint generi proximi,
Ius nubant, et illos ducere ea-*

dem hæc lex jubet.

Donatus autem ad eum locum sic: *Orba proximo nubat: orbam proximus ducat: Atticum jus est.* Sumpta nimirum ex lege Mosis, Numerorum ultimo: qua de re alibi plenius agendi erit locus. Multa alia reperiet, si cui cura fuerit querere. Ut ὁ χορός ex festo Tabernaculorum: legem ne Pontifex nisi virginem et civem ducat: ut post sorores ad successionem vocentur agnati. [Ideo leges Atticæ consentaneæ sunt in multis Hebraicis, quod Attici multas consuetudines Cecropi Ægyptio deberent; quodque apud Hebreos Deus multas Ægyptiorum institutis, quibus Hebrei adsuetae erant, similes leges tulerit, iis tamen emendatis que noxia esse poterant: quod nos ad Pentateuchum sæpius ostendimus, et ante nos Joan. Spencerus, in Operे de Legibus Ritualibus Hebreorum. *Clericus.*]

habuisse, ut Mosis scripta praedicant. Nam quæ ille de mundi origine scripta reliquit, eadem ferme erant et¹ in antiquissimis Phœni-

¹ In antiquissimis Phœnicum historiis, quas a Sanchoniathone collectas vertit Philo Byblius] Inde haec nobis servavit Eusebius, lib. i. Praeparationis, cap. x. Φοινίκων θεολογία τὴν τῶν ὅλων ἀρχὴν ὑπεριδίδειται ἄριστος ζοφεῖδης, καὶ τημεταπάδη, ἡ πνοὴ ἀριός ζοφείδους, καὶ χάρος θολερὸς, ἱεράδεις· ταῦτα δὲ μέντοι ἀπειρά, καὶ διὰ τολὺν αἰώνα μὴ ἔχειν πιθασ. "Οὐδὲ δέ, φησιν, ἡράσθη τὸ τυπῆμα τῶν θεῶν ἀρχῶν, καὶ λιγίνη τοῦ σύγκεκριτοῦ τοῦ πλοκῆς λιξιήνη ἐκλήθη τοθός. Αὕτη δὲ ἀρχὴ κτίστων ἀπάτατων αὐτὸν δὲ οὐκ ἰγνώσκει τὴν αὐτοῦ κτίσιν. Καὶ ἐκ τῆς αὐτοῦ συμπλοκῆς τοῦ πνεύματος ἤγινετο Μόρ. Τοῦτο τοὺς φασιν ἵδιν εἰ δέ, ὁδετάδους μίζειν τῆψιν. Καὶ ἐκ ταύτης ἤγινετο τῆσσα σπορὰ κτίστων, καὶ γίνεται τῶν ὅλων. Phœnicum Theologia principium hujus Universi posit aërem tenebrosum et spiritalem, sive spiritum aëris tenebrosi, et chaos turbidum ac caligine involutum: haec porro infinita fuisse, multoque tempore ignara termini. At ubi, inquit, spiritus amore principiorum suorum tactus est, factaque est inde mixtio, huic nexui nomen factum Cupidinis. Tale fuit initium procreationis rerum omnia: at spiritus generationem sui nullam agnoscebat. Ex connexione autem ejus spiritus prodidit Mot. Hoc limum nonnulli, aliud aquosæ mixtionis putredinem esse volunt. Et hinc factum est seminum

omnis creaturæ, et omnium rerum generatio. In Mōse habes statim tenebras, habes et spiritum. Amoris significatio est in voce ΠΛΕΓΡΑΙ. Plutarchus, Symposiacon viii. prob. i. Platonem explicans, Deum ait Mundi esse Patrem, non emissione seminis, sed alia quadam vi genitibili materiæ inserta; quod isto simili illustrat: Πλάνησοι γάρ τοι καὶ ἀνίμων διέκοδαι.

Θύλιαν ἔριν—

Namque et volucrem semi-nam perflans solet

Implore ventus—

Mōs vero, ΒΙΩ, unde Groti-
cum μέδος, est ΠΛΗΓΑ ἀβύσσος
jam commota. Est enim ἀβύ-
σσος nihil aliud quam ingens
ἰλύς: Ennio, apud Varromem
L. L. vi. 3. si recte sensum
ejus accipio,

Corpo Tartarino prognata

PALUDA virago.

Is limus discessit deinde in tellurem ac mare. Apollonius, Argonauticorum iv. 676.

—ἴξ λάνος ἴβλαστρος

—ΧΣΟV αὐτή—

—edita limo

Terra fuit—

cujuſ Scholiastes ad i. 498. Ζή-
νων τὰ παρ' Ηειόδον χάρος ὕδωρ
μέναι φησιν, έξ εἰ τὰ πάντα γίνε-
ται· οὐ συντάννοντος, λίδη γενί-
σθαι τῆς σπηνυμάντος, ἡ γῆ στι-
γμωδῆται. Zeno chaos illud a-
pud Hesiódum aquam esse dice-

cum historiis, quas a Sanchuniathone collectas

bat, unde fuent omnia : ea subsidente, factum limus : limo concreto, terram solidatam. Nota autem Zenonem hunc fuisse e Phœnicibus, quorum colonia Cittium : unde omnes transmarini נְתִירָה Hebrews. Non abit hinc Virgilius, Eclog. vi. 35.

*Tunc durare solum et discludere Nerea ponto
Cœperit, et rerum paulatim
sumere formas.*

Numenius citatus Porphyrio de Nympharum antro, cap. x. ait, τὸν προφέτην τερψίνας ἡρόπιδαν ιερῶν τοῦ ὑδατος τοῦ Θεοῦ στύμνα. *Dicte Propheta (Mosem scilicet) Dei spiritum supervectatum (ea voce Tertullianus utitur de Baptismo, cap. 4. init.) aquis. Quia vero vox ΗΡΩΗΤΟΣ proprie incubitus columbe super ovo significat, ideo in isto limo animantia, id est sidera, ut in ovo fuisse, sequitur apud Sanchuniathonem : et hinc spiritus ille columba dictus nomine ; cuius columbae similitudine etiam vocem illam ΗΡΩΗΤΟΝ explicat Rabbi Solomo. Nigidius apud Scholiasten Germanici, p. 112. 15. ed. Sanctandr. 1589. Ibi ova invenisse mira magnitudinis, quod volentes ejecerunt in terram; atque ita columbam insedisse, et post aliquot dies exclusisse Deam Syriæ, que vocatur Venus. Lucius Ampelius, libro ad Macrinum, §. 8. fin. Dicitur et in Euphratis fluvio ova Piscis columba assedisse dies plurimos, et exclu-*

sisse Deam benignam et misericordem hominibus ad bonam vitam. Ovum mundi simulacrum Macrobio, Saturnium lib. vii. cap. 16. ἀεχὴ γενίστως, initium geniture in Orphicis, memorante Plutarcho, Symposium i. cap. 3. et Athenagora, Leg. §. 18. Hinc Ovarum progenies Dii Syri apud Arnobium, lib. i. p. 20. ed. Duac. 1684. Dii, id est, astra. Sequitur enim in Phenicum Theologia : Καὶ ἐξιλαμψή Μάτη, θλίψει τα καλούλην, ἀστρίς τι καὶ ἄστρος μηγάλα. Luce illustratus est limus, et Sol et Luna, et Stellaræ et astra magna. Vides hic, ut apud Mosem, Lucem Sole priorem. Quod autem mox dicit Moses, זֶבַע, ubi plane ab aquis sicca extitit, appellatam נְתִירָה ; id Pherecydes (Syris usus magistris, ut et alii nos docent, et primo contra Apionem Josephus, §. 2.) sic extulit : Χρονίν δὲ ὄντα πρώτο τοῦ, ιεροῦ Ζεὺς αὐτῷ γένεσις διδοῖ. Chthonis nomen tollitus accepit, postquam Deus ei honorem attribuit. Extat locus apud Diogenem Laërtium, i. 119. et alias. Anaximander vero, apud Eusebium, P. E. xv. 59. mare dixit τῆς πρώτης ὑγεστις λίθων, id quod restitit de primo illo madore rerum. Confusas autem res fuisse, (qua de re Mosis verba habet apud Chalcidium, Timæi explicatione, p. 372. ed. Lugd. Bat. 1617.) antequam discernerentur, etiam Linus, apud Diog. Laërtium

vertit Philo Byblius: ^m partim et apud Indos

in Præloquio, §. 4. didicit docuitque:

"Ηγετοί ται χρόνος αὐτος, ἵνα
άμα επει' ιστιφύκει.

Tempore primæ simul omnia mixta fuerunt.

Anaxagoras, apud Eusebium, P. E. x. 14. Diog. Laërt. in Præloquio, §. 4. et in Anaxagora, ii. 6. et alios: πάντα χρήματα ήν ὁμοί συφιγμένα· διανοοῦν δι αὐτὰ δηρει γε διασώματος, γε οὐ τῆς ἀταξίας οὐ τάξιν ἔγεγεν. Cuncta simul erant permixta: at Mens ea discrevit ornavitque, et quæ confusa erant ordinavit. Atque ob id ipsi Anaxagoræ *Mentis* inditum non men, indicante id Timone Phliasio, apud Diog. Laërtium in Anaxagora, ii. 6.

Καὶ ποὺν Ἀναξαγόρεων φασ' ἡμεῖς ἀλληλον "Ἡσυχον,
Νοῦν ὅτι δὲ Νόος αὐτῷ, δειξεῖ
απίστη λαγύσας
Πάντα συνοφίκειν ὁμοί συ-
ταραγμένα πέσθειν.
Atque ubi Anaxagoram di-
cunt Heroa morari
Egregium, Mentem: nam
Mens illi esse putatur,
Quæ turbata prius subito di-
gessit in unum.

A Phœnicibus hæc omnia, quorum vetustissima cum Græcis commercia. Linum e Phœnicio venisse tradunt veteres. Sic et Orpheus sua a Phœnicibus hausit, cuius hoc est apud Athenagoram, Leg. §. 18. Ιταντος ίδιος λατιστην, ex aqua factus est limus. Deinde ovi ingentis facit mentionem, quod in duas partes dissilierit, cœlum et terram.

Ex eodem Orpheo citat Timotheus Chronographus: "Ηγετοί ται χρόνος αὐτος, πάντα δὲ ικάλυπτα τὰ ὑπὸ τὸν αἰθίρα. Erat chaos et nos tenebrosa omnia occultons quæ sub æthere. Ή γῆ ὑπὸ τοῦ σπόταυς ήν ἀόρατος· τὸ δὲ φῶς μῆλον τὸν αἰθίραν λα-
τιστην πάντα τὴν κτίσιν. Terra pre-
tenebris erat inconspicua; sed lux æthera perrumpens illu-
minavit omnem creaturam. Vide locum apud Scaligerum, initio libri i. Græcorum Chronicorum Eusebii. In sequentibus Sanchuniathonis, Præp. Evan. i. 10. nox dicitur βάσαν: id omnino est Ηγετος Mosis. Ven-
tus autem, qui ibi dicitur κελ-
πία, est Τελετή, vos oris Dei.

[Partim et apud Indos] Eorum sententiam sic Megasthenes exprimit apud Strabonem, libro xv. p. 713. B. ed. Lut. Par. 1620. Περὶ πολλῶν δὲ τοῖς Ἐλληνοις ὄμοδοξεῖν. "Οτι γὰρ γεν-
τεῖς ἐ πόνος γε φύσεις λόγῳ πάρεινον, καὶ ὅτι σφαιροιδής ἐ, τὰ διακόνην αὐτὸν γε ποιεῖ θεῖς δὲ
ὅλου διαπιθείτην αὐτοῦ ἀρχαῖ
δὲ τοῦ μὲν ευμπάνταν ἴσται, τὰς
δὲ πορσυποίας τὸῦ οὖδωρ. De mul-
tis eos cum Græcis sentire. Ut quod Mundus et ortus sit et in-
teriorurus, et quod sphærica fi-
gura: quod cum opifex ejus
et gubernator Deus universum
pervadat: universarum rerum
diversa esse primordia, Mundi
autem facti aquam. Ipsius vero
Megasthenis hæc verba e
tertio Indicorum nobis Cle-
mens depropnsit, Strom. i. 15.
"Απαρτα μήν ται τὰ πιεζ φύσιας,

n et Ægyptios : ° unde apud Linum, P Hesio-

ληρίδαι παρὰ τοῖς ἀρχίσιοις λί-
γνισι καὶ παρὰ τοῖς ἵεροις τῆς
Ἐλλάδος φιλοσοφοῦσι: τὰ μὲν
πωρούς Ἰδεῖς ὑπὲ τῶν Βραχμάνων,
τὰ δὲ ἐν τῷ Συρίᾳ ὑπὲ τῶν πα-
λαιώντων Ἰδείων. Οντια, quæ
antiquitus de rerum natura dic-
ta sunt, etiam apud eos tradita
fuerū qui extra Græciam sunt
philosophati; quales apud Indos
Brachmanes, in Syria vero hi
quid dicuntur Judei.

[°] Et Ægyptios De quibus
Laertius id proclamio, §. 10.
Ἀρχὴν μὲν τῆς ὅλης μάτια τί-
νερα συνοχῆς ἡ αὐτῆς διαφέ-
ρει, καὶ ζῶν την ἀποτισθεῖ-
ται. Principium esse molem con-
fusat: ex hac discreta elementa
quatuor, et animalia perfecta.
Postea vero, τὸν κύριον γυμνεῖς
ἡ φύσις. Mundum ut ortum,
ita interitum. Diodorus Si-
culus eorum sententiam sic
explicat, i. 7. Κατὰ γὰρ τὸν ἡ-
δερῆς τοῦ ὅλου σύστασιν, μίαν
ἴχει ὅλος ἔνεστι τὸ γῆ, με-
μυρόντα αὐτὸν τῇ φύσει. Με-
τὰ δὲ τούτων διαράγοντα τὸν συ-
μάτιον ἀτ' ἀλλάλον, τὸν μὲν
κύριον περιελαῦν ἄπαντα τὴν
ἰρημόνα ἢ αὐτῷ σύνταξιν τον
δὲ ἀλλα κατόπιν τοῦ τοχεῖν.
Καὶ τὸ μὲν περιελαῦν αὐτῷ πρὸς
τὸν περιερεότα τόπον συ-
δραμειού, ἀνθερεῖς ἔνεστι τῆς το-
ντού τοῦ φύσεων δὲ τὸν κυρίστην
(ἀφ' οὗ αἰσιάς τὸν μὲν ὄλον γε τὸ
λαντὸν πλεῦντος τοῦ ἀρχοῦ θεο-
τολοφόδοτος τῇ πάσῃ δίηρη) τὸ
δὲ ἰλανδίς καὶ θεοίς μετὰ τῆς
τοῦ ὑγρῶν συγγένειας ἵπε τοῦτο
καταστῆσαι, διὸ τὸ βάρος. Εἰδέ-
ντων δὲ τοῦ λαντοῦ, γε συγγένει-
ας συντίχειας, τὸ μὲν τοῦ ὑγρῶν

τὸν θέλασσαν, ἵνα δὲ τοῦ εργα-
τιστήρων πειθῶν τὸν γῆν πε-
λαῦν καὶ παντελῶν ἀπαλάν. Ταῦτη δὲ, τὸ μὲν πρῶτον τὸ περὶ
τὸν ὄλον περιελαῦν πατελάμψιον,
τῆςτιν λαβεῖν ἔτιτα, διὰ τὴν
Θεμασίαν ἀναζυμιμένης τῆς ἴ-
τιφανίας, συνοιδῆσαι την τὸν
ὑγρῶν κατὰ πελλᾶς τόπον, καὶ
γνοῦσαι περὶ αὐτὰ σηπιδόντας
μησισλιπτῶν περιεχμένας. Οπις
ἰσιν ἵν τοῦ ὄλον γε τοῖς λαμπά-
ζεσι τὸν τόπον ἔτι καὶ τὸν ἄρση-
ται γιγνόμενον ἰστιδάν, τῆς χά-
ρας πατειψυγμένης, ἄφοι διέπιπ-
εσσι δὲ τὸ γένοντα, μη λαβάν, τὸν
μεταβολὴν ἵν τοῦ κατ' ἀλίγον.
Ζευγοντικόν δὲ τὸν ὑγρῶν διὰ
τῆς Θεμασίας τὸν εἰημένον τρό-
πον, τὰς μὲν νόκτας λαμπάδειον
αἰσιάν τὸν προφίλον ἵν τῆς πε-
τύσεως ἀπὸ τοῦ περιέχοντος ἀρ-
χλην, τὰς δὲ ημέρας ὑπὲ τοῦ
καύματος τερπεῖσθαι. Τὸ δὲ ισχυ-
τον, τὸν κυνοφερμένων τὸν τε-
λίσιαν αὐξητον λαβόντας, γε τὸν
ὑμέτων διακαυθόντα τὸν πε-
ριφεργόντων, ἀπεψυπον γε φυτῆ-
να πατετάστης τύπος γίνεται.
Τόποι δὲ τὰ μὲν πλεύστη θε-
μασίας πεικαντοπότα πρὸς τὸν
μετώπιον τόπους ἀπιλάδην, γενέ-
μενοι πεπονέ: τὰ δὲ γεωδεις αἰει-
χίσια συγκρότους ἵν τοῦ τοῦ λα-
ντοῦν καὶ τοῦ ἀλλαν τοῦ πε-
τύσεων τάξιν πατεριδημηθῆναι: τὰ
δὲ φύσεων ὑγρᾶς μάλατα μετι-
ληφότα πρὸς τὸν ἀμογετὴν τόπον
επιδειμνύν, οὐμαρθίντα πλευτά.
Τὸ δὲ γῆν διὰ μᾶλλον εργαμένην
ὑπό τοῦ περὶ τὸν ὄλον περιελαῦ-
ντος τὸν πτημάτων, τὸν τελιν-
ταῖον μητέτι διανοθει μηδὲ τὸν
μαζόντα ζωγρεῖν ἀλλ' ἵν τὸν

dum, et Græcorum plures Chaos, ab aliis ovi

νέσθαι τὸν ἡμέραν. "Επειδὴ τὸν ὅλον φύσιαν ἔδει Εὐ-
ρετίδη διαφανῶν τοῖς προσερμη-
νοῦσι, μαδητὸς ἐν Ἀτακάγόρῃ τῷ
Φυσικῷ οὐ γάρ τῇ Μελανίστῃ
πέιθειν ὄταν.

"Οὐ διάφανος εἰ γαῖα τὸν μαρ-
φὸν μία.

"Ἐπειδὴ δὲ ἰχυρίσθωσιν ἀλλή-
λων δίχας,

Τίκτουσι πάντα πάξιδηντα τοῖς
φάσις,

Δίδηρον, πετειὰ, θῆρας, οὐδὲ δι-

ἄλμην τρίφιην,

Γίνεται τοις θηράσταις—

Καὶ τοῖς μὲν τῆς περάτης τῷ
ὅλῳ γενίσιοις παντά παριλή-
φασιν. Τὸ δὲ ίξ ἀρχῆς ζωογονῶν
τὴν γῆν εἰς ταραχάδεσσιν οὐαὶ τοῖς
φύαις τὴν τοῦ ιδεργίαν, φα-
σοὶ καὶ τὰ μίχρι τὸν γνώμην
μαρτυροῦνται τοῖς. Κατὰ γὰρ τὴν
Θητείδα τῆς Αἰγαίουτε (καὶ δι-
άπειρος πλιόναση τὴν ἀνέβα-
σιν ὁ Νεῦλος, ότι τῆς μηρὸς γῆς διὰ
τοῦτο καθηγοῦν γνωμήν), τῆς δὲ
πιεζὴ τὸν πλοιον Θερμαϊκὸν ἄφω
προσπιεύσαντος, καὶ διὰ τοῦτο κατὰ
πεδίλες τάστης τῆς ἱππανίας
στήψιας γνωμήν) ταλῆς μνᾶν
ἐπι γῆς ἀναρθρωτον γεννᾶσθαι.
Τοῦτο τὸ σὺν τῆς γῆς σκληρῆς
ζωγρυμήν, καὶ τὸ πειρίχοντος
άρρενος ἐπίτι διατηροῦντες τὴν ίξ
ἀρχῆς ἴνταξίαν χίπησαν φύ-
σιδας ἔνα, φανερὸν οὖται λίγοι,
διοτι κατὰ τὴν ίξ ἀρχῆς τὸν
ὅλον γίνονται τῆς γῆς συνίσταν-
ζωογονῶδες παντάς φύσις ἡμέραν.

Cum primum res uni-
versas existere cōspere, unius
vultus fuisse cōlum ac terram,
permixta eorum natura. Postea,
quum discessissent a se ista cor-
pora, Mundocontigisse eum quem,

nunc videmus ordinem; autem
perpetui motus factum
compotem. Hujus quod maxime
erat igneum ad sublimia loca e-
vectum, quippe cum sursum ten-
dat ob levitatem talis natura:
(eademque de causa solem et
ceteram siderum multitudinem
mansisse in perenni vertigine:)
quod vero cōnōsum ac turbidum
cum humida concretione uno sub-
sedisse in loco vi gravitatis.
Sed hoc quoque, cum volaretur
in se versareturque continuo, ex
humidis mare, ex solidioribus
redidisse terram, sed lutosam mol-
leisque valde. Hanc vero, ut
primum qui Soli uideat ignis col-
lucere caput, coaluisse: tum ve-
ro, cum fermentaretur summa
facies, intumuisse pluribus in lo-
cis humentia, inque iūs putredines
extiisse tenuibus pelliculis
circundatas. Quod etiam nunc
in stagnis locisque uliginosissimi
conspicitur: ubi post refrigera-
tum solum subito incalescit aēr,
non autem paullatim immutatur.
Cumque ad eum modum ex ca-
lore fatu impleta essent quae
madebant, iūs factibus advenisse
alimentum noctibus ex circumfu-
sa nebula, diebus vero eos ab
estu solidatos. Postremo, cum ad
sui plenitudinem venissent iūs fa-
ctus, perustaque atque ita rup-
ta essent membranarum involu-
cra, enatas apparuisse omnimo-
das animantium formas. Horum
alia plurimum sortita calo-
ris ad loca supra abiisse, facta
volucria: at quae terrestri cras-
sicie essent prædicta, ea in reptiliū
et aliorum humi viventium
posita classe: at quae de hu-

nomine significatum; et animantium, ac postre-

merle natura traherent pherimur, ea quoque ad locum perlati cognatum sibi, dicique natantia. At tellurem, cum et ab estu Solis et a ventis magis magisque induerunt, ad postremum non sufficiere gignendis majoribus animantium; sed ea ex mutuo coitu corporis gigni. Videtur ab his quæ dicta sunt nec Euripides dissentire, qui Anaxagore physici discipulus fuit: nam in Melanippe sic loquitur :

*Figura ut una fuerit et cœli
et soli:*

Secreta quæ mox ut receperunt statum,

Cuncta ediderent hæc in oras luminis,

*Feras, volucres, arbores, ponti
gregem,*

Homines quoque ipsos—

De prima igitur rerum origine talia sunt quæ accepimus. Quod si cui mira videatur illa via terræ in producendis initio animantibus, afferent ei rei ab iis quæ adhuc sunt argumenta. Nam in Thebaido Ægypti (quo tempore maxime exundat Nilus, atque inde humectata tellure subito Solis calor supereroit, atque ex eo multis in locis in facie terræ putredofacta est) gigni murum vim incredibilem. Cum ergo ex terra jam indurata, et albre non jam illam primam seruante temperie modumque, tamen aliqua nascantur animalia; inde manifestum ait, rerum initio ex terra omnia edita esse genera animantium. Hic si addas Deum opificem, qui Mens dicitur Anaxagore, videbis multa cum Mose et Phœnicum tra-

ditione congruentia; permixtum cœlum et terram, motum aëris, limum sive abyssum, lucem; deinde sidera; discessionem cœli, maris, terræ; deinde volucres, reptilia, pisces; aliaque postremo animantia, etiam hominem. Ex Ægyptiis hæc habet Macrobius, Saturnaliū vii. c. 16. Si concedamus, ut ab adversa parte dictum est, hæc quæ sunt ex tempore aliquod sumpsisse principium: natura primum singula animalia perfecta formavit; deinde perpetuam legem dedit, ut continuaretur procreatione successio. Perfecta autem in exordio fieri potuisse, testimonio sunt nunc quoque non pauca animantia, quæ de terra et imbre perfecta nascuntur: ut in Ægypto mures, et aliis in locis ranas serpentesque, et similia. Merito autem veteribus Græcorum Physicis Anaxagoram præfert Aristoteles, Metaphysicorum i. cap. 8. fin. tanquam sobrium ebris: quod illi solam materiam spectassent, hic vero ad didisset eam causam, quæ ex proposito agit; quam Aristoteles Naturam vocat, Anaxagoras feliciter Mensem, Dem Moses: ut et Plato, de quo vide Laërtium, iii. 69. ubi de Principiis ex sententia Platonis agit, et Apuleium de dogmatibus Platonis, p. 29. ed. Amst. 1624. Thales hoc primus docuerat ante Anaxagoram. Velleius apud Ciceronem de Natura Deorum, i. 10. *Thales enim Milesius, qui primus de talibus rebus quæsti-*

mo hominis (et quidem ad divinam effigiem)

*vit, aquam esse dixit initium rerum; Deum autem eam mentem, quae ex aqua cuncta finge-
ret. Ubi aquam intellige iān, quae terra Xenophani et aliis: neutrum male, si rectus intellectus adhibeatur.*

• *Unde apud Linum] Versu
supra citato.*

¶ *Hesiodum] In Theogonia,
ver. 116.*

"Ἡραὶ μὲν πρώτηται Χάος γί-
νεται, αὐτὰρ ἔπειτα
Γαῖαί εὑρέσθησεν, πάντας θεούς
ἀσφαλῆς αἰδί.
Ἄθανάτων οἱ Ιχθυοι κάρη πο-
φίσστος Ολύμπου,
Τάρσαρά τ' ἡγείστηται μυχῷ
χθονίος εὐρυδόμινος,
· Ήδὲ Ερεσ, δικάλλησος οὐ ἀδι-
νέταισις θεοῖσι,
Διαφεύληται, πάνταν τε θεῶν
πάνταν τ' ἀνθρώπουν.
Δάμναται δὲ τοῦδεσσιν πάντας καὶ
ἰεπίφερονα βιβλάννα.
· Έπει Χάος δὲ Ερεσός τι μίδαι-
νεται τοι Νῦν λύσσοντος.
Νυκτὸς δὲ αὐτὸς Αἰθήρ τι καὶ
· Ήμέρας ἐξεύνεται,
Οὖς τίκια κυσσαμίσιν, · Ερεσίν
φιλόστητη μυγῆσσα.
*Principio natum Chaos, hinc
prodiuit in auras*
*Larga simu tellus, Divum certi-
tissima sedes*
*Summa tenent qui templa ni-
ves tangentis Olympi,*
*Tartaraque obscuru terræ con-
clusa recessu.*
*Inde etiam Divos inter pul-
cherrimus omnes*
*Curarum depulsor Amor, ho-
minumque Decimque*
*Solertes animos et fortia pec-
tora mulcens.*

*Hinc Erebum simul et Noctem
Chaos edidit abram.
Æthera supremum genuit Nox
atra Diemque,
Quos commissa Erebo grato
concepit amore.*

Confer haec cum Phœniciis, quae modo habuimus: videbis inde adumbrata. Vicinus sci-
licet Thebarum Boeotiae, quas Cadmus Phœnix condidit, fuit Hesiodus. "Ἐρεσος" est בְּנֵי Mosis, quem sequitur nox et dies. In Argonauticis, qui Or-
phei nomen preferunt, ver. 12.

'Αρχαῖν μὲν πρώτηται Χάος μί-
γαντος ἀνάγκην.

*Vim primam immensam Cha-
os, quae rebus origo.*

In eodem iterum poëmate,
ver. 419.

Πρώτα μὲν ἀρχαῖν Χάος με-
λιθόπατον ὅμοιον,

(Ὄτε ιπάμικη φύσις, οὐ το-
δερὺς τις πίκας ήλθε,) Γῆς τ' εὐρείστητη γίνεσθαι παθ-
μών τε θαλάσσης,

Προσευτατός τι καὶ αὐτοτελῆ
πολύμητος "Ερεστα,

"Οσα τοι Ἰφεσις ἄπαντα, διά-
χρον δὲ ἀλλοι ἀπ' ἀλλοι.

*Antiqui Chaos mellitum ante
omnia carmen,*
(*Naturam ut mutarit, et ut sit
conditus æther,*)

*Terraque latipatens, funda-
minaque æquoris alti,)*

*Consilique potem, quo nil
prius extat, Amorem,*

*Discernens aliis aliud qui
cuncta creavit.*

Unde haec sua sumpsit Apol-
lonius in ejusdem argumenti
libro, i. 496.

extuctio; et in animantia cætera dominium

"Ηιδεις δι, ότι γαῖα και ὄχαντος
καὶ θάλασσα,
Τὸ πρὸ τοῦ ἀλλάλων μη
επιφέρεται μερῆ,
Νίκος οὐκ ἀλλού δίκηδιν
ἀμφὶ ἵκανα.
Ναυγεις κανεβατ, uti tellus
καθημερινούς,
Mista aliis alia et communem
nacta figuram,
Cuperunt cæca tandem disce-
dere pugna.

Epicharmus Comicorum vestissimum antiquam traditionem referens, apud Laertium in Platone, iii. 10.

"Ἀλλὰ λίγηται μὲν Χάος πρῶ-
την γενέθεα τον θάνατον.

Sed Deos primum extitisse
fertur ante omnes Chaos.

Aristophanes in Avibus, ver. 694. conservatus a Luciano in Philopatride, §. 18. et Suida, voce Chaos:

Χάος οὐ γέ νοῦς Ἐρέβος το μί-
λιον πρώτον καὶ Τάρταρος
τούτους·

Γῆ δὲ, οὐδὲ ἄλλη, οὐδὲ ὄχαντος οὐν.
Ἐρέβος δὲ ἐπιτίσσεις κόλ-
ωντος

Τίταν πρώτοις ὑπηρέμειος Νοῦς
οὐ μελανίστηρος οὖν·

'Εξ οὐ περιτταλλομένους ὄχαντος
ἴσλαστον Βρούς οὐ ποθεῖσε,
Στιλβεῖσαν τόντον περιέγνων χρυ-
σαῖσιν, τίκνως ἀνημάδεις θί-
τασσι.

Ούτος δέ, Χάος πρώτων μη-
χάνεις τοχήιν κατὰ Τάρταρον
εὔρει,

'Επιτίσσειος γίνεται ἀμίτερος, δὲ
πρώτοις ἀπήγαγεις οὐς φύει.

Πρώτοις δὲ οὐ γίνεται ἀδι-
άρταν πρῶτον Βρούς συμβιβε-
βάσαται.

Ζημιμαγνημένων δὲ ιτίρων ιτι-
ροῖς, γίνεται ὄχαντος ἀκινάτος τοι.
Καὶ γὰρ τάντον τοι θάνατον μα-
κάρων γίνεται ἔφθιστον—

Chaos et Nox primum erat
atque Erebus nigricans et
Tartarus ingens:

Nec humus, nec cælum erat,
aut aëris. Tunc, cum vi fla-
minis, ovum

Gremissem super infinitum Ere-
bi peperit Nox decolor alis:
Ex quo bonus inde emersit A-
mor circum volentibus ho-
ris,

Radians tergo aureolis pennis,
par magni turbinis auræ.

Qui deinde, volans mistusque
Chao, extabat qua Tartar-
rus, atro,

Nostrum genus edit et in dies
producit heminis oras.

Neque enim Divum genus ante
fuit quam junsit cuncta
Cupido:

Similatque haec sunt aliis
commista alia, aether prodit
et aquor,

Et terra, beatorumque Deorum
genus immortale—

Cuivis vel leviter insipienti
apparet sumpta haec e traditione Phœnicum, quibuscum
vetus Attice incolis, Ionum
antiquissimis, commercium.
De Erebo jam diximus. Tar-
tarus est ΤΑΡΤΑΡΟΣ ἀκεραος. A-
mor ex voce ΜΥΡΜΗΓΟΣ, ut
supra indicatum est: quo et
illud Parmenidis pertinet, a-
pud Platonem, Sympos. p.
1178. B. ed. Francof. 1602.

Πρώτοις μὲν Βρούς θάνα-
τον πετίσατο πάτετο.

homini datum: quæ passim apud plurimos scriptores, q ac postremo apud Ovidium, qui

*Omnibus ex divis primum
perficit Amorem,*

Et Simmiae Rhodii carmen alaram figuram præferens.

*q Ac postremo apud Ovidium,
qui ex Græcis ista transcripsit]*
Locus est in promptu, primo Metamorphoseon. Dignus tamen qui et hic legatur; quod præcipua eorum quæ in Mose verbis ad Mosem proxime accendentibus enuntiet, multumque iis quæ jam diximus afferat lucis, et ab iis vicissim accipiat.

*Ante mare et terras et, quod
tegit omnia, cælum,
Unus erat toto naturæ vultus
in orbe,
Quem dixerat chaos, rudis in-
digestaque moles,
Nec quicquam nisi pondus in-
ers, congestaque eodem
Non bene junctarum discordia
semina rerum.
Nullus adhuc mundo præbebat
lumina Titan,
Nec nova crescendo reparabat
cornua Phœbe,
Nec circumfuso pendebat in
âbre tellus
Ponderibus librata suis, nec
brachia longo
Margine terrarum porrexerat
Amphitrite.
Quaque erat et tellus, illuc et
pontus et aëris.
Sic erat instabilis tellus, inna-
bilis unda,
Lucis egens aëris: nulli sua
forma manebat:
Obstabatque aliis aliud: quia*

*corpore in uno
Frigida pugnabant calidis,
humentia siccis,
Mollia cum duris, sine ponde-
re habentia pondus.*

*Hanc Deus et melior litem
natura diremit:
Nam cælo terras, et terris ab-
scidit undas;
Et liquidum spisso secrevit ab
âere celum.
Quæ postquam evolvit, cæco-
que exemit acervo,
Dissociata locis concordi pace
ligavit.*

*Ignea convexi vis et sine pon-
dere cæli
Emicuit, summaque locum si-
bi legit in arce:
Proximus est aëris illi levitate,
locoque:*

*Densior his tellus, elementa-
que grandia traxit,
Et pressa est gravitate sui:
circumfluuus humor
Ultima possedit, solidumque
coercuit orbem.*

*Sic ubi dispositam, quisquis
fuit ille Deorum,
Congeriem secuit, sectamque
in membra redegit,
Principio terram, ne non æ-
qualis ab omni
Parte foret, magni speciem
glomeravit in orbis.
Tum freta diffudit, rapidis-
que tumescere ventis
Jussit, et ambitæ circumdare
littora terre.
Addidit et fontes, et stagna
immensa, lacusque,
Fluminaque obliquis cinxit
declivia ripis;*

ex Græcis ista transcripsit, invenias. Verbo

*Quæ diversa locis partim sor-
bentur ab ipsa,
In mare pervenient partim,
campoque recepta
Liberioris aquæ pro ripis litt-
ora pulsant.
Jussit et extendi campos, sub-
sidere valles,
Fronde tegi silvas, lapidosos
surgere montes.
Utique duæ dextra cælum, tot-
idemque sinistra
Parte secant zonæ, quinta est
ardentior illis;
Sic onus inclusum numero
distinxit eodem
Cura Dei, totidemque plagæ
tellure premuntur.
Quarum quæ media est, non
est habitabilis æstu:
Nix tegit alta duas: totidem
inter utramque locavit,
Temperiemque dedit, mista
cum frigore flamma.
Imminet his aëris, qui, quanto
est pondere terræ,
Pondere aquæ levior, tanto est
onerosior igne.
Illiæ et nebulae, illiæ consistere
nubes
Jussit, et humanas motura to-
nitruæ mentes,
Et cum fulminibus facientes
frigora ventos.
His quoque non passim mundi
fabricator habendum
Atra permisit. Vix nunc ob-
sistitur illis,
Cum sua quisque regat diver-
so flamina tractu,
Quin lanient mundum: tanta
est discordia fratrum.
Eurus ad Auroram, Naba-
thaæque regna recessit,*

*Persidaque, et radiis juga
subditæ matutinis:
Vesper, et occiduo quæ littora
sole tepescunt.
Proxima sunt Zephyro: Scy-
thiam septemque triones
Horriter invasit Boreas: con-
traria tellus
Nubibus assiduis, pluvioque
madescit ab Austro.
Hæc super imposuit liquidum
et gravitate carentem
Æthera, nec quicquam terre-
ne fæcis habentem.
Vix ita limitibus discreverat
omnia certis,
Cum, quæ pressa diu massa
latuere sub ipsa,
Sidera cœperunt toto efferves-
cere cælo.
Neu regio foret ulla suis ani-
malibus orba,
Astra tenent celeste solum,
formæque Deorum:
Cesserunt nitidis habitanda
piscibus undæ:
Terra feras cepit, volucres a-
gitabilis aëris.
Sanctius hic animal mentis
que capacius unum
Deerat adhuc, et quod domi-
nari in catena posset:
Natus homo est: sive hunc di-
vino semine fecit
Ille opifex rerum, mundi me-
lioris origo:
Sive recens tellus seductaque
nuper ab alto
Æthere cognati retinebat se-
mina cæli,
Quam satus Iapeto mixtam
fluvialibus undis
Finxit in effigiem moderan-
tum cuncta Deorum.*

Dei facta omnia etiam Epicharmo et Plato-

*Pronaque cum spectent animalia cætera terram;
Os homini sublime dedit, cælumque videre
Jussit, et erectos ad sidera tolleto vultus.*

Vides hic hominis in cuncta hec inferiora dominatum: vi- des factum eum ad Dei aut celitum imaginem. Eurysus Pythagoreus, libro de Fortuna, apud Clementem Alexandrinum, Strom. v. 5. *Tὸ εὐάρεστον λαττῆς ὄμοιο, οἵα γεγενέτης εἰς τὰς αἰώνας ὑπάλειπε τὸν τεχνίτην διεργασμένον λόγου, ὃς ἵτεχνιτος αὐτὸν ἀρχιτύτην χρεώμενος ιαυτῷ. Hominem corpore similem reliquis, quippe ex eadem constante materia: sed ab optimo effectum artifice, qui in eo faciendo semetipsum habuit exemplar.* Ubi *εκῆνος* est corpus, ut Sapientiae ix. 15. ii Cor. v. 1, 4. Adde quod Horatius, Sat. ii. 2. 79. animam vocat

— *Divine particulam aure:*

Virgilii, Aen. vi. 747.

Ætherium sensum—

Juvenalis vero, Satyra xv. 143.

— atque adeo venerabile soli

Sortiti ingenium, divinorumque capaces,

Atque exercendis capiendisque artibus apti,

Sensum a colesti demissum traximus arce,

Cujus egenit prona et terram spectantia. Mundi

Principio induxit communis conditor illis

Tantum animas, nobis animum quoque—

Adde egregia ad hanc rem, Platonis Alcibiade primo, p. 447. et Phædone, p. 60. et alibi. Cicero de Legibus, i. 9. *Nam, cum cæteras animantes abjeccisset ad pastum, solum hominem erexit, ad cœlique quasi cognationis et dopicilii pristini conspectum excitavit. Sallustius, initio belli Catilinarii: Omnes homines, qui se se student prætare ceteris animalibus, summa ope niti decet, ne vitam silentio transcant, veluti pecora, quæ natura prona atque ventri obedientia finit. Plinius, libro ii. cap. 26. Hipparchus nunquam satis laudatus, ut quo nemo magis approbaverit cognitionem cum homine siderum, animasque nostras partem esse cœli.*

* *Etiam Epicharmo]* Apud Clementem, Strom. v. 14. et Eusebium, P. E. xiii. 13.

Ο δι γι τὸ ἀνθρώπῳ λόγος πέφυκεν ἐπὶ τῷ Θεῷ λόγος.

Et Dei a ratione ratio nascitur mortalium.

* *Et Platonicus]* Amelius Platonicus: *Kαὶ ὅτε ἔρα ἦν ὁ λόγος, καὶ δὴ ἐπὶ ὅτα τὰ γνόμινα ἰγίνετο, οἷς ἂν γένεται ὁ Ἡμέτερος ἀξένωτος* γέ τὸ Δὲ ὃν ὁ βάρεσσαρος ἀκοῖ ήταν τῆς τοῦ ἀρχῆς τάξις ταῖς καὶ ἀκέραιας παθεστάτα τρόποις Θίονται, καὶ Θίονται διὰ τῶνδι ἀπλῶν γεγενηθεῖς ήταν τὰ γνόμινα ζῶντας καὶ ζωνταί. *Hæc itaque illa erat ratio, per quam, sempiterna cum sit, quæ sunt existebant, quomodo et Heraclitus loqueretur;*

niciis proditur, et ante eos scriptori antiquissimo, non illorum hymnorum quos nos sub eo nomine habemus, sed ^t eorum carminum quæ

et quam per Jovem ille Barbarus in Principiū ordine ac dignitate constitutam et apud Deum esse pronuntiat, et esse Deum: per quam facta omnino omnia fuisse: in qua quod factum est et vivens et vitam et aliquid genitum esse. Barbarus quem dicit est Joannes Evangelista, cuius temporibus senior aliquanto Amelius. Verba ejus servavit nobis Eusebius, Præparationis lib. xi. cap. 19. et Cyrilus, lib. viii. contra Julianum, t. 6. p. 283. D. ed. Lutet. 1638. Meminit ejusdem Ameliani loci et Augustinus, libro x. cap. 29. de Civitate Dei, et, Confessionum libro vii. 9. 1. Tertullianus adversus Gentes, cap. xxi. *Apud vestros quoque sapientes λόγον, id est, sermonem atque rationem, constat artificem videri universitatis.* Hanc enim Zeno determinat facultatem, qui cuncta dispositione formaverit. Locutus Zenonis erat libro της θείας, ubi εἰς τοῦ, causam effectricem, vocabat λόγον; quem sequi Cleanthes, Chrysippus, Archedemus, Posidonius, docente Laertio in Zenone, vii. 40. Seneca rationem facientem vocat, Epistola lxxv. Chalcidius ad Timaeum, p. 185. *Et ratio Dei Deus est humanis rebus consulens, quæ causa est hominibus bene beatique vivendi, si non concessum sibi manus a summo Deo negligant.* Idem, de Mose,

alio loco, p. 378. *Aperte indicans, præeunte divina sapientia cælum terramque factam, eodemque sapientiam divinam esse universitatis primordium.*

^t *Eorum carminum quæ vetustas Orphica appellavit] Versus sunt hi:*

Αὐτὸν ἐριζει σε πατέρος, τὴν φύγεται πράσπι, Ἡμίκη πέριον ἀπεκταΐστη σπεῖρατο βαλαῖς.

Illa mihi testis vox sit, quæ prima parenti Edita, cum totum fundavit jussibus orbem.

Extant in admonitione ad Gracchos, §. 15. inter opera Justini. Et hi:

Φύγεται αἴς Θίμος ιετος, Θάρης δὲ ιεθεθει βιβελοῖς

Πάστοι ὄμηροι σύ δὲ ἄκουε φωνήσου ἵχυσι μόνης,

· Μυστοί· Κέρισι γὰρ ἀληθία· μηδὲ σε τα πρᾶ

'Ετ τηθίσσοι φανίστα φίλης αἰνεῖν ἀμίρηγ.

Εἰς δὲ λόγον Θύεον βλίψας τύτου προσιδένει,

'Ιδύντος πρεδίπτοντο κύπεος· οὐδὲ ιετίσαις

'Αργαστονδέ μόνον δὲ λέρα πίστης μοις ἀπακτα.

Εἴς ιε' αὐτοτιλῆς· ιδε τηγονα πάντα τίτυσται·

'Εισοράς Θηροντος αὐτὸς δὲ γε τάντου ὄρηται.

Quicis fas est audire, canam: procul ite profani,

vetus Orphica appellavit, non quod Orphei essent, sed quod ab eo tradita continerent. Solem non esse lucem primigeniam, sed lucis receptaculum, (*δόχημα καὶ δόχημα τοῦ πυρὸς*, ut veterum Christianorum quidam loquitur,) ^u agnovit et Empedocles : ^x supra astrorum loca di-

*Ite foras : tibi sed Lunæ, Mū-
sæ, nepoti,
Vera tibi pandam ; ne quæ
prius insita menti
Hærescunt dulcis spolient te
munere vite.*

*Divinam spectans rationem
pectus ad illam
Dirige, et ima animi semper
præcordia ; recta
Nec deflecte via : factorem
conspice mundi.
Unus is æternus : suntque
omnia facta per unum :
Ipse agitat totam præsenti
numine molem ;
Mortalis quem nemo videt,
videt unicūs omnes.*

Extant in admonitione ad Græcos, §. 15. item in libro de Monarchia, §. 2. in operibus Justini Martyris ; in Clementis Alexandrini Strom. lib. v. p. 259. 3. ed. Sylburg. 1592. in Eusebio, lib. xiii. 12. Præparationis Evangelicæ, ex Aristobulo.

* *Agnovit et Empedocles]* De quo Laërtius, viii. 77. τὸν ἥλιον φησι τυχός ἀθρευμα μίγα. Solem dicebat magnum esse acer-
vum ignis. Is qui Placita scrip-
sit Philosophorum, quæ sunt in
operibus Plutarchi, lib. ii. cap.
6. 'Εμπεδοκλῆς τὸν μὲν αἰδίου
πρῶτον διακριθῆναι, διάτροφος δὲ

τὸ πῦρ, λο' φέτη γῆντιν οἴκος θεος,
ἔγειρα περιφύγγωντας τὴν βύρυη
τῆς περιφοράς, ἀναβλύσσει τὸν ὑ-
δατόν οἴκον διαμιαδῆναι τὸν ἄλιξα-
ς γυνεθαν τὸν μὲν ὄρανόν τον
αἰδίον, τὸν δὲ ἥλιον τον πορφίρα.
Empedocles primum omnium se-
cretum aiebat æthera, deinde ignem, post terram ; qua constricta
impetu ipso agitationis, ebulliisse
inde aquam : ex hac exhalasse
ætrem : cælum autem ex æthere
natum : solem ex igne. Et, cap.
xx. Empedocles, δύο ἥλιοις, τὸν
μὲν ἀρχίτυπον, τὸν δὲ φανέρι-
πον. Duos soles, alterum origi-
nalem, alterum eum qui appa-
reat. Philolaüs vero, ut ibi-
dem legimus, dixit Solem ἡ-
λιοῦδην, διχόμιον μὲν τὸν δι-
άσθματον φυγός τὸν ἀκρανγειαν, δι-
δυντα δὲ πρὸς ἡμέας τὸ φῶς, vi-
treæ naturæ, qui ignis ejus, qui
in mundo est, repercussum in se
splendorem recipiat, lumen au-
tem ad nos destillet. Anaxago-
ras, Demoeritus, Metrodorus
Solem massam quandam igni-
tam dicebant : ut ibidem di-
citur. Et has sententias esse
antiquissimas ostendit Demo-
critus, narrante Laërtio, ix.
34.

* *Supra astrorum loca divi-
num esse domicilium Aratus]* Phænom. ver. 359.

vinum esse domicilium Aratus ^y et Catullus: in eo lucem perpetuam Homerus. Antiquissimum rerum esse Deum, quippe non genitum; pulcherrimum mundum, quippe Dei opus; tenebras luce priores ^z ex veteri disciplina docuit Thales: quorum postremum ^a etiam apud Orphicos ^b et Hesiodum est; atque inde ^c antiqui moris retinentissimæ gentes tempora per noctes numerabant. ^d A supra mente ordi-

*Oīos γάρ πέπτυνο θεῶν ὅπε
ποστοί φερόμενοι
Λιγύανος Ἡράλιος πελοπλαῖος
επι ποταμοῖς.
Quantus et ille vides subter
vestigia divum
Se ferat Eridani gurges, la-
crymabilis amnis.*

^y *Et Catullus]* Coma Bere-
nices apud Callimachi inter-
pretent Catullum sic loquens
inducitur, ver. 69.

*Sed quanquam me nocte pre-
munt vestigia divum.*

^{*} *Ex veteri disciplina docuit
Thales]* Testis Diogenes Laërtius, i. 85. Fuit autem Thales Phoenix origine, testibus Herodoto, i. 170. et Leandro, apud Clem. Alexandr. Strom. i. p. 129. 44.

** Etiam apud Orphicos]*
Hymno noctis, init.

*Νύκτα θεῶν γενίτρης κύρο-
παι, ἥδη τοῦ ἀνδρῶν.*

*Noctem concelebro genitricem
hominumque Deumque.*

^b *Et Hesiodum]* Cujus hac
de re versus supra posuimus.

^c *Antiqui moris retinentissi-
mæ gentes]* Oī Νομάδες τῶν Α-
ἰων ἐπι ταῖς ἡμίγαιαις, ἀλλὰ ταῖς;

*νῆσοι αὐτῶν ἀρχαῖοις τὸν χρόνον.
Numidae in Libya non ex diebus,
sed ex noctibus tempora sua com-
putant, ait Nicolaüs Damascenus, p. 521. ed. Paris. 1684.
in Valesii Excerptis. De Ger-
manis Tacitus, §. xi. Nec die-
rum numerum, ut nos, sed nocti-
um computant: sic constitunt:
sic condicunt: nox ducere diem
videtur. Vide Speculum Saxo-
nicum, lib. i. art. 3. 67. et ali-
bi, et doctissimum Frid. Lindenbrogium ad vocem *Noctes*
in Glossario ad Codicem le-
gum antiquarum. Servant
hunc morem etiam nunc vici-
ne gentes Bohemi et Poloni;
olim et Galli. Cæsar, libro vi.
belli Gallici, cap. 17. *Spatia
omnis temporis non numero die-
rum, sed noctium finiant.* De
Druidibus Plinius, libro xvi.
Historiæ Naturalis, capite ul-
timi: *Luna, quæ principia men-
suum annorumque his facit.* De
Hebræis nota res. Athenien-
ses addit Gellius, libro iii. cap.
2. Phœnicum hac quoque in
re discipulos.*

^d *A supra mente ordinata
omnia, Anaxagoras]* Verba e-

nata omnia, Anaxagoras; ^e sidera a Deo facta,

ius posuimus supra, quæ habes apud Laërtium, scriptorem de Placitis Philosophorum, i. 3. et alios. Etiam Timonis de ejus sententia versus supra habes.

^e *Sidera a Deo facta, Aratus*] Phænomenon initio:

"Ἐκ Διὸς ἀρχήμοσθα, τὸν ὑδάτων ἄνδρες λαῦσι,
Ἄρρητον μητὰ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγνοεῖ,
Πάσαι δὲ ἀνθρώποις ἀγοραὶ,
μετὰ δὲ θάλασσα,
Καὶ λαμίνες πάντες δὲ Διὸς πικρέμενα πάντες.
Τῷ γὰρ καὶ γίνος ισμόν. Οὐ δὲ τῆτος ἀνθρώποις
Διέξα σημαίνει, λαὸς δὲ οὐτὶ¹ ἔργον ἴγειρι,
Μιμητῶν βίστοις λίγη δὲ
στὶ βάθος ἀρίστη
Βιοί τε καὶ μακρίλογοι λίγη
δὲ ὅτι δικές ὡραί
Καὶ φυτὰ γηραῖσσαι, καὶ σκιέματα πάντα βαλίθαι.
Αὗτοι γὰρ τὰ γ σήματα ή, ἀ-
ραινούσηργειν,
Ἄστρα διακρίνεται ισχίψατο δὲ
τοῖς ίνιαντον
Ἄστρες, οἱ καὶ μάλιστα τιτυ-
γμίνα σημαίνουσι
Ἀνθράστιν ὡραίων, δῆρεν θυμπίδα
πάντα φύσανται.
Τῷ μηδὲν περιττὸν τι καὶ δισ-
τον ἰλάσκοται.
Χαῖρι, πάτερ, μίγα θαῦμα,
μήγ' ἀνθρώποισιν ὄντες.

Quæ nos olim sic vertimus:

*Ab Jove Musarum primor-
dia: semper in ore
Plurimus ille hominum est, qui
compita numine magno,
Conciliumque virum compleat,*

*pelagusque profundum,
Et pelagi portus: fruuntur
Jove et utinur omnes.*

*Nos genus illius: nobis ille
omine lato*

*Dextera praesignat, popu-
lumque laboribus urget,
Consulat ut vires: quando sit
terra ligoni*

*Aptior aut bubus monet, et
quo tempore par sit
Aut serere, aut septas lymphæ
aspergere plantas.*

*Ipse etiam in magno defixit
sidera mundo*

*Ordine quæque suo, atque in
totum providus annum
Astra dedit; quæ nos moneunt,
qua quælibet hora
Apta regi, certa nascantur ut
omnia lege.*

*Idem ergo primus placatur, et
ultimus idem.*

*Magne pater, magnum mor-
talibus incrementum.*

Jovem hic intelligendum Deum verum Mundi opificem et res docet, et Paulus Apostolus in Actis, xvii. 28. Ovidius sua Phænomena his versibus terminavit, ut ex Lactantio, ii. 5. 24. discimus:

*Tot numero, talique Deus st-
mulacra figura*

*Imposuit calo: perque atras
sparsa tenebras*

*Clara pruinose jussit dare lu-
mina nocti.*

Chalcidius ad Timæum, p. 223. fin. *Cui quidem rei Hebræ-
orum quoque sententia concinit;
qui perhibent exornatorem mundi
Deum mandasse provinciam, So-
li quidem ut dicim regeret, Lunæ*

Aratus; ^f Spiritu Dei infusam rebus vitam, post Græcos Virgilius; ^g hominem ex luto formatum Hesiodus, ^h Homerus, ⁱ Callimachus; de-

vero ut noctem tueretur: certe-
ras quoque stellas dispositissime,
tanquam temporum limites anno-
runtque signa, indicia quoque fu-
turorum proventuum.

^f Spiritu Dei infusam rebus
vitam, post Græcos Virgilius]
In Æneid. vi. 724. quem Ser-
vius ait ex plurimis veterum
scriptis fabricatum:

*Principio cælum et terras
campoque liquentes,
Lucentemque globum Lunæ,
Titaniaque astra
Spiritus intus alit; totamque
infusa per artus
Mens agitat molem, et magno
se corpore miscet.
Inde hominum pecudumque
genus, vitiisque volantum,
Et quæ marmoreo fert mon-
stra sub æquore pontus.
Igneus est ollis vigor et co-
lestis origo
Semibus—*

Explicandis his illa serviant
ejusdem, Georgicon. iv. 219.

*His quidam signis atque hæc
exempla secuti*

*Esse apibus partem diuinæ
mentis, et haustus*

*Ætherios disere: Deum nam-
que ire per omnes*

*Terrasque tractusque maris
cælumque profundum.*

*Hinc pecudes, armenta, viros,
genus omne ferarum,*

*Quemque sibi tenues nascen-
tem arcessere vitas.*

^e *Hominem ex luto formatum* Hesiodus] Operibus ac Diebus, ver. 60.

"Ηφαῖτος δ' ἵκιλινος περιελυ-
τὸν, ὅπει τάχιστα
Γαιας ὕδαι φύειν, οὐ δὲ ἀνθρά-
πτος Σίμων αὐδῶν.

*Mulciberumque moras jubet
omnes solvere, et undas
Commiscere solo, atque huma-
nam imponere vocem.*

^h *Homerus]* Iliados H'. 99.
"Ἄλλος ὑμᾶς μὴ πάντας ὕδωρ
ἢ γαῖα γίνεσθαι.

*At vos in tellurem omnes
abeatis et undam.*

Redeunt enim omnia eo unde
venerunt. Euripides, Hypsipyle, ut nos docet Stobæus, ti-
tulo, *Eventus rerum fortiter se-
rendos*, p. 568. 18. ed. Aur.
Allob. 1609.

— κῆπτα δὲ ἄχθονται βρο-
τῷ
Εἰς γῆν φίοντες γῆν· ἀναγ-
καῖος δὲ ἤχοι
Βίον Δηρίζειν, ὡς τε κάρπους
τάχυτον.

Que Cicero ita vertit, Tuscu-
lanarum tertio, §. 25.

*Quæ generi humano angoram
nequit quam afferunt:*

*Reddenda est terra terra:
tum vita omnibus*

*Metenda, ut fruges: sic ju-
bet necessitas.*

Idem Euripides, Supplicibus,
ver. 581.

"Ἐάστατ' ηὖται γῆ καλυφθῆναι
νηρέσται.

"Οδιν, δὲ ἵκαστον εἰς τὸ σημὲν
ἀφίειτο,

"Ἐνταῦθος ἀπῆλθε· πνῖμα μὲν
πρὸς αἰδήσα,

nique unum esse summum Deum, rerum omnium causam, consensu gentium traditum asseverat ^k Maximus Tyrius. Et intra septem dies

Tὸ τῆμα οὐκεὶ γῆν ὅτι γὰρ
χωρίσθια
Ἐμίτηρος αὐτὸς, πλὴν ινουκῆ-
σαι βίος.
Κάπιτα τὰν θρίψασι αἰνὲ
δὲ λαβεῖν.
Jam sinite terrae mortuos grecio tegi.
Res unde quæque sumpserat
primordium,
Eo recipitur. Spiritus celo
redit,
Corpusque terræ: jure nec
enim mancipi,
Sed brevis ad ævi tempus u-
tendum datur;
Max Terra repetit ipsa quod
nutriverat.

Quæ vide quam pulchre con-
veniant cum Mose, Genes.
iii. 19. et Solomone, Eccles.
xi. 7.

ⁱ *Callimachus*] Cui in Scanzonte, apud Clem. Alexandr. Strom. v. 14. et Eusebium, P. E. xiii. 13. homo ἦν; i *Περὶ θεῶν, λύκην Prometheum.* Hujus luti mentio et apud Juvenalem, vi. 18. et xiv. 35. et apud Martialem, x. 37. al. 39. Adde Censorini locum de Die Natali, cap. 4. *Democrito vero Abderita ex aqua limoque primum visum est homines procreatos. Nec longe secus Epicurus.*

^k *Maximus Tyrius*] Dissertatione i. 5. i. τοσέτην δὲ πελ-
μη γέ τάρι καὶ διαφορική, ἵν
τὸς δὲ i. πάσῃ γῆ ἐμέφυνεν τό-
μον καὶ λόγον, ὅτι θεὸς μὲν πάν-

τον βασιλεὺς καὶ πατὴρ, γέ θεο-
πελλοί, θεῖς παῖς, συνάρχοντες
θεῖ. Ταῦτα δὲ "Ελληνοί λέγου, καὶ
ἴ βάρβαρος λέγει: γέ οἱ ἑπιφέντες,
καὶ οἱ Θυλάττοις" γέ οἱ εορτὲς, καὶ οἱ
ἴεοφες. In tanto pugna ac dis-
cordia et discrepantia, unam vi-
deas per terras omnes legem fa-
mamque consentientem, Deum
esse unum rerum universarum et
regem et patrem, multos pra-
terea deos, Dei filios, adminis-
trationis participes. Hæc et
Grecus dicit, et dicit barbarus;
dicit qui in continentibus terris,
dicit qui in oris maritimis habi-
tat; et sapiens, et sapientia des-
tituta. Adde his loca quæ
attulimus, libro ii. de Jure
Bellorum ac Pacis, cap. xx. §. 45.
et illud Antisthenis relatum a
Cicerone de Natura Deorum,
i. 13. *Populares Deos multos, na-
turalēn unum esse.* Addit Lactan-
tius, lib. i. cap. 5. 18. ex eo-
dem Antisthenē, *Summae totius
artificem.* Sophocles, apud Justi-
tinum ad Grecos, §. 18. et de
Monarchia, §. 2. Clementem,
Protrept. §. 7. et Strom. v. 14.
Eusebium, P. E. xiii. 18. Cy-
rillum contra Julianum, lib.
i. p. 32. A. Athenagoram,
Leg. §. 5. et Theodoreum,
Therap. 7. p. 109.

Eἰς ταῖς ἀληθιναιστοις, οἵτινες
Θεῖς,
Οἱ ἄραντοι τοῖς τινέσι, καὶ γαῖας
μαργαρᾶς,
Πότερα τοι χαροποῖον εἶδεν, καὶ νί-
μων βίας.

peracti operis memoria servata non apud Græcos tantum et Italos, honore diei septimi, quod ¹ ex Josepho, ^m Philone, ⁿ Ovidio, ^o Tibullo, ^p Clemente Alexandrino, et ^q Luciano discimus, (nam de Hebræis notissimum est,) sed et ^r apud Celtas et Indos: quibus omnibus per hebdomadas digesta tempora; quod nos docent ^s Philostratus, ^t Dion Cassius, ^u Justinus

*Unus projecto est, unus est
tantum Deus,
Caeli solique machinam qui
condidit,
Vadunque ponti carulum, et
viri spiritus.*

Addo Varronis locum, qui apud Augustinum de Civitate Dei, libro iv. cap. 31.

¹ ex Josepho] Adversus Apionem, ii. circa finem, nullam esse ait urbem Græcam, nullam barbaram, ἵδη μὴ τὸ τῆς Ἰερουάρας, οὐ ἀργύριον ἡμῖν, τὸ Ιων ἢ Διατεφεστίνη, quam non pervaserit mos septimæ diei, qua Judei feriantur.

^m Philone] De Mundi Opificio, p. 15. E. Ἐσερτὶ γὰρ οὐ μᾶς πόλις οὐ χάρας ιστὶ, ἀλλὰ τὸ παντός. Est enim festus dies non nisi urbi aut regioni, sed universo.

ⁿ Ovidio] Art. Am. i. 76.

*Cultaque Judæo septima sacra
viro.*

Loquitur autem de iis feriis, quas et Romanæ mulieres observabant.

^o Tibullo] El. i. 3. 18.

*Saturni aut sacram me tenu-
isse diem.*

^p Clemente Alexandrino] Qui,

Strom. v. p. 256. ed Sylburg. 1592. ex Hesiodo affert Ἰερόν
περὶ ἤπειρον ἡμέρα, lux septima sancta; et similia ex Homero et Callimacho. Adde que ex Aristobulo affert Eusebius, libro xiii. cap. 12. Theophilus Antiochenus, libro ii. ad Autolycum, §. 12. Παρὰ τῆς ἑράκλειας, ἦν σάρεντος ἐρακάλιστος. De septima die, quam omnes homines celebrant. Suetonius, Tiberio, cap. xxxii. Diogenes grammaticus dispu-
tare sabbatis Rhodis solitus. [Non est confundendus septimus dies mensis cum ultimo Hebdomadis. Vide que notavit hac de re Joan. Seldenus de Jure N. et G. lib. iii. cap. 17. Cl.]

^q Luciano] Qui pueros lusisse diebus septimi nos docet in Paralogista, §. 16.

^r apud Celtas] Ostendunt antiquissima etiam apud Celticas gentes, id est, Germanos, Gallos, Britannos, dierum nomina. Idem de Slavis docet nos Helmoldus, lib. i. c. 84. (al. 83.)

^s Philostratus] Libro iii. c. 19. ubi de Indis.

Martyr, ^x et vetustissima dierum nomina. Primam hominis vitam ^y cum simplicitate fuisse, ^z et nudo corpore, docebant et Aegyptii; unde aurea Poetarum ætas, ^a etiam Indis celebrata,

^t Dion Cassius] Lib. xxxvii. 17. Τὸν ἡμίερα τὴν τῆς Κέρως καλούμενην. Diem quam Saturni dicimus. Addit ibidem, morem per septenos dies tempora computandi ab Egyptiis ad omne humanum genus manasse. Non autem recentem esse hunc morem sed vetustissimum, doceat nos Herodotus, libro ii. 82. Adde de Romanis Isidorum, lib. v. capp. 30 et 33.

^u Justinus Martyr] Apol. ii. (al. i.) 67.

^v Et vetustissima dierum nomina] Vide oraculum et Orphoi versus in Prolegomenis Scaligeri ad Emendationem Temporum. [Vereor ne hebdomades ortum a septem Planetis, potius quam a creatione intra septem dies, duxerint. Clericus.]

^w Cum simplicitate fuisse] Vide quæ in hanc rem produximus, lib. ii. cap. 2. §. 2. de Jure Belli, et in notis ad eum locum.

^x Et nudo corpore, docebant et Aegyptii] Quorum sententiā sic refert Diodorus Siculus, libro i. 8. Τὰς δὲ πρώτης τῶν ἀνθράκων, μηδὲν τῶν πρὸς βίον χρησίμων εὐημένιν, ἴστιστον διάγυιν, γυμνὸς μήτοις ισθῆτος ὄντας, εἰκόσιως δὲ καὶ περὸς ἀνθρακοῦς, τροφῆς δὲ ἡμίου παρεῖλας αἰνιούστας. Primos homines, cum

nihil eorum quæ sunt ad vitam utilia repertum adhuc esset, vitæ durius, quippe nulla ueste invictos, domiciliū et ignis trahentes, mansuetioris virtus rudes. Plato in Politico, p. 587. E. ed. Franc. 1602. Θεῖς ἵπας αὐτὸς, αὐτὸς λαζαρεῖται· καθάπερ τὸν ἀνθρώπον, ζῶν δὲ ἱπέρ διάτηρον, ἀλλα γίνεται φαυλότερα αἴτοι τοιούσιοι. Deus eos paecebat, custosque eorum ipse erat; sicut nunc homines, divinitus animal, parcent animalium sequiora. Deinde: Γαμοῖ δὲ οἱ Ἀργεῖοι θεαστέντες τὰ πολλὰ θύματα. Nudi autem et sine strigulis sub dio plerumque paecabant. Dicaearchus Peripateticus, citatus tum Porphyrio, libro iv. 2. de non esu animalium, tum, quoad sensum, Varroini de Re Rustica, i. 2. 16. Τὰς ταλαιπώς καὶ ἰγγὺς θιάν γαγούρας, βαλτίσκος τι ὄτρας φύου καὶ τὸ δέσμον τελεότατα βίον, ὃς χρεοῦ γίνεται τοιούσιος. Primos illos diuque proximos mortales optimæ fuisse indolis, vitamque vixisse optimam, unde et aereum hanc dici statem.

^y Etiam Indis celebrata, ut apud Strabonem est] Libro xv. p. 715. C. Calanum Indum ita loquentem inducit: Τοπαλαῖος πάντες δὲ ἀλφίταις γέ μελάνεται πλήρης, καθάπερ καὶ νῦν κόπιας καὶ πρῆναις δὲ ἔρβεσιν αἱ μὲν σύδατος, γαλάκτος δὲ ἀλλαῖς καὶ

ut apud Strabonem est. ^b Adami, Evæ, arboris, serpentis historiam apud Indos idololatras suo tempore extitisse ^c notavit Maimonides; eandemque apud Peguenses et Calaminsamenes paganos ejusdem Indiæ populos repertam, apud Brachmanas Adami quoque nomen, apud Siamenses ab orbe condito ^d ad sex annorum millia putari, ^e nostri quoque sæculi testes per-

ipsois, ai μὴ μίλοις, ai δὲ οὐ-
νε, τοὺς γέ ιδεῖν. Ταῦτα πλησιανῆς
δὲ αἰδηρων γε φυτῶν οὐδὲν
λέγεται. Ζὺς δὲ μάντας τὴν
νερόντων ἄφαντα πάντα, καὶ
τὰ τὸν τὸν βίον ἀνίδει. Οἶμαι
οὖν οὐτανά πλένειν σάριν εξ
τρίχοις επικεφαλῇ, ut nunc pulve-
re. Παντερεῖται aqua nonnulli,
lacte alii; rursum alii melle, vel
vino, vel oleo. Sed homines præ
copia rerum ac deliciis ad con-
sumeliam se translulerunt: quem
statim exosus Deus omnia ea ab-
elevit, aliudque vitæ genus per
laborem agendæ instituit.

^b *Adami, Evæ, arboris, ser-
pentis historiam]* In iis, quæ
Philo Byblius ex Sanchuniathone
verit, Περτίγερος est
Ἄδην Αἰών est ἡ Ή, mortali-
um primi, repertore fructus
arborum. Et in antiquissimis
Græcorum mysteriis acclama-
tum Εὔα, simulque monstrata-
tas serpens. Meminere Hesya-
chius, Clemens in Protreptico,
p. 4. 43. Plutarchus, Alexan-
dro, init. t. i. p. 665. D. ed.
Lat. Par. 1624. Chalcidius ad
Timaeum, p. 245. fin. *Juxta-
que Moysæ Deus vitæ primige-
nis interdixit, ne edulibus arbo-*

*rum, ex quibus notitia boni ma-
lique animis eorum obrepere,
vescerentur.* Idem, alio loco, p.
400. Quibus Hebrei concinunt,
cum dicunt homini quidem a Deo
datam esse animam ex inspirati-
one cœlesti, quam rationem atque
animam rationalem appellant;
mutis vero et agrestibus ex silva
rationis expertem, jussu Dei vi-
vis animalibus et bestiis terre
gremio profusis: quorun in nu-
mero fuerit etiam illa serpens,
quæ primitas generis humani
malis suasionibus illaqueaverit.

^c *Notavit Maimonides]* Duc-
toris Dubitantium parte iii.
cap. 29.

^d *Ad sex annorum millia pu-
tari]* Cum hoc numero bene
convenit quod ex Porphyrio
tradidit Simplicius, commen-
tariorum xlvi. fol. 123. 19. ed. Ald.
Venet. 1527. in librum ii. de
Cœlo, observations, quas Ba-
bylone collectas ad Aristote-
lem misit Callisthenes, fuisse
ad illa tempora annorum clo-
I. ccccciii. id enim a diluvii
tempore non multum abit.

^e *Nostrī quoque sæculi testes
perhibent]* Vide inter alios
Ferdinandum Mendesium de
Pinto.

hibent. Eorum, qui primos homines secuti sunt, vitam ad mille ferme annos durasse, ^f Berosus in Chaldaicis, Manethos in Ægyptiacis, Hieronymus in Phœniciis, Hestiaëus, Hecatæus, Hellanicus in Græcis prodiderunt; et inter poetas Hesiodus: quod eo minus incredibile, quando et ^g majora multo olim fuisse hominum corpora nudatis sepulchris compre-

^f *Berosus in Chaldaicis, Manethos in Ægyptiacis, Hieronymus in Phœniciis, Hestiaëus, Hecatæus, Hellanicus in Græcis prodiderunt]* Omnes hos scriptores, suo adhuc tempore manentibus libris, testes citat Josephus, Antiquæ historie lib. i. cap. 4. 9. ac præter hos Accusilaum, Ephorum, Nicolaum Damascenum. Arcadas ad ccc annos vivere solitos notat ad viii. 51. Æneidos Servius.

^g *Majora multo olim fuisse hominum corpora]* Josephus, Antiquæ historie lib. v. cap. 2. 8. Ταῦτα δὲ τῶν γιγάντων ἵτιγίνονται, οἱ δὲ σωμάτων μεγάλη πολὺ μερόφας ὑπὸ τοῖς ἄλλοις ἀρθρώσισι παρατλησίσι, παρέδοξον ποτε Σίαμα, καὶ διπλὸν ἀκεφαλήδικνται διπλὰ τὸ τέταρτον ὅση, μηδὲ τοῖς ὑπὸ τοῖς ἱχομένοις ἴσκονται. Restabat etiam tum gigantum genus, qui, ob corporis magnitudinem ac figuram multum aliis hominum disparē, stupendū erant spectaculum, et fama terribilis: monstrantur in hunc diem eorum ossa, fidem omnem vulgi excedentia. Gabinius in Mauritaniæ descriptione, apud Strabonem, lib. xvii. p. 829.

B. dicebat a Sertorio reperta Antæi ossa, quorum compagm fuisse cubitorum sexaginta. Phlegon Trallianus, Mirabilium cap. xi. meminit effossi capitis Idæ, quod triplæ esset ad solitum modum quantitatis. Addit idem, cap. xii. in Dalmatia reperta corpora multa, quorum ulnae xvi ulnas excederent. Narrat idem, cap. xix. ex Theopompo, in Bosphoro Cimmerio repartam osium humanorum compagm longam xxiv cubitos. Eiusdem Phlegontis extat libellus de Longævis, dignus sane lectu. [Quosdam olim varis in locis, ut etiamnum hodie, fuisse majoris staturæ homines, seu paucis pedibus reliquos superasse, non ægre crediderim; sed omnes fuisse majores non magis credo, quam proceriores arbores, profundioresve alveos fluviorum fuisse. Inter haec omnia, aliaque id genus, ea est proportio, ut aliis alia respondeant, non minus hodie quam olim: quare nulla ratio est cur mutata fuisse credamus. De Gigantibus vide orationem Theod. Ryckii. Clericus.]

tum, plurimarum gentium historiæ prodiderunt; ac nominatim Græcorum ^b Pausanias et ⁱ Philostratus, Romanorum ^k Plinius. Sicut et visa divinitus obtigisse hominibus, antequam frequentia et magnitudo delictorum Deum ^l et

^b *Pausanias*] Is in Laconicas, cap. 22. meminit ossium humanorum, sed insolite magnitudinis, quæ in Templo Aesculapii ad Asopum urbem ostendebantur: et in Eliacorum priore, cap. 18. ossis e mari educti, quod olim Pisæ custoditum, Pelopisque creditum fuerat.

ⁱ *Philostratus*] In Heroicorum initio, p. 643. B. ed. Paris. 1608. multa ait gigantea corpora in Pallene detegi per imbreas aut terræ motus.

^k *Plinius*] Libro vii. cap. 16. *In Creta, terræ motu rupto monte, inventum est corpus stans; quod alii Orionis, alii Eëtionis fuisse tradunt. Orestis corpus Oraculi jussu refossum septem cubitorum fuisse monumentis tradidit. Jam vero ante annos prope mille vates ille Homerus non cessavit minora corpora mortalia sua, quam prisca, conqueri.* Solinus, cap. 1. *Quis enim non auro isto minor parentibus suis nascitur? Priscorum autem testantur mollem etiam Orestis supremam; cuius ossa, Olympiade quinquagesima et octava Tegeæ inventa a Spartanis oraculo monitis, discimus implesse longitudinem cubitorum septem. Scripta quoque, quæ ex antiquitate memorias accersunt in fidem veri, hoc etiam receperunt; quod bello*

Cretico, cum elata flumina plus quam vi amnica terras rupissent, post discessum fluctum inter plurima humi discidia humanum corpus repertum sit cubitum trium atque triginta: cuius inspectandi cupidine L. Flaccum legatum, Metellum etiam ipsum impendio captos miraculo, quod audito refutaverant oculis potitos. De molari hominis dente a se conspecto vide Augustinum, libro xv. de Civitate Dei, cap. 11.

^l *Et famulantes ei mentes]* De his vide pulchra, apud Plutarchum, de Iside, t. ii. p. 360. D. et seqq. Maximum Tyrium, Dissertatione prima, §. 12. et xvi. 8. Julianum, hymno Solis, p. 258. et seqq. ed. Paris. 1630. Ipsum nomen ἄγγιλος, in hac re usurpant, præter Græcos veteris fœderis interpres, Labeo, apud Augustinum, de Civ. Dei, ix. 19. Aristides, in Minervam, init. t. i. p. 19. B. ed. Paris. 1604. Porphyrius, de Abstin. iv. 18. et alibi. Jamblichus, de Myst. sect. ii. capp. 2. seqq. et alibi: Chalcidius, pp. 225, 226. et his omnibus antiquior Hostianus citatus Minutio, cap. 26. Heraclitus, teste quem dixi Chalcidio, p. 346. asserit, præmoneri meritos instruentibus divinis potestatibus.

famulantes ei mentes ab hominum familiari commercio quasi secluderent, ^m post Græcos plurimos refert Catullus. Gigantum ferina vita, cuius Moses meminit, ubique ferme ⁿ apud Græcos, ^o et Latinos quosdam legitur. De diluvio notandum, in ejus historiam ferme omnium gentium memoriam desinere; etiam eorum, quas diū incognitas parentum nostrorum ætas nostræ notitiæ tradidit: unde et ^p Varroni

^m Post Græcos plurimos refert Catullus] Epithalamio Pelei et Thetidos, ver. 397.

Sed postquam tellus scelere est
imbuta nefando,
Justitiamque omnes cupida de
mente fugarunt;
Perfudere manus fraterno
sanguine fratres,
Destitit extictos natus luge-
re parentes,
Optavit genitor primævi fu-
nera nati,
Liber ut innuptæ potiretur
flore noveræ:
Ignaro mater substernens se
impia nato,
Impia non verita est divos
scelerare penates:
Omnia fanda, nefanda malo
permista furore
Justificam nobis mentem aver-
tere deorum.

ⁿ Apud Græcos] Home-
rum, Odyss. H. 206. et Batra-
chom. ver. 275. Hesiodum, in
Theogonia, ver. 185. Huc
pertinent Deorum pugnae,
quarum et Plato meminit, de
Republica ii. p. 604. E. et se-
grees isti dominatus, quorum

idem Plato mentionem facit,
de Legibus iii. init. p. 805. A.

^o Et Latinos quosdam legitur] Vide Ovidium, Metamorphoseon i. 151. et Lucanum, libro iv. 593. et alibi. Seneca, Natur. quæst. 30. fin. lib. iii. ubi de diluvio: Extinctis pariter feris, in quarum homines ingenia transierant.

^p Varroni omne id tempus ignotum vocabatur] Censorinus, cap. xxi. init. Nunc vero id intervallum temporis tractabo, quod historicum Varro appellat. Hic enim tria discrimina temporum esse tradit. Primum, ab hominum principio ad cataclysmum priorem: quod propter ignorantiam vocatur ἄνθρωπος. Secundum, a cataclysmo priore ad Olympiadem primam: quod, quia in eo multa fabulosae referuntur, μυθικὸν nominatur. Tertium, a prima Olympiade ad nos: quod dicitur ισογεὺς, quia in eo res gestæ veris historiæ continentur. Tempus illud, quod Varro ἄνθρωπος, Hebræorum Rabbini vocant inane. Diluvii autem universalis notam conchas,

omne id tempus ignotum vocabatur. Sed quæ a poëtis fabularum licentia involuta legimus, ea ex vero, id est Mosi convenienter, vetustissimi scriptores tradiderant, ^q Chaldæorum Berosus, ^r Assyriorum Abydenus, (^s qui et colum-

quæ in montibus reperiuntur, notavit Philo, de Mundi immortalitate, p. 743. E.

^q Chaldæorum Berosus] De quo sic Josephus, contra Apionem, i. 19. Οὗτος τοιν ὁ Βάρηστος, ταῖς ἀρχαιοτάταις ἱστολογίαις ἀναγραφαῖς, περὶ τῆς γενεὰς κατακλυσμῆς καὶ τῆς ἡ αὐτῷ Φθορᾶς τῶν ἀνθρώπων παθέσι ταῦτα στέψας θέτεις ἴσχοντιν· ἐπειδὴ τῆς λάρνακος, ἣν οὐ Νῶσος ἐ τὸ γένος ἡμῶν ἀρχῆτός διεύθυντι, προστιχίσας αὐτῆς ταῖς ἀπροφεσίαις τῶν Αρμενίων δὲν. *Hic Berosus, antiquissima scripta sequens, eadem quæ Moses narrat de magno diluvio hominumque per id interitu; ac de arca, in qua Nochus generis nostri auctor servatus est, cum ea ad canticina Armeniorum montium se applicuisse.* Post recitatam autem diluvii historiam hæc verba addidit Berosus, quæ idem ille Josephus habet, Antiquæ historiæ libro primo, capite quarto, §. 6. Λίγιται δὲ ὃ τῷ πλοίῳ ἣν τῇ Ἀρμενίᾳ πρὸς τὸ ἔμο τῶν Κορδυκίων ἔτι μέρος ἦν, καὶ πορεύεται τοὺς τὴν ἀσφάλτες ἀφαιρεῦτας. Χρέονται δὲ μάλιστα οἱ ἄνθρωποι τῷ κομιζόμενῳ πρὸς τὰς ἀποτροπιασμάτις. *Dicitur autem etiam nunc in Armenia in Cordyæorum monte pars esse ejus navigii, et quosdam inde bitumen aferre: eo autem ablato utuntur homines*

maxime pro amuleto.

^r Assyriorum Abydenus] Servavit nobis ejus locum Eusebius, libro ix. Preparationis cap. 12. et Cyrillus, primo adversus Julianum, p. 8. D. Μαρ. ὃ ἀλλοι τι ἥρξαν, ς Σισιθρος, οὐ δὲ Κρόνος προσημανει μὲν Τασσας πλῆθος ὅμηρου Διονίσιμην πήρε δίκαια κιλεύει δὲ πᾶς ὁ, τι γεραμάτων δὲ ιχόμενον ἢ Ήλιος πόλις τῇ ἣν Σισιθροσιν ἀπορεύει. Σισιθρος δὲ πάντα πιστίδια ποιήσας εὐδίων ἵπται Αρμενίας ἀνάπτλει, καὶ παραντίκα μιν κατειλάμβανε τὰ ἣν Σισ. Τρίτη δὲ ἡμέρη, ἵπτι τε ὅντας ικότας, μιτίου τῶν ὄφεων, πιστού ποιήσινος ἵπκε γῆν ἴδαιν τῷ ὑδατος ικδῦσαν αἰ δὲ, ικδικομίνη ερίας πιλάγιος Εχανίος, ἀπορεύεισαν ἵπη καπορομίσονται, ταρά τὸν Σισιθρος ὀπίσια κομίζονται, καὶ ἵπται αἰσθῆσιν ἵπερας ὡς δὲ τῆσι τρίτησιν ιντύχει (ἀπικίατο γὰρ δὲ πτλοῦ κατάπλοιο τὰς ταρσάς,) Θεῖοι μιν ἵξεν ἀνθρώπων ἀφεντίκοντο δὲ πλοῖον ἣν Αρμενίῃ πιστασία ξύλων ἀλιξιφάρμακα τοῖσι ιπιχαρίσιοις παρείχετο. Post hos imperarunt alii, ac deinde Sisithrus; cui Saturnus præsignificavit ingentem vim imbrium futuram Desii decima quinta: iussit autem quicquid erat literarum eum Heliopoli, quæ in Sipparis est, abscondere. Sisithrus hæc cum implesset, statim in Armeniam navigavit; ac subito cum

bae emissae meminit, ut et ex Græcis Plutar-

deprehendit vis divina. Tertia χὺ τῷ τῷ λόγῳ δῆ δηλῶνται, μὴ πολλάκις ἀκύνοτες Ἑλληνικὰ βαρβάρους ἀδέον δόματα θευ- μάζοτες τὸ γὰρ αἴτιον εἰτὸν τιθεσθεῖσι. Σόλων ἵπποντι τὸν αὐτὸν τοίσιν καταχρέωνται τῷ λόγῳ, διατυπωθέματος τὴν τῶν ὄντων δύναμιν, οὗτοι τός τι Αἰγυπτίος, τὸς πρώτου ἱκίνης αὐτῷ γράψαντας, οἵ τὸν εἰτὸν φῶτην μεταντιχρέοτας· αὐτὸς τις ἀδάλιν, ἵκαστος τὴν δάσκαλον ὄντων ἀναλαμβάνον, οἵ τὸν ἀπο- τίγματα ἔγων φωτὸν ἀπιγράφειτο. Illud in hujus sermonis limine dicendum vobis, ne miremini si Græca sæpe audiatis vīrorum barbarorum nomina; causam jam intelligetis. Cum Solon carminibus suis inserere hanc narrationem vellet, vim ipsam significationemque nominum perscrutatus, reperit Ἀ̄gyptiorum primos, qui de rebus istis scripserant, in suam ea lingua transtulisse. Ipse vero, percepta nominis cuiusque significatione, ea ipso nostro vestivit sermone. Cum Abydeni verbis congruunt illa Alexandri Polyhistoris, quæ servavit nobis Cyrilus dicto libro primo adversus Julianum, p. 8. C. Οὐτιάρτε δὲ τιλιατήσαντες, τὸν τὸν αὐτὸν Ξίουθρον βασιλεῦσσι Σάρξ δικαιοτά. Ἐπὶ τότε τὸν μήγαν φασὶ γενέσθαι κατακλυσθόν. Εἶτα σαδῆναι λέγον τὸν Ξίουθρον, προσταγγιίλαντος αὐτῷ τῷ Κρόνῳ τὸ ισόμενον, καὶ ὅτι προσῆκε ναυπηγόσαοδαι λάργα- κα, καὶ οὐδὲ πτηνοῖς ἴρτεστοις τε καὶ κτῖσις ἀλλίν ἐστοῦ. Mortuo Otiarte filium ejus imperasse Xisuthrum per octodecim annos, quos Saros vocant. Hu-

chus,) et ^tLucianus ; qui apud Hieropolim Sy-

jus temporibus fuisse aiunt diluvium magnum. Narrat deinde servatum Xisuthrum; Saturno ipsi quod futurum erat premonitante; et fabricandam ipsi Arcam; et in ea ipsi una cum volucribus, reptilibus, ac jumentis navigandum. Assyriis autem, ut et aliis quibusdam gentibus, Deus summus ab ea stella vocabatur, quae, ut Taciti utar verbis, e septem sideribus, quies mortales reguntur, altissimo orbe et precipua potentia ferebatur; aut certe Syriacum לֵבָן, quod Deum significat, Graeci Interpretes Κέρεν ideo vertere, quod is Syris לֵבָן dicebatur. Philo Byblius Sanchuniathonis interpres, Ἱλιον, τὸν καὶ Κέρεν. Citat Eusebius, P. E. i. 10. apud quem mox ex eodem Philone sequitur: Κέρεν, δὲ εἰ Φάντης Ἱεραπόλις ὄντας. Sed error est librarii, qui pro Ἰλ, quod contracte pro Ἱεραπόλις Christianis ponit solet, posuit Ἱεραπόλις: cum Ἰλ sit, ut diximus, לֵבָן; quomodo Syri dicunt quod לֵבָן Hebrewi.

[Non est in hac historia de nihilo, quod Deucalion, qui idem ac Noachus, dicatur ἀνὴρ τυφίας, hoc est, ΠΙΓΛΗΝ Σ'Ν vir terræ, hoc est, agricola, Gen. ix. 20. ubi vide a nobis notata. Clericus.]

* Qui et columbae emissæ meminist, ut et ex Graecis Plutarckis] Libro, Terrestria animalia aquatica animantia plus habent solertia, t. ii. p. 968. F. Δικαιολίνοι φυσι περιπτήρι, in

τῆς λέγουσος ἀφιμάντη δύλωμα γνωσθαι, χωρίος μὲν τῶν πάλιν ίδεομένων, τίδιας δὲ ἀποτάσσεων. Columbam aiunt ex arca emissa certum indicium detulisse Deucalionem; cum rediret, tempestatis; ubi emanebat, serenitati. Notanda autem et in hoc Plutarchi et in illo Polyhistoris loco, non minus quam in Nicolai Damasceni et Apollodori libris, et in iis scriptoribus quibus utitur Theophilus Antiochenus libro iii. §. 18. vox λάργακος; quae plane respondet voci בְּבִל, quam in hac historia Moses usurpat: neque vero aliter eam vertit Josephus.

* *Lucianus]* Libro de Dea Syria, §. 12. cum de templo vetustissimo, quod erat Hieropoli, agere coepisset, adjungit: Οἱ μὲν δὲ πολλοὶ Δικαιολίνοι τὸν Σκύθην τὸν ιερὸν μέσασθαι λίγους, τὸν δὲ Δικαιολίνα, τοῦ τοῦ πολλὸν ὅδωρ ιγίνετο. Δικαιολίνοι δὲ περὶ λόγου δι "Ελληνος ήπειρα, τὸν "Ελληνος ήτ' αὐτῷ λίγους: δὲ δὲ μῆδος μᾶς ιχνι. Ήδὲ η γενὰ, οἱ νῦν ἀνθρώποι, εἰ πεῖστοι ιγίνετο, ἀλλ ἤτιν μὲν ἡ γενὰ πάντες ἀλογοτο. Μετοὶ δὲ γίνονται δὲ διντίρης οἱσι, τὸ αὖθις οὐ Δικαιολίνοι εἰς πληθὺν ἀπίκειτο. Εξίναν δὲ περὶ τῶν ἀνθρώπων τάδε μεθίσταται. Τέλεσα πάρτα ιόντος, ἀθίμητα ἔργα ἐπράσσοντο γέτε γὰρ ὅρκια οὐδέποτε, οὔτε ζέντος ίδίκουτο, οὔτε ικτίων ηττίχουτο· αὐτὸν δὲ σφίσι η μηγάλη συμφορὴ ἀπίκειτο. Αὐτοίκα η γὰρ πολλὸν ὅδωρ ικεδόνι, δὲ οὐδέποτε μηγάλοι ιγίνετο, δὲ οὐ ποτεροὶ κατίσπεσσαν μίζοντες, πατ-

riæ vetustissimam ait extitisse historiam et de-

ι θάλασσα δεὶ πολλὸν ἀνίσην, οὐ
δὲ πάντα οὖμεροντο καὶ πάντες
ἄλοντο. Δικαλίων δὲ μόνος
ἀνθρώπων ἐλίτιστο οὐ γινόντεν
τέρπην, εἰδελίτης τοι καὶ τῆς θεο-
τείας θύμα; Ή δὲ οἱ σωτήρειν ποιεῖ
ἴγιντο. Λάρνακα μηγάλην, τὴν
αὐτὸς ἔχη, οὐ τείτην ισβέλλας
παιδάς τοι καὶ γυναικας ἰαντοῦ,
ἰεῖσθαι ισβαίνοντο δὲ οἱ ἄποικοι
εὐεις, καὶ θύται, καὶ λιόνται γύ-
ναις, καὶ ὄφεις, καὶ ἄλλα, ὅποια
ἴν γη νιμοντο, πάντα τοι ζεύγια.
Οὐ δὲ πάντα ιδίουντο πάντι μηνὶ οὐκ
ἴσινοντο, ἀλλὰ σφίσι μηγάλη δέο-
δει φιλίη οὐνιστος γε οὐ μηνὶ λάρ-
νακη πάντις ἐπλινοσαν, οὐτοὶ τὸ
ὑδροὶ ἐπικράτει. Τὰ μὲν Δικα-
λίωνος ποιεῖ "Ελληνις ισορίους. Τὰ
δὲ ἀπὸ τούτου, λίγισται λόγοι ὑπὸ^{τῶν} τοῦ ιερῆς τούτου πολλοὺς μηγάλους
αὔξεις θαυμάσαντο οὐτοὶ τοῦ σφιτί-
ην χάρην χάσμα μήγα οὐνιστο,
καὶ τὸ σύμπτων οὖμεροντο ισβέλλας.
Δικαλίων δὲ, ιστι ταῦτα οὐνιστο,
βαμψίς τοι ιδεότο, καὶ τοὺς
ιτι τῷ χάσματι "Ηγετος οὐνιστο.
Ἐγὼ δὲ καὶ τὸ χάσμα οἴ-
δον, καὶ ιστι οὐδὲ τῷ τοῦ χάρην
μηχόν. Εἰ μὲν δὲ πάλαι γέ μηγά-
λην τοιόδη οὐνιστο, ἡν δέδα-
στο δὲ οὐγὰ μήδον μηχόν ιστι. Σῆμα
δὲ τῆς ισορίου τοῦ πρήστονος. Διε-
ικάσμα ιστοι τοι θαλάσσης οὖμερον
τοι τοῦ ἀποκύνισται. Φίεστο δὲ
οὐχ ιρίσεις μήδον, ἀλλὰ πάντα Συρίη
καὶ Αραβίην καὶ πίσηδιν τοῦ Εὐ-
ρωπίτων παλλαῖς ἀνθρώπους οἱ θά-
λασσαν ισχενται, καὶ πάντις οὖμερον
φίεστο τὸ πάντα μὲν οὐ τῷ τοῦ
ισχίουσι, μετὰ δὲ οἱ τὸ χά-
σμα, μηχόντοι, οὐδετος χεῦμα
πολλόν. Τὰ δὲ παισοντες Δικα-
λίωνται τῷ ιερῷ τοῦδε νέμονται θύ-

σαι λίγησι, συμφορῆς τοι καὶ αὐ-
τογείναις μηῆμα θύμαται. Οὐ μὲν δὲ
ἀρχαῖος αὐτοῖς λόγος ἀμφὶ τοῦ
ιεροῦ τοιόδη ιστι. Plerique a Deu-
calione Scytha structum aient
hoc templum; eo scilicet Deu-
calione, cuius astate vis aquarum
fuit maxima. De eo autem Deu-
calione in Græcia audiri quod
Græci narrant: est autem ser-
mo talis. Hoc quod nunc est ho-
minum genus non ab initio exti-
tisse, sed id periisse stirpitus:
qui vero nunc sunt homines se-
cundi esse generis, quod ortum a
Deucalione paulatim in ingen-
tem multitudinem excrevit. De
illis autem qui ante fuerant ho-
minibus hec sunt que memoran-
tur. Contumeliosi homines cum
essent, iniquafacinora perpetra-
bant: nam neque jusjurandum
servabant, neque excipiebant
hospites, neque curabant suppli-
ces: ob quas res maxima eis su-
pervenit calamitas. Statim enim
terra plurimum aquæ de se ex-
tulit, tum vero plurimi de cælo
cedidere imbre: flumina quoque
ultra modum exundavere, et
mare ipsum superflusum est ter-
ris; ita ut res omnes aqua fierent,
homines vero perirent omnes. So-
lus tunc ad secundi generis ex-
ordium Deucalion relictus est,
prudentia et pietatis ergo. Ser-
vatus autem hoc modo est. In ar-
cam magnam, quam habebat, li-
beros mulieresque domus sue im-
posuit, ipseque eam ingressus est:
quod cum faceret, venere apri, et
equi, et leonum genera, et serpen-
tes, et alia qua in terra pascun-
tur; bina quaque: ille hac ad
se animantia recepit omnia; qua-

Arca, et de servatis per eam non hominibus modo selectis, sed et de animantibus cæteris.
¶ Apud Molonem quoque ^x et Nicolaum Da-

nihil nocuere, sed magna ei cum illis divinitus amicitia obvenit: unaque in arca navigarunt omnes, quandiu aqua super terras fuit. Hæc sunt quæ de Deucalione referunt Græci. De iis vero, quæ post acciderunt, fertur ab illis qui Hieropolim habitant res admirabilis: in sua regione terra fuisset hiatum, qui aquam absorperet omnem: id ubi factum esset, a Deucalione positas eras et Junonis templum super illo hiatu. Hiatus ipse vidi: valde exiguis est, sub templo quod dixi. An olim major fuerit, contractusque sit cum tempore, euidem nescio: id scio, quem vidi parvum esse. In historiæ hujus signum, quod agunt, hoc est. Bis anno ex mari aqua in templum defertur. Ferunt aquam non sacerdotes tantum, sed omnis Syria Arabiaque: quin ab Euphrate usque eunt ad mare homines, omnesque aquam ferunt: eam primum effundunt in templum: descendit in hiatum aqua: et is hiatus, quamvis parvus, immensam vim aquæ recipit. Hoc cum faciunt, ritum hunc aiunt a Deucalione institutum, in calamitatis simul et salutis parte memoriam. Talis est vetus de templo hoc sermo.

¶ Apud Molonem quoque] Verba ejus tradidit nobis Eusebius, libro ix. Preparationis Evangelicæ, cap. 19. Κατὰ τὸν κατακλυσμὸν ἀπέ τῆς Ἀρμενίας ἀπιλθεῖ τὸν περιληφθίν-

τα ἀνθρώπου μετὰ τῶν νιῶν, ἵνα ἰδίων λέγεται οὐτοῦ τῶν ἰγχωρίων διανύσσεται δὲ τὴν μεταξὺ χώραν, ἐλθεῖ τοις ἄριστοις Συρίας ὑστερᾷ ἔργον. Sub diluvii tempus excessisse ex Armenia cum hominem, qui cum liberis suis diluvium evaserat, ejectum rebus suis vi indigenarum: eundem, cum loca interjecta transisset, pervenisse in Syriæ regionem montanam tunc vacuam.

^x Et Nicolaum Damascenum] Ejus verba ex historiæ Universalis libro xcvi. sic exhibet dicto jam loco Josephus. Εἰς ὡς τὴν Μινύαδα μίγα ἥρος κατὰ τὴν Ἀρμενίαν Βάρις λιγύμινον, τοις ὅποις ευμφυγόντας ἐπὶ τῷ κατακλυσμῷ λόγος Ἱχι περισσωδῆνται καὶ τινα ἐπὶ λάρνακος ὀχυρώντων ἱτὶ τὴν αἰρόμεναν ὀπιζεῖται καὶ τὰ λίμνατα τῶν ἔνδαν ἵτη πολὺ τελεῖ τελῆται. Πάντα δὲ ἂν ἔτος, ἔντινα γέ Μωῆς αἰγύραψε ὁ τῶν Ἰσθμίων ρεματίτης. Est super Minyada (quam Milyada vocant Strabo, lib. xiv. p. 666. c. et alibi; et Plinius, lib. v. capp. 27, 32.) ingens in Armenia mons Baris dictus, in quo summa est servatos esse ex cataclymso multos: unum vero in Arca vectum ad summum ejus jugum appulisse: diuque lignorum ejus arce mansisse reliquias. Hic, credo, is fuerit, cuius Moses meminit qui Judæis leges condidit. His scriptoribus addendi Hieronymus Ægyptius, qui res

mascenum historia eadem extabat: quorum hic Arcæ quoque nomen habebat, quod et in Deucalionis historia apud Apollodorum reperitur. ¹ Sed et in Americæ partibus, Cuba, Mechoacana, Nicaragua; diluvii, animalium servatorum, quin et corvi et columbae servatam memoriam, diluvii ipsius etiam in ea parte quæ nunc Castella aurifera vocatur, Hispani complures testantur. Qua parte terrarum homines ante diluvium egerint, vel illud loquitur, ² quod Plinio notatum est Joppen ante diluvium conditam. Locus, in quo post diluvium subsedit Arca ^a in montibus Gordyæis, ab omni ævo ^b in hunc diem Armeniorum con-

Phoenicias scripsit, et Mnaseas, memorati Josepho, A. J. i. 4. Forte et Eupolemus, quem ex Polyhistore producit Eusebius, Præparationis lib. ix. cap. 17.

¹ Sed et in Americæ partibus] Vide Josephum Acostam et Antonium Herreram.

² Quod Plinio notatum] Lib. v. cap. 13. Consentient Plinio Mela, i. 11. et Solinus, cap. xxxiv. Confer quæ ex Abydeno jam attulimus.

^a In montibus Gordyæis] Quos Moses Ararat vocat, Kardu translulere Chaldae interpretes; Cordyæos Josephus, Cordæos Curtius, iv. 40. init. Gordyæos scribit Strabo, libro xvi. init. Plinius, lib. vi. cap. 27. et Ptolemaeus, v. 13. [Haec et sequentia, quæ ad Geographiam Sacram et contidores Gentium pertinent,

post hæc a Grotio edita, de industria et adcuratius multo perscrutatus est Sam. Bochartus, in Geographia Sacra; unde etiam Grotii ratiocinationibus majus pondus accedit. Clericus.]

^b In hunc diem] Monstratas suo ævo has Arcæ reliquias ait Theophilus Antiochenus, lib. iii. §. 19. fin. Epiphanius, contra Nazaræos, t. i. p. 39. c. ed. Paris. 1622. 'Ως οὐκ εἴη τὰ λίθαρα τῆς τοῦ Νώτ λάγηνας διέκενται ἵνα τὴν τῶν Κορδύων χώραν. Ad hoc usque tempus reliquiæ Arcæ Νόε monstrantur in Cordyæorum terra. Chrysostomus, Oratione de perfecta dilectione, t. vi. p. 748. 29. Οὐχὶ καὶ τὰ ὅρη μαρτυροῦ τῆς Αρμενίας, ἵνα καὶ κιβωτὸς ἰδεύῃ; οὐχὶ καὶ τὰ λίθαρα αὐτῆς ἡσήνει τὸν κιβωτὸν πρὸς ἡ-

stante memoria monstratur. ^c Japetus Europæorum genitor, et inde Ion (aut, ut olim eloquebantur, ^d Javon) Græcorum, Afrorum vero ^e Hammo, nomina sunt, quæ apud Mosem quoque apparent; sicut et cæterorum vestigia in

μετίπαν ὑπόμονα; Nonne etiam montes testantur Armeniæ, ubi consedit Arca? nonne etiam nunc ipsius ibi reliquæ servantur ad nostram admonitionem? Isidorus, lib. xiv. Originum, cap.

8. *Ararath mons Armeniæ, in quo Arcam historie post diluvium resedisse testantur. Unde et usque hodie ibidem lignorum ejus videntur vestigia. Adde ex Haistone Armeniæ hec, quæ habet capite nono, fin. In Armenia est altior mons quam sit in toto orbe terrarum, qui Ararath vulgariter nuncupatur; et in cassimine illius montis arca Noah post diluvium primo sedet.* Adeo Geographum Nubiensem, Climat. iv. Part. 6. et Itinerarium Benjamini, p. 61. ed. Lugd. Bat. 1638.

^c *Japetus]* Est ipsa vox ΠΔΠ. Nam eandem literam Π alii ut π, alii ut φ pronuntiantur; qualis differentia et nunc est inter Germanos et Belgas. Notavit id de Hebreæ litera ad Danielē Hieronymus, c. xi. fin. p. 526. C.

^d *Javon]* Nam λέσχις saepè est apud vetustos scriptores. Id in Aristophanis Acharnensis, ver. 104. Persa pronuntiat λέσχη. Jam vero mos antiquior erat inter duas vocales interponere digamma; quod

postea per ν scribi coepit, olim sic F. ita αἰώνερat quod nunc ἀών et ἡών aurora, ταύων ταύων pavus: λέσχης τὸν; "Ἐλλῆνας καλέσοι, Schol. in Acharn. ver. 106,

^e *Hammo]* Nam Η per aspirationem reddere, aut etiam omittere Græci solent: ut חַצְרָה, מִוְתָּא, אֲדָרָמָנְתָּא, vel Ἀδράμνττος, apud Irenæum, i. 1. et alios: חַבְרָה socia, ἀξέα Græcis veteribus: חַנְנָה αἰών: חַנְנָה Hanno vel Anno: חַנְנִי-בָּעֵל Hannibal vel Annibal: חַצְרָ-בָּעֵל Hasdrubal vel Asdrubal: חַנְנָה αξέא μִתְּרָא. Ων vero Græca est desinencia. Hic non Libyum tantum, sed et multarum aliarum gentium pater, consecratus ab ipsis in Jovis stellam. Lucanus, ix. 517.

*Quamvis Ἀθιοπum populis,
Arabumque beatis
Gentibus, atque Indis unus sit
Jupiter Ammon.*

Ægyptum quoque in hujus parte ponunt sacrae literæ, Psal. lxxviii. 51. cv. 28, 27. cvi. 22. Hieronymus, in traditionibus Hebraicis ad Genesim, t. iii. p. 856. A. *A quo Ἀ-
gyptus usque hodie Ham patria
Ægyptiorum lingua dicitur.*

gentium locorumque vocabulis f Josephus et

f Josephus et alii observant]
 Is. A. J. i. 7. 1. a קְרֵב dicit esse Γαλάτης Galatas, ubi oppidum Comara Plinio: Comari populi Melæ, libro i. 2. Ex קְרֵב Scythes, a quibus condita Scythopolis in Syria; et altera urbs, Magog Plinio, lib. v. cap. 28. aliis dicta Hierapolis et Bambyce. A מְדֹס Medos esse apparet: ab יָוִן, quos diximus Iavonas, Iao-
 nias, Ionas. A תְּבָל Josephus ait esse Iberos Asiae, in quo-
 rum vicinia Thabilacam ur-
 bem vetustæ originis vestigia
 servantem ponit Ptolemaeus,
 v. 12. A מַשְׁנָה est urbs ipsi,
 v. 6. memorata Mazaca, cuius
 et Strabo meminit, lib. xii. p.
 537. D. et Plinius, lib. vi. 3.
 et Ammianus Marcellinus, lib.
 xx. 9. Adjice huic Moschos
 nominatos Straboni, lib. xi.
 p. 492. D. alibique, et Melæ,
 libro tum primo, cap. 2. tum
 tertio, cap. 5. quos Mosche-
 nos dixit Plinius, lib. vi. cap. 9.
 et Moschicos montes apud eos-
 dem Melam, i. 19. et Plinium,
 v. 27. A מְרֻבָּה esse Thraces,
 cum Josepho tradunt consensu
 alii, et vox indicat: præser-
 tim si observemus Græcum ξ
 ab initio respondisse Syriacæ
 literæ ☚; quod ordo indicat.
 De iis qui ab קְרֵב, cerrup-
 tus est apud Josephum locus;
 sed dubitandum non est, quin
 inde nomen habeat Ascania

Homero memorata pars Phry-
 giæ et Mysiæ: de qua Strabo-
 nem vide, lib. xii. p. 564. D.
 et Plinium, lib. v. cap. 32. et
 Ascanius lacus, et ex lacu am-
 nis apud eundem Strabonem,
 lib. xiv. p. 681. B. et apud
 Plinium, dicto cap. 32. lib. v.
 Ascanius portus apud Plini-
 um, lib. v. cap. 30. init. As-
 caniae insulæ eidem, lib. iv.
 cap. 12. et lib. v. cap. 31. fin.
 A רִיפָחָה esse Paphlagonas di-
 cit Josephus, A. J. i. 7. Ri-
 phataeos dictos aliis; quibus
 locis Riphaces ponit Melæ,
 lib. i. 2. Ab לִילִישׁesse Al-
 olae; idem ille nos docet Jose-
 phus; et Jerosolymitanus Pa-
 raphrastes ei astipulatur, pro
 Æolibus Græcos nominans,
 totum pro parte: neque ablu-
 dit Hellas terræ nomen. A
 תְּרַשִּׁים esse Cilices Josephus
 idem dicit, probatque ex urbe
 Tarso. Multis enim in locis
 evenit, ut, quæ populorum no-
 mina fuerant, urbium facta
 sint nomina. De כְּחִים, unde
 קִוָשׁ Ethiopes Chusæi et sibi-
 met ipsis et vicinis, ut Josephi
 tempore, ita et nunc vocan-
 tur: unde et fluvius apud Pto-
 lemaeum, iv. 1. et, apud Geo-
 graphum Arabem, Clim. i.
 Part. 4. et Clim. ii. Part. 4.
 urbes Æthiopiae due nomen
 retinent: pariterque a כְּצָרִים
 (qui Μισηφ Philoni Byblio, . a-
 pud Euseb. P. E. i. 10.) Mesori

alii observant. Jam vero & affectati in cœlum

sibi ipisis et accolisi ii qui Graecis **Ægyptii**, et mensis apud eos nomen **Misraï**: Cedreno terra ipsa **Misraïm**, p. 9. ed. Basil. 1566. Vere et hoc Josephus, a **טוֹב** esse in Mauritania amnem. Meminit ejus amnis et Plinius, lib. v. cap. 1. **Phat et justa cum regio Phœtensis usque in præsenz dicitur**, ait Hieronymus, Traditionibus Hebraicis in Genesim, p. 856. F. est non longe a Fesa, manente nunc etiam vocabulo. Qui Mosis est **וְעַלְמָה**, is contractius Sanchuniathoni, et ex eo Philoni Byblio, **Χαῖς**. Invenies id apud Eusebium, lib. i. Preparat. cap. 10. Et terra ipsa sic dicta. Stephanus de Urbibus: **Χαῖς, ἥρας ἡ Φοίνιξ πελάγεων. Chna, sic appellatur Phœnike.** Et suo tempore ait Augustinus, libro Expositionis epistole ad Romanos inchoate, §. 13. rusticos ad Hippo-nem, si interrogentur qui es-sent respondere Canaani. Et Mestraimi et Canaanis nomina sunt et in Eupolemi loco, ut eum profert Eusebius, Praeparat. ix. 17. A **רְעַמָּה** Regnum Ptolemae in Arabia felice, vi. 7. nimirum **וּ** in **וּ** mutato, ut in Gomorra aliisque vocibus. A **סִבְתָּה** Sabaoes deducit Josephus, notam gen-tem; quarum et urbs princeps Sabao Straboni, lib. xvi. p. 771. D. Ubi a **סִבְתָּה** Sabatenos Josephus ponit, ibi Plinius urbs est Sobotale, lib. vi. cap. 28. **לְהַבֵּן** a Libyum

nomine non abit: nec a **נֶפְתָּחִים** Nepata urbs **Æthiopum** Plinio, lib. vi. cap. 29 Napata Ptolemaeo, iv. 7. et viii. tab. 4. Africæ: nec a **פְּתָרוּסִים** Pharusi Plinio, lib. v. 8. Phaurusii Ptolemaeo in **Æthiopia**, iv. 6. A **צִין** nota urbs omnibus poëtis et historicis Sidon. A **גָּרְנִישׁ** oppidum Gerass Ptolemaeo, v. 15. Ab **עַרְקִי** Arca, urbs Phœnices Ptolemaeo memorata, v. 15. et Plinio, lib. v. cap. 18. Ab **אֲרָדוֹן** Aradus insula, memorata Straboni, lib. xvi. p. 756. D. Plinio, lib. v. cap. 20. et Ptolemaeo in Syria, v. 15. fin. A **חַמְתִּי** Amathus Arabie, nominata Josepho, A. J. xiii. 13. xiv. 5. et B. J. i. 6. Ab **אַלְיָם** Ely-mai Medis contigui, apud Strabonem, lib. xvi. init. Plinius, lib. vi. capp. 25, 27, et 34. et apud Livium, lib. xxxvii. 40. Horum traduces in Phrygia Elymi apud Atheneum, lib. iv. 24. Ab **אַשּׁוֹר** Assyri noti omnibus: ut et a **לוֹדִי** Lydi, unde et vox Latina. Ab **אַרְבָּה** in hunc diem semet appellant, qui Græcis ab urbe **צִיר** Syri: nam **צִ** modo per **צִ**, modo per **צִ** vertitur; unde urbs illa **צִיר**, quæ Tyrus Græcis, Sarra Ennio apud Probum ad Virgilii Georgicon ii. 506. et Sinæ a-liis Tinae. Strabo, lib. xvi. in fine: **אַיְלָה** δὲ καὶ τὰς Ἀγίμας

itineris quis non Poëtarum meminit? ^h Sodo-

διαποτής. ἐς φησι Ποσειδώνος δίχροθει διὸ μὴ τόποι τινα τῆς Συρίας, οὐ τῆς Κιλικίας, οὐ ἄλλης τινές γῆς, ἀλλὰ τὴν Συρίαν αἴτην. Nominat Homerus et Arimos: ea autem voce vult Posidonius intelligi non partem aliquam Syriæ, aut Ciliciæ, aut alterius regionis, sed Syriam ipsam. Idem Strabo, lib. xiii. p. 627. A. Ol δὲ τὴν Σύρου Αρίμονος δίχροται, οὐ τὸν Αράμων λίγυσι. Sunt qui per Arimos Syros intelligent, qui et nunc Arami dicuntur. Libro autem primo, p. 42. A. Τὸς γὰρ οὐφ' ἡμῶν Σύρου καλυμμένος οὐτ' εἰντῷ τὸν Σύρου Αράμωνας καλεῖται. Nam qui a nobis dicuntur Syri, eos ab ipsis Syris dici Arammæos. Ab γ' יְהוָה Ausanitis regio apud LXX. Interpretes, in Jobo: Ausitida dixit Aristæus, apud Eusebium, P. E. ix. 25. A בָּבֶל urbs Cholla Ptolemaeo, v. 15. posita in Syria. A גִּנְדָּרָע urbs apud Ptolemaeum, v. 15. et populus Gindareni Plinio, v. 23. in Cœlesti Syria. A מַסִּיא Masius mons non procul Nisibi, apud Strabonem, lib. xi. p. 527. C. et Ptolemaeum in Mesopotamia, v. 18. init. Nomina נִצְחָן, ut et נִצְחָן, et נִילָה Geographi Arabes nobis in Arabia repræsentant nominibus Bai-satjaktan, Hadramuth, Chau-lan; ut notavit Capellus vir eruditissimus. Nomen אֲוֹפֵר retinet, ni fallor, Opharus fluvius, et Populus Opharite cir-

ca Maeotim Plinio, lib. vi. 7. Etiam urbes eas, quarum hoc in loco meminit Moses, antiquissimas esse collatione scriptorum appareat. De Babylone res notissima. גְּרָנָה est Araca, quam in Susiane ponit Ptolemaeus, vi. 3. unde Aracæos campus Tibullo dici notavit in Solinianis, p. 1194. col. 1. E. ed. Paris. 1629. vir infinite lectionis Cl. Salmasius. Ab בְּכָרָב Acabenem corrupte pro Acadene dictam suspicatur probabiliter diligens in Scripturarum interpretatione Franciscus Junius, qui et alia non paucæ observavit eorum que jam posuimus. בְּלָנוֹת est Callinis oppidum ad Euphraten, cui id nomen ad Ammiani mansisse tempora ex libro ejus xxiii. 8. docemur. Terra בְּלָנוֹת est Σιναὰς τῆς Βα-ελωνίας apud Histæum Mile- sum, in loco quem nobis conservavit Josephus, Antiquæ Historiæ lib. i. cap. 5. et in Chronicæ p. 13. itemque in Preparatione, ix. 15. Eusebius. Scripsit is res Phœnicum, lectus etiam Stephano: vide v. Βηρυτός. At rursum, יְהֻנָּה in γ̄ mutato, Singaram hinc montem Ptolemaeum in Mesopotamia, v. 18. init. nominat; Plinius autem Singaram oppidum, lib. v. cap. 24. hinc Singarana regio Sexto Rufo, in Breviario, §. xxvii. נִינָּה haud dubie est quæ Græcis contractius Ninos. In Epi-

morum incendium est apud Diodorūm Sicu-

taphio Sardanapali, apud Diodorūm, ii. 23. Strabonem, lib. xiv. p. 672. B. Athenaeum, viii. 3. Tzetzem, Chil. iii. 453. et Schol. in Aristophanis Avium, ver. 1022.

*Καὶ γὰρ ἵνα σποδός οἴμι, Νί-
νη μυγάλην βασιλέως.*

*Ipsæ, Nini magna modo Rex,
nisi suni nisi pulvis.*

Est id nomen et apud Theognidem, Strabonem, lib. xvi. init. Plinium, lib. vi. cap. 13. cuius verba sunt: *Fuit et Ninos imposita Tigri, ad solis occasum spectans, quondam clarissima.* Lucanus, iii. 215. *Et felix, sic fama, Ninos.* Habet id nomen et Ptolemæus in Assyria, vi. 1. A Γέλω urbe principe nomen habet regio Calachena Straboni, lib. xi. bis, pp. 503. D. et 530. C. deinde initio libri xvi. Νῖνη est Resaina apud Ammian. lib. xxiii. 5. Sidon nota omnibus. Νῖνη nemo dubitare potest quin (litera γ̄ per γ̄, ut diximus, redita) sit Gaza Palæstinorum, nominata Straboni, lib. xvi. p. 759. Melæ, lib. i. 11. qui ingentem et munitam admodum vocat; Plinio, libb. v. 13. vi. 28. et alibi. Ηλείπολις est Heliopolis, urbs Sipparrum in loco Abydeni quem modo produximus: Sipparra Ptolemaeo in Mesopotamia, v. 18. Τίνη est Ur Castellum Ammiano memoratum, libro xxv. 8. Καρρῆ Carræ, Crassorum clade nobiles.

Affectati in calum itineris]
Homerus, Odyssæa A. 312. Ovidius, i. 152. Metamorphoseos:

*Affectasse ferunt regnum ca-
lestè gigantes.*

Vide et Virgilium, Georgicon i. 280. et Lucanum, lib. vii. 145. Frequens est apud omnes gentes loquendi genus, ut quæ supra communem altitudinem attolluntur dicantur ἑραφάκη, ut apud Homericum saepe: sic et Deut. i. 28. et ix. 1. Sibyllæ nescio cujus locum de insana illa turris substructione agentem citat Josephus talem, A. J. i. 5. Πάντων ὁμοφάνων ὅντων τῶν ἀνθρώπων, πύργον ἐχαρόμησάν τοις ὑψηλότατοις, ἃς ἵνα ὑπερὸν ἀνασπέουσι δ' αὐτῷ. Οἱ δὲ θεοὶ ἀντιμετίκαντος ἀντεριψαν τοὺς πύργους, γέ ιδιαν ἵζεργον φωνὴν ἰδεκαν γέ διὰ τοῦτο Βασιλῶν εὐ-
ΐση κληδῶπαι τὴν πόλιν. Cum ho-
mines omnes una lingua ute-
rentur, altissimam turrim edificare
quidam cœperunt, velut per eam
in calum scansuri. At Dil ventis
immissis evertere turrim hanc,
et suam cuique linguam attri-
buere: unde urbi Babylon fac-
tum est nomen. At ex Abyde-
no haec nobis profert Eusebius,
Præparationis ix. cap. 14. et
Cyrillus, lib. i. contra Julianum, p. 9. D. Ἐνοὶ δὲ οἱ λι-
γνοὶ τὰς περάτας, λι γῆς ἀνα-
σχόντας, βάμη τοὺς μηγάδις χαν-
γαδίντας, καὶ δὲ θεῶν καταφρε-
νησαντας ἀμιλέντας οἴμαι, πύργον,
τύρον ἡλίσατος ἀνίρην, οἵα τὸν
Βασιλῶν ιερὸν τοις δοσοῖς οἶμαι.

lum, ⁱ Strabonem, ^k Tacitum, ^l Plinium, ^m So-

δῆ ὑρανῷ, ό τεις ἀνίμης θεῖοι
βαθύστεραις ἀνατέψιφαι περὶ αὐ-
τοῖς τὸ μπχάντμα τὸν δῆτα
ἔριστα λίγισθαι Βασιλῶν· τι-
ας δὲ ὅτας διηργλάσσους, ίτις Διὸς
πολύθρον φωνὴν ικανός εἰναι μετὰ
δὲ Κέρων τε καὶ Τιτᾶνος εὐηγένειαν
πόλιμον. *Sunt qui dicant pri-
mos illos terra editos homines,*
cum et viribus et mole sua super-
birent, ita ut se plus Διὸς posse
jactarent, νήσισσε σε ad turrim
στρευνδαν, quo loco nunc est
Babylon: cumque jam prope ad
caelum pervenisset opus, vento-
rum vi Διὸς auxiliantium, dis-
jectum id super ædificantes: rui-
nis impositum nomen Babylonis:
cum vero ad id temporis unius ser-
monis fuissent homines, immis-
sam in eos a Διὸς linguarum dis-
crepantiam: post id extitisse bel-
lum Saturnum inter et Titana.
Falso autem a Graeciis prodi-
tum conditam a Semiramide
Babylonem, etiam Berossus in
Chaldaicis prodidit; ut nos Jo-
sephus docet, contra Apionem,
i. 20. eundemque errore refel-
lit tum Philo Byblius, apud Ste-
phanum, v. Βασιλῶν; tum Do-
rotheus Sidonius, (cujus me-
minit Firmicus, Matth. ii. 32.)
apud Salmasium, Plin. Exer-
cit. pag. 1227. Vide et que-
de gigantibus et turri ex Eu-
polemo nobis adducit Eusebi-
us, Præparat. Evangelice lib.
ix. cap. 17.

^h Sodomorum incendium est
apud Diodorum Siculum] Libro
xix. 98. ubi post lacus Asphal-
titæ descriptionem: 'Ο δὲ τλη-
σιος τόπος, ἥμερος δι' ό δυσμάδης,
τοιού ταῦ σώματα τῶν πιραικάν-

των ιπινόσα καὶ παντελῶς ὀλυμ-
χέοντα. Vicina regio, cum igni
subardeat sævumque odorem ex-
halet, in causa est cur accolatum
corpora morbida sint minimeque
vivacia. [Vide hac de re etiam
Dissertationem nostram Penta-
teuchico subjectam, de incendio
Sodomorum. Clericus.]

ⁱ Strabonem] Libro xvi. post
Asphaltitæ descriptionem: Τοῦ
δὲ ἥμερου τὸν χώραν μίνην, τὰ ἄλ-
λα τιμητικαί φίμενοι πολλά. Καὶ
γὰς πίτερας τινάς ιπιπακαρίας
δικνίσσοι τραχιές περὶ Μοασά-
δα, καὶ σύραγγες πελλαχῆ, καὶ
γῆν τιφωδόν, ταγόνας τε πίσσας
εἰς λισσάδαν λιθομίνας, καὶ δυ-
άδις πόρρωδις ποταμὸς ζύοντας,
καποκίας δὲ ἀνατετραμμένες
στοράδην ἔσι πιστίν τοῖς θερμο-
λυμίνοις ὑπὲ τὸν θυγατρίον, ὃς
ἄρα φάνητό ποτε τροπαιόδια
πόλις ἴνταῦθα. (Ἄν τοῦ μητρο-
πόλιως Σοδόμων σάζεστο κύκλος
ιέποντα ταῦτα) ὑπὲ συστρό-
τι, καὶ ἀταφινημάτων πυρὸς καὶ
θερμῶν ὑδάτων ἀσφαλτωδῶν το-
τοὶ θειωδῶν ἡ λίμην προστίσαι, καὶ
πίτεραι πυρίηπτοι γίνονται εἴ-
τε πόλις αἱ μὲν κατατεθῶνται, ἀ-
ς δὲ ικλείσονται οἱ δυνάμιναι φυγῆς.
Eesse in hoc solo ignem, multa alia
alia indicia afferunt. Nam et pe-
tras ostendunt asperas et exustas
circa Moasada; tum multis in
locis exesus cavernas, terram ci-
nerosam, picis guttas de petris
stillantes, ferventia non sine fu-
do odore flumina, et domicilia
sparsim eversa: quæ cuncta si-
dem faciunt famam apud indi-
genas vulgatae, XIII. olin in ea
regione habitatasurbes; (quarum
princeps Sodoma fuit, cuius

linum. ⁿ Circumcisionis vetustissimo mori tes-

ambitus etiam nunc ostenditur in
lx. stadia patens;) terrae autem
motibus, erumpente igne aquis
que calidis et biminirosis, exti-
tisse qui nunc est lacun, saza
concepisse ignem, urbiun ab-
sorptas alias, alias ab iis qui
fugere potuerunt derelictas.

^b Tacitum] Historiarum v.
7. Haud procul inde campi, quos
ferunt, olim uberes magnisque
urbibus habitatores, fulminum jac-
tu aruisse: et manere vestigia,
terramque, specie torridam, vim
frugiferam perdidisse. Nam
cuncta sponte edita aut manu
sata, sive herba tenus aut flore
seu solitam in speciem adolevere,
atru et irama velut in cinerem
vanescent.

¹ Plinii] Is Asphaltitem
describit, lib. v. cap. 16. et
lib. xxxv. cap. 15.

^m Solinum] Cap. 35. edit.
Salmasianae: Longo ab Hiero-
solymis recessu tristis sinus pan-
ditur, quem de caelo tactum tes-
tatur humus nigra et in cinerem
soluta. Duo ibi oppida, Sodoma
nominatum alterum, alterum Go-
morrum; apud quae pomum quod
gignitur, habeat licet specimen
maturitatis, mandi tamen non
potest: nam fuliginem intrinse-
cum favillaceum ambitus tantum
extima cutis cohicit: quae vel
levi pressa tactu fumum exhalat,
et fatuscit in vagum pulverem.

ⁿ Circumcisionis vetustissimo
mori testimonium præbuerunt
Herodotus] Cum errore tamen.
Verba ejus sunt in Euterpe, §.
104. Μόνοι πάντων Κύλχοι καὶ
Αἰγύπτιοι καὶ Αἴθιοις πρεστή-

ιοται ἀτ' ἀρχῆς τὰ μέδαι.
Φοίνικες δὲ, καὶ Σύροι εἰν τῇ
Παλαισίῃ, καὶ ὅτι ἐμολογοῦσι
παρ' Αἰγυπτίους μιμαδηπίναι.
Σύροι δὲ εἰ περὶ Θερμοδοντα καὶ
Παρθίνοι ποταμὸι, ό καὶ Μάρκοντις
εἰ τύτουσι ἀσυγγίνοντις ὅπει ἀπὸ
Κύλχων φασὶ παντὶ μιμαδηπίναι.
Οὗτοι γάρ εἰσι εἰ περιφρόμενοι
ἀνθρώποι μάνοι καὶ ὅτι Αἰ-
γυπτίους φάνονται πεινῶντις κα-
τὰ τ' αὐτά. Λύτοι δὲ Αἰγυπτίων
ἢ Αἴθιων ἐκ ἤχων πεινῶν
εἰσι ταχὺ τὸν ἕριξον ἔβαντο.
Soli ab antiquo circumciduntur
Colchi et Αἴγυπτοι et Αἰθιόπες.
Phœnices autem, et qui in Pa-
lestina sunt Σύρι, fatentur hunc
se morem ab Αἴγυπτοι accepisse:
Syri vero qui ad Thermodontem
et Parthenium sunt annem, et
Macrones horum vicini a Col-
chis dicunt se didicisse. Hi enim
soli sunt, qui circumciduntur;
faciuntque ea in re eadem que
Αἴγυπτοι. De Αἰθιοπibus au-
tem et Αἴγυπτοι, utri ab alteris
aceperint, liquido dicere non
possum. In Syria Palestina nul-
los fuisse circumcisos præter
Judæos vere dicit Josephus,
Antiquæ historiæ lib. viii. cap.
4. et contra Apionem priore
libro, §. 22. De quibus Ju-
dæis Juvenalis, xiv. 99. præ-
putia ponunt. Et Tacitus, H.
v. 5. Circumcidere genitalia in-
stituere, ut diversitate noscan-
tur. Vide et Strabonem, l. xvii.
p. 824. B. Tantum vero ab-
est ut Judæi fassi sint un-
quam ab Αἴγυπτοι se accepisse
hunc morem, ut contra aperte
dicant Αἴγυπτοι ab Josepho

timonium præbuerunt Herodotus, ^o Diodorus, p Strabo, ^q Philo Byblius: præbent etiam nunc ortæ ab Abrahamo gentes; non Hebræi tan-

didicisse circumcidi. Vide scriptorem Lexici Aruch, quem citat optime meritus de sacris literis Drusius, lib. vi. Præteriorum, ad 1 Corinth. vii. 17. Neque vero commune omnibus Ægyptiis fuit circumcidi, ut Judæis: quod vel Apionis hominis Ægyptii exemplo, apud Josephum, C. A. ii. 13. discas. Phoenicas Herodotus haud dubie pro Idumæis dixit: ut et Aristophanes, Avibus, ver. 507. ubi Ægyptios et Phoenicas φωλλούς vocat. Ammonius de Verborum differentiis, ad vocem Ἰδυμαῖος: Ἰδυμαῖοι δὲ τὸ μὲν ἀρχῆθεν ἐπὶ Ἰσδαιοῖς, ἀλλὰ Φοίνικες καὶ Σύροι. Idumæi non ab origine Judæi, sed Phœnices ac Syri. Æthiopes autem illi qui circumcisi sunt ex Cethuræ erant posteris, ut jam dicemus. Colchi et eorum vicini ex Decem sunt tribubus, quas transtulit Salmanasar. Inde in Thraciam quidam venere. Scholiastes ad Aristophanis Acharnenses, ver. 155. Ὁδομάτων. Ἐπειδὴ Θρακιών φασὶ δὲ αὐτοὺς Ἰσδαιούς μνᾶς. Odontoptum. Gens est Thracica: dicuntur autem esse Judæi. Ubi Judæos intellige improprie Hebræos, ut saepe. Ab Æthiopibus trans Oceanum circumcisio venit in Novum Orbem, si vera sunt quæ de eo more reperto in variis ejus orbis locis narrantur. [Quærunt Eruditæ an

apud Ægyptios citius, quam apud Hebreos, instituta sit Circumcisio; qua de re vide notata nobis, ad Genes. xvii. 10. Clericus.]

^o *Diodorus.*] Libro i. 55. de Colchis: "Οἱ δὲ τότε τὸ γῆρας Αἰγυπτιαῖς ιστι, σημῖνοι εἶναι τὸ παιετίμωνται τοῦς ἀνθρώπους παρεπλούσιος τοὺς κατ' Αἴγυπτον, διαιρέοντες τὸν νημίρον παρὰ τοῖς αὐτοῖς, καθάπερ καὶ παρὰ τοῖς Ἰσδαιοῖς. Gentem hanc ab Ægyptiis ortam argumento sit, quod circumciduntur et ipsi more Ægyptiorum; quorum mos in hac colonia manet, ut et ab aliis Judæos. Cum Hebrei ab antiquo circumcisi sint, nihil magis ostendit circumcisio Colchos illos ab Ægyptiis esse, quam, quod nos diximus, ab Hebreis. Idem, libro iii. 32. Troglohydas circumcisos narrat, Æthiopum scilicet partem.

^p *Strabo.*] Libro xvi. p. 776. A. de Troglohydis: Εἰσὶ δὲ ωι-ρευτημέναι τοῖς, καθάπερ Αἰ-γύπτου. Sunt horum quidam circumcisi, ut Ægyptii. In eodem libro, p. 761. C. πηγε-μάς tribuit Judæis.

^q *Philo Byblius.*] In fabula de Saturno, apud Eusebium, lib. i. cap. 10.

^r *Ortæ ab Abrahamo gentes.*] Cui ab Abrahamo primo omnium datum circumcisionis preceptum, etiam Theodosius docuit, in Carmine de Judæis;

tum, sed ^s Idumæi, ^t Ismaëlitæ, ^u et alii. Abra-

unde hos versus nobis Eusebius dedit, lib. ix. Preparationis Evangelicæ, cap. xxii.

*"Ος πατέρες ἤγγειοι
διος Αβραάμ,
Αὐτὸς δὲ θεονόθιον κύλειτο
νίκης παντὶ εὖσιν αὐτῷ
Σάρξ ἀπονιᾶσσαι πόσθιης ἀ-
πο- γέρει τοῖς λειλοσινι.
Qui sanctum patriis Abrahamum
eduxit ab oris,
Idem ipsum totamque domum
genitalia ferro
Tegmina praecipit præcidere:
paruit ille."*

* *Idumæi*] Ab Esavo ita dicti, qui *Obowè* Philoni Byblio, P. E. i. 10. Ei enim alterum nomen erat Edom, quod Graeci *Eρυθρᾶν* transtulere, unde dictum mare Erythreum: quippe eo usque pervenit vetus Esavi posterumque ejus imperium. Originis ignari eos cum Phœnicibus, ut modo dixi, confuderunt. Ammonius Idumæos circumcisos ait, ut et Justinus Dialogo eum Tryphone, §. 28. et Epiphanius contra Ebionenses, t. i. p. 160. D. ed. Paria. 1622. Horum pars Humeritæ, quos suo etiam tempore circumcisos docet nos Epiphanius contra Ebionenses.

* *Ismaëlitæ*] Circumcisi hi ab antiquo, sed eo statis anno quo Ismaël. Josephus, lib. i. capp. 12. et 18. *Tικτίται δὲ* τοῖς Ισμαήλιον τῷ ισάρῳ ἦν, *ἡ σόδης μετὰ δύοδον οὐμέραν περιτίπεται, καὶ* τοῖς μετὰ τοῦ ισάρου *γηνὰς οἱος Ἰχεν* οἱ *Ισμαήλιοι πανορδαὶ τὰς περιφράσας*.

"Αραβίς δὲ μετὰ ἵτος τρισκαρδί-
νατος Ἰσμαῆλος γὰρ ὁ κτίτης
εἰπεν, τῷ Ιχεν, Ἀβράμιον γινό-
μενον ίτος παλλακῆς, ἵτον
περιτίμιαν τῷ χρόνῳ. Nasci-
tur Abrahamo et Saræ anno se-
culi sui ultimo puer, quem ipso
die octavo circumcidunt: quem
diem etiam nunc Judæi in cir-
cumcidendis liberis observant. At
Arabes circumciduntur post an-
num etatis tertium et decimum:
nam princeps eorum generis Is-
maelius ea etate circumcisus est,
filius et ipse Abrahami, sed ex
ancilla. Origenes in pulchra
dissertatione contra Fatum,
quæ et apud Eusebium extat,
lib. vi. cap. 11. et in col-
lectione Græca cui φιλοκαλίας
nomen, c. 22. Οὐκ οὐδὲ ἵτως
δημόσιαν εἴσαι τὸ τῶν μητέρων
Ισμαήλιον σχιδὸν πάνταν τούτοις ίλ-
ινα τὸ σχηματισμὸν ἱππὸν τῆς γε-
νείων, οὐ ἐπιταρπεῖσον αὐτὸς λα-
βεῖν περιτομὴν, ἀκρωτηριαζόμενος
τὰ μέρη, ς ἰλκυμίνες, ς φλογο-
μονή περιτοσκέπτες ς τραύματα,
καὶ ἄμα τῇ ισίᾳ τὸν βίον οἰσθεῖ-
ται τοῦ δεομένους τῶν δὲ Ισμα-
λίταις τοῖς πατέραις τὴν Ἀραβίαν
τούντοι, οὐ πάντας περιτίμιαν θε-
ρισματικατεῖσι. Τέτοιο γὰρ ισόρη-
ποιοι αὐτῶν. Nescio quomodo
defendere hoc possint, iis qui in
Iudea nascuntur proponitibus
talem esse posituram siderum
nascentibus, ut octavo die debe-
ant circumcidiri, mutilari, ulce-
rari, vulnera et inflammations
incurrere, ac modici ope egere
simil atque vite limen intrave-
rint: at Ismaëlitæ, qui in Ara-
bie sunt, talementum posituram."

hami, Isaaci, Jacobi, Josephi historia Mosi consonans ^x extabat olim y apud Philonem By-

siderum, ut circumcidendi sint omnes etatis anno tertio et decimo. Id enim de istis proditum est. Hos Ismaelitas Epiphanius contra Ebionaeos disputans explicat Saracenos: recte admordum. Semper enim hunc morem observarunt Saraceni, et ab eis accepere Turce.

^{*} Et alii] Nempe illi a Cethura, de quibus locus est egregius Alexandri Polyhistoris, apud Josephum, lib. i. cap. 16. quem et Eusebius adducit, Præparationis Evangelicæ lib. ix. cap. 20. Κλαδημός φυσιν ὁ προφήτης, ὁ καὶ Μαλχᾶς, ὁ ιεροῦ τῷ περὶ Ἰσραὴλ, καὶ καὶ ὁ Μωϋῆς ιερόρουσ ὁ νομοθέτης αὐτῶν ὅτι οἱ Χιττούρες Ἀβραάμος ἡγένοντο παιδεῖς ιανοί· λίγι δὲ αὐτῶν καὶ τὰ οὐρανά ὄντας ζεῦς, Ἄφριδη, Ἀσύρη, Ἀφράτη καὶ ἄλλοι Ἀσύρηται· Ασύρηταις κακληθαί· ἀπὸ δὲ τῶν δύο, Ἀφράτη καὶ Ἀφριδη, πέλμα τοῦ Ἀφρατοῦ καὶ τὴν χώραν Ἀφρικάνα ὄντας θῆται· τέττας δὲ Ἡρακλεῖ συγγενῆσαι ἵπποι Λεύκην καὶ Ἀγραῖον γύμνατα δὲ τὴν Ἀφράτην Συγατίην Ἡρακλία γυνῆσαι νίον ἐξ αὐτῆς Δίδωρον τέττα δὲ γυνεῖσθαι· Σοφάνα, ἀφ' ἧς τὸν Βαρζάρες Σέφαρας καλεῖσθαι. Cleodemus Propheta, Malchas dictus, in libro de Judæis eadem dicit quæ Moses qui Judæis leges condidit: ex Chettura Abrahamo multos esse natos liberos; quorum tres ab ipso nominantur, Aser, Asur, Afra: ab Asur dictam Assyriam; ab aliis duobus, Afra

et Afer, urbem Afram terramque Africam: hos Herculi comilitones fuisse in Libyam et Antæum: Herculem autem, cum Afræ duxisset filiam, ex ea filium genuisse Dedorum nomine: ex hoc natum Sophona, unde barbaros Sophacas dictos. Hic cetera nomina, exscriptorum virtutio, nec cum Mose, nec inter se collatis Josephi et Eusebii, quales habemus, codicibus congruent: at Ἀφριδη hand dubie est qui Mosi ΤΕΥ. Herculem autem intellige non Thebanum, sed multo antiquiorem, Phoenicem; cuius et Philo Byblius meminit, Eusebio citatus in dicto sepe capite 10. libri primi Præparationis Evangelicæ. Is ipse est Hercules, cuius exercitum in Africam venisse Sallustius in Jugurthino, cap. 18. commemorat. Videmus ergo unde Αἴθιοπες, pars magna Afrorum, circumcisionem aceperint; quam et Herodoti habuerunt tempore, et nunc etiam qui eorum Christiani sunt, non ex religionis necessitate, sed ex vetustissimi moris revertentia retinent.

^x Extabat olim apud Philonem Byblium ex Sanchuniatho] Certe ad Abrahamum pertinere putat Scaliger quædam, quæ ex Philone Byblio nobis servavit Eusebius. Ipsum vide in Auctuario ad Emendationem temporum, p. 48. Est tamen cur de eo dubitem.

blium ex Sanchuniathone, ^z apud Berosum,
^a Hecatœum, ^b Damascenum, ^c Artapanum, Eu-

^y *Apud Philonem Byblium]* Quousque fides possit haberi *Sanchuniathoni Philonis* nondum satis liquet. Fidem ejus admodum suspectam fecit vir doctissimus Hen. Dodwellus, in Dissertatione Anglica de *Sanchuniathonis Phoenicia historia*, edita Londini anno MDCLXXXI. Cujus argumentis hoc etiam addendum, quod in ejus fragmentis sit absurdum quedam mistura Deorum Graecie, Oriente primis temporibus ignotorum, cum Phœnicum Numinibus. Quod pluribus hic deducere non licet, per chartæ angustias. *Clericus.*

^z *Apud Berosum]* Ejus verba servavit nobis Josephus, Antiquæ historiæ lib. i. cap. 8. *Mirà δὲ τὸν κατακλυσμὸν διάτηγαντας παρὰ Χαλδαῖαν εἰς Ἀδίανος ἀπὸ μῆγας, καὶ τὰ ὄρανα ἐπειρροῦσσος.* Post cataclysmum decima stirpe, apud Chaldaeos vir extitit justus et eximius, interque cetera caelestium peritus. Hæc ad Abramum recte referri temporum ratio ostendit.

^a *Hecatœum]* Is librum de Abramam scripsit, qui periiit; sed extabat Josephi tempore. [Atqui sunt rationes suspicandi confictum hoc opus fuisse. Vide Vossium in Historicis Gracis, lib. i. cap. 10. *Cf.*]

^b *Damascenum]* Nicolaum illum virum illustrem, amicum et Augusto et Herodi; cuius reliquias aliquot nuper accepimus beneficio viri Amplissimi Nicolai Peiresii, in cuius morte et literæ et literati

omnes damnum incredibile fecerunt. Ejus Nicolai Damasceni verba hæc refert Josephus dicto jam loco: 'Αβράμος ἡσαίλιος Δαμασκοῦ, ἵστηλις σὺν φραγῇ ἀφίγμινος ἵν τὴν γῆν ὑπὲ Βασιλάρος Χαλδαιῶν λιγομήνος· μιτ' ἐπολὺν δὲ χρόνον, μετανεατὰς καὶ ἀπὸ ταύτης τῆς χώρας σὺν τῷ σφετέρῳ λαῷ, εἰς τὴν τότε μὲν Χαναναῖαν λιγομήνος, τὸν δὲ Ιεδαιαν, μεταφέρει καὶ οἱ ἀπὸ ιεδίου πληθυσμοῖς, περιθετοῖς, περιδιάστησι, καὶ κάρην ἀπὸ αὐτῶν διέπεινται, Ἀβράμος οὐκοῦς λιγομήνος. Τοῦ δὲ Αβράμου ἦστι καὶ νῦν ἡ σὺν Δαμασκηνοῖς τὸ διορθωτικός οἶκος οὐκέτι οὐδέποτε οὐδέποτε, Αβράμος οὐκοῦς λιγομήνος. Abrames in Damasco regnavit, qui advena cum exercitu illuc venerat ex ea regione quæ, supra Babylonem sita, Chaldaeorum dicitur: at non multo post tempore, cum sua multitudine etiam hinc emigrans, pervenit in terram, quæ tunc Chananæa vocabatur, nunc Judæa dicitur: ubi et illi habitarunt qui ab eo orti sunt plurimi, quorum res a libi memorabo. Abramæ autem in Damascena regione etiam nunc celebre est nomen, monstraturque vicus, qui ab eo dicitur Abramæ habitaculum.

^c *Artapanum, Eupoleum, Demetrium]* Habes quæ horum nomine ex Alexandro Polyhistore affert Eusebius in Præp. lib. ix. capp. 16, 17, 18, 21, 23. Loca sunt longiora, quam ut huc transcribam. Ante Eusebium nemo est, qui ea produxerit. Sed ex altari in Bethel ab Jacobo structo,

poleum, Demetrium, partim et ^d apud vetustissimum Orphicorum scriptorem: extat et nunc aliquid ^e apud Justinum ex Trogo Pompeio. ^f Apud eosdem ferme omnes extat et

de quo agitur, Gen. xxxv. venit fabula τὸν Βίστιλίον, quam ex Philone Byblio habet Eusebius, lib. i. *Preparat.* cap. 10.

^d *Apud vetustissimum Orphicorum scriptorem]* Certe enim de alio accipi ista non possunt, quæ apud Clementem Alexandrinum, Strom. v. p. 259. ed. Sylburg. et Eusebium, libro xiii. cap. 12. legimus:

Οὐ γὰρ κίν τις Ἰδει Θητῶν
μερόπων πραινούστα,
Εἰ μη μένογυνή τις ἀπόρρητος
φύλικον ἄναδει
Χαλδαῖον Ἰδεις γὰρ ἐν ἀτρεοιο
πορείᾳ,
Καὶ σφαῖρας κίνημά ἀμφὶ χθέ-
να ἡς περιτίλλει
Κυκλοπτεῖς, οἱ ἴσηι τι, κατὰ
σφιγγον πνάδακα.
*Nemo illum novit mortalia
cuncta regentem,*
Unicus ille nisi Chaldaeo san-
guine cretus :
Norat enim Solis qua se as-
trum lege rotaret,
*Ei circum terram magnus se
volveret orbis*
Æqualisque teresque, intus si-
ta circumplectens.

Ubi Abrahamus μενογύνης sic dicitur, ut apud Esaiam, li. 2. ΤΠΝ, Ex cognitione autem siderum celebratus Abrahamus etiam Beroso, ut jam audiimus. Eupolemus, apud Eusebium, P. E. ix. 17. de eodem, Οὐ δὲ γε τὴν ἀτρεολογίαν,

καὶ τὴν Χαλδαικὴν νῦν. *Hinc reporetum fuisse et scientia sideralis, et discipline insuper Chaldaicæ.* [Versus Orphicos vix serio citare ausim, cum ne Orpheus quidem unquam fuerit, et partim a Judeis, partim a Christianis, multa sint ei tributa, præter superstitione nescio quæ ab Ethnico superstitione facta. Vide G. J. Vossium de Poëtica, cap. xiii. Cl.]

^e *Apud Justinum ex Trogo Pompeio]* Lib. xxxvi. cap. 2. *Judeis origo Damascena, Syriæ nobilissima civitas. Post Abraham et Israel Reges fuere. Reges hos ut Nicolaüs, sic Trogus Pompeius dixerunt; quod in suis familiis jus regium obtinuerint. Itaque et Χρυσανθον, Psal. cv. 15.*

^f *Apud eosdem ferme omnes extat et Mosis actorumque ejus memoria]* Vide Eusebium, dicto lib. ix. capp. 26, 27, 28. Quæ ex Tragico Judeo Ezechiele ibidem citantur, vera sunt; et partem eorum habes apud Clementem Alexandrinum, Strom. i. 23. qui ex mystarum libris afferit Αἴγυπτιον a Mose verbis occisum: et ibidem ex Artapano quædam habet ad Mosem pertinencia, sed non satis ex vero. Justinus ex Trogo Pompeio de Mose, xxxvi. 2. *Dux igitur exulum factus, sacra Αἴγυπτiorum furto abstulit: quæ repe-*

Mosis actorumque ipsius memoria. § Nam et aqua extractum, et duas a Deo tabulas ei datas, Orphica carmina diserte memorant. His ^b adde Polemonem, ⁱ et de exitu ex Ægypto

tentes armis Ægyptii domum redire tempestatibus compulsi sunt: itaque Moses, Damascena antiqua patria repetita, Montem Siyan occupauit: et quæ sequuntur vera falsis mixta. Ubi Arvas apud eum scribitur, Arnas legendum est: is est Aaron, non filius, ut hic existimavit, sed frater Mosis, et Sacerdos.

§ Nam et aqua extractum, et duas a Deo tabulas ei datas Orphica carmina diserte memorant] Ut quidem ea emendavit maximus Scaliger, qui, litera vicini admodum ductus mutata, pro eo, quod ex Aristobulo Eusebius, Prep. Evang. libro xiii. cap. 12. citat ΤΑΟΓΕΝΗΣ, legere nos jussit ΤΔΟΓΕΝΗΣ; ut versus sic habeant:

'Ως λέγεις ἀρχαῖον, ὡς ὑδατάραις,
'Ἐπι Θεῖσι γνώμαιοι λαβὼ
κατὰ δίστλαξα θισμόν.
Ut veterum fama est, ut jussit
fumine natus,
Dona Dei tabulas geminas
qui sensibus hausit.'

Subiungit autem hæc, quisquis ille fuit vetustissimus scriptor Orphicorum; postquam dixerat unum Deum esse colendum, rerum omnium artificem ac moderatorum.

¶ *Adde Polemonem]* Videtur iu xviis temporibus Ptolemaei Epiphanis; qua de re vide utilissimum Viri Cl. Gerardi Vossii de Græcis historicis librum.

Africanus historias Græcas ab eo scriptas ait; qui idem liber est, quem Ἐλλαδῖνον vocat Athenæus, xi. 8. et xiii. 8. Sunt autem ejus hæc verba: 'Ἐπὶ Απίδος τῷ Φαραώνιος μοῖρᾳ τῷ Λιγυστιῶν σφατῷ Κύπτειοι Λιγύστει, εἰ ἐπὶ Παλαιστίνη λιγυμή Συρία, ἢ πέριοδον Ἀραβίας, φησειν. Regnante Apide Phoronei filio pars exercitus Ægyptiaci Ægypto exiit, habitaruntque illi in ea Syria quæ Palæstina dicitur, ab Arabia non longe. Sicut Polemonis locum Africanus, ita Africani servavit in Chronicis Eusebius, p. 25.

ⁱ *Et de exitu ex Ægypto non pauca ex Ægyptiis, Manethone, Lysimacho, Chéremone]* Loca sunt apud Josephum, contra Apionem, i. 26, 32, 34. plena mendaciis, utpote profecta a gente semper Judæis infestissima; unde et sua hausit Tacitus. Apparet autem ex his omnibus inter se collatis Hebreos ab Assyriis ortos, parte Ægypti potitos, ibi pastoralem egisse vitam: sed operis postea servilibus pressos exiisse Ægypto, Ægyptiis etiam quibusdam ipsos comitantibus, Mose duce; perque Arabum terras postremo pervenisse in Syriam Palæstinam, ibique instituta eos secutos Ægyptiorum institutis contraria. Cæterum quomodo in his quæ huic historiæ aspersere mendaciis scripto-

non pauca ex Ægyptiis, Manethone, Lysimacho, Chæremone. Neque vero cuiquam prudenti credibile fiet, Mosem (ⁱ qui non Ægyptios tantum hostes habebat, sed et plurimas gentes alias, ^k Idumæos, ^l Arabas, ^m Phœnicias) vel de Mundi ortu et rebus antiquissimis ea ausum palam prodere, quæ aut aliis scriptis prioribus revinci possent, aut pugnantem sibi haberent persuasionem veterem atque communem; vel de sui temporis rebus ea prædicasse, quæ viventium multorum testimoniis possent refelli. Meminerunt Mosis et ⁿ Diodorus Si-

res Ægyptii inter se, quidem et secum singuli pugnant, quotque illa sæculis ab antiquitate Mosis librorum vincentur, egregie ostendit in illo libro eruditissimo Josephus.

ⁱ Qui non Ægyptios tantum hostes habebat] A quibus cum vi abscesserant: quorum instituta resciderant Judæi. De odio Ægyptiorum implacabili aduersus Hebreos, vide Philonem, tum contra Flaccum, tum in Legatione: ac Josephum in utroque contra Apionem libro.

^k Idumæos] Hæredes veteris odii inter Jacobum et Esavum; ad quod nova accessit causa, cum Hebreis Idumæi transi- tum negarunt, Num. xx. 14. et seqq.

^l Arabas] Illos scilicet ab Ismaële ortos.

^m Phœnicias] Cananæos scilicet vicinasque gentes, in quos Hebreis bellum æternum.

ⁿ *Diodorus Siculus*] Is, libro i. 94. agens de iis, qui Deos auctores suis legibus inscripserint, addit: παρὰ Ἰουδαῖος δὲ Μωῆς τὸν Ἰάωνα πεπαλέψασθαι Θεόν. Ut Moses, qui apud Iudeos Deum, qui Iao vocatur. Ubi Ἰάων est ΠΗΓΗ; quod eodem modo extulere et oracula, et Orphica antiquis memorata, et hæretici Basilidiani, aliquie Gnostici. Idem nomen Tyrii, ut ex Philone Byblio, P. E. i. 9. discimus, extulere, Ἰωάννης: alii Ἰαών, ut, Strom. v. 6. apud Elementum Alexandrinum est: Samaritani Ἰαζαί, ut apud Theodoreum, Quæst. xv. in Exod. legimus. Nimirum Orientis populi iisdem vocibus alii alias tribuebant vocales; unde in propriis nominibus Veteris Testamenti tanta diversitas. Esse in hac voce τὸν ὄντα significationem vere dictum Philoni, de Vita Mosis, p. 476. E. Præter Diodorum qui Mosis memi-

culus, et ^o Strabo, ^P et Plinius, ^q Tacitus quoque, ^r et post eos Dionysius Longinus de ser-

nerint, Parænesis ad Græcos, quæ Justino ascribitur, nominat, §. 9. Polemonem, Apionem, Ptolemaeum Mendesium, Hellanicum, Philochorūm, Castorem, Thallum, Alexandrum Polyhistorem: quosdam horum et Cyrus, contra Julianum, libro i. p. 15.

C. [De nominis Ἐγύπτων] vera prolatione et significatu pluribus egimus ad Exodus, cap. vi. 3. Cl.]

• *Et Strabo]* Locus est libro ejus xvi. p. 760. D. ubi, quod *Ægyptium Sacerdotem Mōsem* fuisse putat, ab *Ægyptiis* habet scriptoribus; ut ex Josepho, C. A. i. 26. apparat. Addit deinde, dogmata ejus non sine aliquo errore describens: Συνέδριος αὐτῷ πολλά τιμῶντες τὸ Θύειον. "Ἐφη γὰρ ιεῦνος ἐπὶ Ἰδίᾳσται, ὃς ἐν ἡρῷ Φαρὲνοι οἱ Λιγύσται, Θάριοι οἰκανοῖς καὶ βοσκήραις τὸ Θύειον ἐδειπέραι οἱ Λίγιοι: ἐπὶ τοῦ δὲ ἑπτατού οἱ Ἑλληνοι, ἀνθρωπόρρητοι τυπῶντες. Εἴη γάρ τοι τὸν μόνον Θύειον τὸ παρούσιον ἡμῶν ἀπαντάς καὶ γῆν καὶ θάλασσαν, ὃ παλιῦμεν ἔργαν καὶ πορευομένοι τὴν τὴν ὄντων φύσιν. Τέτοιο τοιούτου εἰδών πλάγιον Νεφέλιον, τὸν ἥχον, δροῖσαν τοι τὸν ταρδὸν ἡμῶν; ἀλλ' οἴη διε τὰς εἰσεπονίας τίμιος ἀφρούσιος ταπεινὸς ἀξέρογον τιμᾶν τὸν χωρίς. Cum illo discesserent multi, divinum in honore habentes. Affirmabat ille docebatque, non recte sentire *Ægyptios*, qui ferarum pecorumque imaginis nomen tribuerent: sed nec Afros: nec Græcos, qui huma-

nas. *Nihil aliud esse Deum, quam unum illud, quod nos cunctos terramque et mare contineret, quod cælum dicimus et mundum rerumque naturam.* *Huic, aiebat, quis prudens audeat fingere imaginem rebus, quæ apud nos sunt, similem?* *Abstinendum ergo ab omni simulacrorum effictione; sed, structo templo inque eo aedyle quam magnificentissimo, ibi sine ulla figura colendum Deum.* Addit viris bonis id persuasum. Addit instituta ab eo sacra et ritus nec impensis gravia, nec lymphatico furore odiosa. Narrat circumcisio, cibos vetitos, alia: et, cum ostendisset hominem natura sua animal esse societatis civilis appetens, ad eam ducere precepta humana ac divina; divina vero efficacius.

• *Et Plinius]* Libro xxx. c. 1. *Est et alia magicae factio a Mose.* Juvenalis, xiv. 101.

Judaicum ediscunt et servant et metuunt jus,
Tradidit arcano quodcumque volumine Moses.

• *Tacitus quoque]* Histor. v. 3. ubi, contra *Ægyptiorum fabulas, Unus exulum dicitur.*

• *Et post eos Dionysius Longinus]* Vixit is tempore Aurelianii Imperatoris, gratus Zenobiae Palmyrenorum Reginae. In libro de sublimi dicendi genere, cum dixisset de Deo loquentes curare debere ut eum nobis magnum sincerumque et imperistum exhibeant, addit: Ταῦτη καὶ i

monis sublimitate; Jamnis autem et Mambris, qui in Ægypto Mosi restiterunt, ^s præter Thalmudicos ^t Plinius et ^u Apuleius. Legis ipsius per Mosem datæ ac rituum ^x tum alibi

τὸν Ἰεράλιον Θεμαθίστης, ὃς ὁ τοχὰς ἀπέ, Ιερὸν τὸν τὸ Θεῖον δύναμιν κατὰ τὴν ἀξίαν ἐχάρησε πρόσθιον, ἀδέσπιτον τῷ τοῦ εἰσελθῆ γράψας τὸν νόμον ἵστη ὁ Θεός, φοβήσθη; Γνωσθεὶς φαστεὶς γέγονται λύτροι. Sic egit et is qui Judæis leges condidit, vir minime vulgaris ingentii, ut qui Dei potestatem digne et conceperit et elocutus fuerit, statim in principio legum hæc scribens: Dixit, ait, Deus: Quid? Fiat lux: et facta est. Fiat terra: et facta est. Chalcidius multa ex Mose habet, et de eo, p. 372. sic loquitur: Sapientissimus Moses, non humana facundia, sed divina, ut ferunt, inspiratione vegetatus. [Serius vixit Longinus, quam ut ejus auctoritate nisi possimus, præterquam quod ab Epistolis fuit Zenobie, mulieri Judææ. Cl.]

^s *Præter Thalmudicos] In Gemara, titulo de Oblationibus, cap. Omnes oblationes Synagogæ. Adde Tanchuma sive Iimedenu. Dicuntur ibi principes Magorum Pharaonis, et colloquium eorum cum Mose refertur. Accedat Numenius, lib. iii. de Judæis. Verba ejus profert Eusebius, lib. ix. cap. 8. Τὰ δὲ ἵκες Ιαρῶν γέ Μαρκῆσις Αἴγυπτοιοι ιερογραμματῖς, ἀνδρες θεῖοις οἱ τοιοις μαγισσοῖς καθίστησιν, οἵτινες οἱ Ιερᾶλιοι ιερεῖς οἱ Αἴγυπτοι. Μοναχοὶ γένεται τοῦ Ιερᾶλιον Ιερουπ-*

ταριχοί, ἀνδρὶ γενερίσιν Θεῷ οὐδεὶς δυνατοτάτημ, οἱ παρεπομπαὶ ἀξιωθήσις οὐτὸν τὸν πλάνον τῇ τοῦ Αἴγυπτου, θεοὺς δύονταν τον τον εν συρφαῖς, ἀς ὁ Μοναχὸς ιερῆς τῇ Αἴγυπτῳ, τὰς παναπάτας, αὐτῶν ιειλόνθεις δραματεῖς δυνατοί. Deinceps vero Jannes et Mambres sacrorum scribe Ægypti, magicis artibus præstare crediti, quo tempore exacti sunt ex Ægypto Judæi: nam qui ab omni Ægyptiorum multitudine electi sunt, ut Museo resisterent Judæorum duci, viro precibus apud Deum potentissimo, hi fuere: ac gravissimas calamitates, a Museo in Ægyptum invectas, coram omnibus depellere quiverunt. Ubi Mosem voce vicina et Græcis usitata Museum vocat, sicut alii Jesus Jasona, Sanum Paulum. Ad eundem Numenii locum nos remittit Origenes, adversus Celsum iv. §. 51. Artapanus, apud eundem Eusebium, lib. ix. cap. 27. hos vocat τοις ίερούς οὐτοις Μίμφοι, Sacerdotes supra Memphis; quibus a rege ait mortem indictam, ni paria Mosi patrarent.

^t *Plinius] Dicto jam loco.*

^u *Apuleius] Apologetico secundo, p. 320.*

^x *Tum alibi nonnulla extant] Ut apud Strabonem, lib. xvi. p. 760. D. Tacitum, Hist. v. 4. Theophrastum productum a Porphyrio de non edendis animalibus secundo, §. 26. ubi*

nonnulla extant, y tum apud Pythagoricos plurima. z Veteribus Judæis insigne et religionis

de sacerdotibus et holocaustis ; et quarto ejusdem operis, ubi, §. 14. de vetitis edi tum piscibus, tum animantibus aliis. Vide et Hecataei locum, apud Josephum, primo contra Apionem, §. 22. et apud Eusebium, in *Preparat.* lib. ix. cap. 4. Legem vitandæ consuetudinis alienigenarum habes in *Justini Tacitique historia* : de suilla non edenda apud Tacitum, *Juvenalam*, xiv. 98. *Plutarchum*, *Sympos.* iv. c. 5. *Macrobius ex antiquis*. Apud *Plutarchum* dicto loco et *Levitas et ἀναστοργίας* reperies.

y *Tum apud Pythagoricos plurima*] Hermippus vita Pythagore, citatus ab Josepho, adversus Apionem i. 22. Ταῦτα δὲ λέγοντες καὶ Ιάγος, τὰς Ἰουδαίας γέ Θρακῶν δέξας μιμέμενος καὶ μεταφέρων οἱ λαυτός ἀλεπός γάρ ἐάντη λινός πολλὰ τὸν τραχὸν Ἰουδαίον πορίμων οἱ τὴν αὐτὸν μετάποντα φιλοσοφίαν. Ήσε σαζεβατ διεβαλλε, *Judeorum ac Thracum opiniones imitans et sibi vindicans* : vere enim vir ille multa *Judeorum instituta in suam philosophiam translulit*. Tὸ δημοφαιόν κατέχεσθαι, abstinere morticinis, inter Pythagore precepta ponit Hierocles, p. 298. ed. Lutet. 1585. Porphyrius, epistola ad Anebonem, §. 26. et Ἀelianus, V. H. lib. iv. cap. 17. id est ex *Levit.* vii. 15. Deut. xiv. 21. Θιάν τινας ἡ δακτυλίου μὴ φορεῖ, *Deorum imagines in annulis non*

ferre, ex Pythagora est apud Malchum sive Porphyrium, *Hortatione ad Philosophiam*, §. 42. et apud Diogenem Laertium, viii. 17. id ex Decalogi est precepto secundo. *Quod non posuisti ne tollas*, inter Judaica ponit Josephus, contra Apionem libro altero ; inter Pythagorica Philostratus. Jamblichus, *Vit. Pythag.* §. 99. Ἡμέρα φυτὸς γέ ἰγκαρπτος μάτι βλάστεται, μάτι φθάσις. *Arbor quitis et frugifera ne corrumpatur, neve ei noceatur* : ex Deut. xx. 19. Non transeundum locum ubi asinus in genua sederit, Pythagoræ tribuit is quem dixi Hermippus ; origo ex historia, quæ est Num. xxii. 27. Platonem quoque multa ex Hebreis sumpsisse agnoscebant Porphyrius ; ut Theodoreus notat, sermone contra Grecos 1. p. 6. partem eorum videbis in *Preparatione Eusebii*. [Vereor tamen ne Hermippus, aut Josephus, pro *Judæis* debuerint dicere *Idæos*, hoc est, sacerdotes Jovis *Idæi*, in Creta ; quos invisit Pythagoras. Vide quæ de iis collegit Joan. Marshamus ad Sæc. x. rerum *Ægyptiacarum*. *Clericus.*]

z *Veteribus Judæis insigne et religionis et justitiæ testimoniam perhibent et Strabo, et ex Trogo Justino*] Strabo quidem, lib. xvi. post Mosis historiam, p. 761. C. Οἱ δὲ δαδεξάμενοι χρόνος μὲν τινας ἡ τὰς αὐτοὺς διατάσσει, δικαιορεγούντες καὶ τινεῖς οἱ ἀλεποῦντες. Successores vero

et justitiae testimonium perhibent et Strabo, et ex Togo Justinus: ita ut jam, quæ de Josua aliisque aut reperiuntur aut reperta olim sunt Hebræorum libris consentientia, afferre ne opus quidem sit; cum, qui Mosi fidem habeat, (quæ, nisi inverecunde admodum, negari ei non potest,) is omnino crediturus sit eximia olim prodigia a Deo edita: quod hic præcipue spectamus. Posteriorum vero temporum miracula, puta ^a Eliæ, Elisæi, et aliorum, eo minus conficta censeri debent; quod illis temporibus et innotuisset jam magis Judæa, et ob diversitatem religionis in magno esset odio vicinorum, quibus facillimum fuisse refellere nascentem mendacii famam. Jonæ historia, qui triduo intra cetum fuerit, ^b est apud Lycophro-

*ad aliquod tempus in tiDEM in-
stitutio mansere, justi vereque
religiō. Idem, paulo ante, eos
qui Mosi crediderant ait fuisse
τιμῶντες τὸν θεόν, Dei reveren-
tes, et ἵβούσαντες, εἰκονάν-
τες. Justimus vero sic, lib.
xxxvi. cap. 2. Quorū (Re-
gum scilicet et Sacerdotum)
justitia religione permixta, incre-
dibile quantum coahuere. Ari-
stoteles quoque magnum sapi-
entiae et eruditio[n]is testimo-
nium Judæo, quem viderat,
præbuit; Clearchus teste, libro
secundo de Somno, quem ex-
scripeit Josephus, C. A. i. 22.
Tacitus inter multa falsa hoc
vere, coli ab Iudeis summum
illud et aeternum, neque muta-
bile, neque interiturum: id est,*

Deum, ut de iisdem Iudeis
agens Dio Cassius, xxxvii. 17.
loquitur, ἀρρένων καὶ ἄνδρων, qui
nec voce exprimi, nec a nobis
conspici possit.

^a *Eliæ]* De cuius Propheta
Eucolemo scriptum librum
dicit Eusebius, Præp. lib. ix.
cap. 30. Ejusdem locum de Je-
remia Prophetis profert eodem
libro Eusebius, cap. xxxix.

^b *Est apud Lycophronem]*
Versus hi sunt:
 Τιμῶντες λίτερος, δὲ μορ-
γνάθες
 Τείτανος ἀμάλαχψι πάρχαρος
κύων
 "Εμπεινος δὲ δαιτρὸς ἡπάτηνος
φλαιδύμενος
 Τιμῷ λίτερος, ἀφλόγυντος
ἰεχάρας

nem et Aeneam Gazæum: nisi quod subiectum est nomen Herculis; in cuius claritatem referri solitum quicquid ubique magnificentum esset, ^c notatum Tacito. Certe Julianum, Ju-dæorum non minus quam Christianorum hostem, historiæ evidentia coëgit fateri, et ^d viros divino spiritu afflatos vixisse inter Judæos, et ^e ad Mosis atque Eliæ sacrificia ignem cœlitus delapsum. Ac sane notandum in hac parte

Συμβούγγας ἵσταλαι καρδίας
πέδη.
Τριοεσπερι λεόνις, ολίμην quem
suis
Μαλις πορεώτισ σερβα Τρίτονος
κανίς;
Cumh vivus intra, ceu coquus,
versans fecur
Imo lebetis in sine ignibus
foco
Sudore totum per caput ma-
deseret.

Ad quem locum, ver. 33. Tzetzes: Διὰ τὸ ἐν τῷ κάντυ
τριεῖς ἀμφὶς ποιεῖσι. Quia per
triduum intra cætum fuit. Aeneas Gazæus, Theophrasto, p.
26. ed. Gesneri, 1559. Ἀντιεὶ γέ
Ηερκαλᾶς ἔθηται, διαφράγματισ αὐ-
τῇ τῆς νήσου ἐφ ἡσίται, ὅπερε καταποδῆναι γέ διασύνεδεισ.
Sicut Hercules narratur, fracta
qua vehebatur nave, a ceto vo-
ratus et incolamus factus.

^c Notatum Tacito] Germ.
34. et Servio, ad Aen. viii. 564,
203. tum Varro, tum Verrio
Flacco auctoribus.

^d Viros divino spiritu afflatos
vixisse inter Judæos] Libro iii.
p. 106. C. apud Cyrillum.

^e Ad Mosis atque Eliæ sacri-
ficia ignem calitus delapsum] Julianus, in libro Cyrilli deci-
mo, p. 343. C. Προσάγγιον δὲ
ἱριστα βαρυῖς γέ θύνιον παρεπένθεται.
Πλὴ γάρ, φονινον δὲ κάτισσιν, ἀ-
ποτελεῖται Μαρίας, τὰς Θυσίας ἀν-
δρείους. Απαγγέλλεται ιερὶ Μαρίας
βύθισται, γέ ιερὶ Ἡλίου τῷ Θεού
τάλατο μετὰ παλλαῖς χρόνοις.
Aris adinovere victimas et sa-
crificare diffugitis. Nempe, sit,
quod ignis de cælo non descendat,
ut Mosis tempore, et victimas con-
sumat. Atq[ue] id semper tantum
accidit sub Moes, cibis tanta post
tempore cum viveret Elias Thes-
bita. Vide et sequentia de igne
celesti. Cyprianus, Testimo-
niorum iii. 101. Item in sacri-
ficiis quæcunque accepta habebat
Deus, descendebat ignis de cælo
qui sacrificata consumeret. Me-
nander autem in Phœnicum
historia meminerat summæ
illius siccitatia, qua Elia flo-
rente contigit, id est, regnante
apud Tyrios Ithobalo. Vide
Josephum, Antiquæ historiae
lib. viii. cap. 7.

est, non modo ^f supplicia gravia apud Hebræos constituta fuisse in eos, qui Prophetiæ munus falso sibi arrogarent; sed ^g plurimos reges, qui auctoritatem sibi eo modo conciliare poterant, plurimos viros eruditissimos, ^h qualis Esdras atque alii, nunquam ausos eum sibi honorem arrogare, ⁱ nec aliquot sæculis quenquam ante Jesu tempora. Multo vero minus imponi populo tot millium potuit in asseveratione prodigiis quasi perpetui ac publici, id est, ^k oraculi

^f *Supplicia gravia apud Hebreos constituta fuisse in eos, qui Prophetiæ munus sibi falso arrogarentur* Deut. xiii. 5. xviii. 20. et seqq.

^g *Plurimos reges*] Nemo id ausus post Davidem.

^h *Qualis Esdras*] Ad illa tempora ascribere solent Hebrei: *Hactenus Prophetæ; jam anticipunt Sapientes.*

ⁱ *Nec aliquot sæculis quenquam ante Jesu tempora*] Itaque libri [¶] Maccab. iv. 46. legimus contaminati altaris lapides sepositos seorsim, μίχη τῷ παρεγνωθῆντι περιφέρει τῷ ἀστομοῦ τοις αὐτοῖς, donec veniret Prophetæ qui de iis responderet. Eiusdem libri c. ix. 27. Καὶ λύνετο Ἡλίψις μαγάλη ἵ τῷ λεπέλαι, ὅτις ἐξ ἴγινε ἀφ' ἣς ἡμίεις ἐκ ἡφθι περιφέρεις αὐτοῖς. *Facta est tribulatio magna in Israel, quæ non erit facta a qua die non est visus Prophetæ eis.* Idem legis in Thalmude, titulus de Syne-drio.

^k *Oraculi ejus, quod ex peccatoriæ summi Pontificis effulgebat* Vide Exodi xxviii. 30. Levit. viii. 8. Num. xxvii. 21. Deut. xxxiii. 8. 1 Sam. xxi. 2. xxii. 10, 13, 15. xxiii. 2, 4, 6, 9, 10, 11, 12. xxviii. 6. Adde Nehemiah, vii. 65. Adde Josephum, lib. iii. 9. Hoc est ἱερότητα δύλων apud Sirachidem, xxxiii. 3. Nam vox δύλων proprie respondet Hebreo חָנָן; atque ita vertunt LXX. dictis locis, Num. xxvii. 21. 1 Sam. xviii. 6. et alibi δύλων, ut Exodi xxviii. 30. Levit. viii. 8. תְּמִימָן vero iidem vertunt ἀλάθια. Imitati hoc, sed ut pueri virorum res imitantur, Ἀgyptii. Diidorus, lib. i. 48. in rebus Ἀgyptiorum describit ἀεχδιατὴν ἤχοντα τὸν ἀλάθιαν ἑρεπνύμενον ἢ τὸν τρεχόντα, sunnūmum judicem qui haberet de collo pendente veritatem. Atque iterum postea, §. 75. Συντάξις δὲ τῶν ἀναγκαῖον παρὰ τῷ βασιλίᾳ τοῖς μὲν δικασταῖς οἰκανοῖ πρὸς

ejus, quod ex pectorali summi Pontificis ¹ effulgebat; quod durasse ad excidium usque templi primi tam firme a Judæis omnibus semper creditum est, ut necesse omnino sit eorum maiores id habuisse compertissimum.

§. XVII. Probutur idem, quod supra, ex prædictionibus:

Huic ex miraculis argumento affine est alterum, ad probandam Dei providentiam non minus efficax, ex prædictionibus rerum futurorum; quæ apud Hebræos plurimæ extant, et

λατρεύοντες τῷ δ' ἀρχιπατρῷ παραπλήσιοι. Ἐφέσου δὲ τοῖς παιδὶ τοῖς τράχηλοις ἐν χειρῶντις ἀλυτως ἡρημίνος ζύδιον τὸν παλιντελὸν λίθον, ὃ προστόν γέγονος ἀλαζόνιος τῷ δ' ἀμφισβητούσι τὸν προσδύτον, ἵσταται τὴν τῆς ἀλαζόνιας σινώνα ἐκριζισθεῖσαν προσδύτον. *Salaria ad victimum resque alias necessarias a Rege judicibus præbebantur: amplissima autem summo iudici. Gestabat is de collo pendens ex aurea catena simulacrum et pretiosis lapidibus, cui nomen Veritas: causa autem dictio tunc incipiebat, cum hoc Veritatis simulacrum sibi summus iudex præasset.* *Ælianuſ, Varia Historia lib. xiv. cap. 34. Δικαστὴ δὲ τὸ δέκατον παιδὶ Λιγυστίους ληρὰς δέσμον ἔχει, δὲ τέστως δέκατον δὲ προσβύτατος, εἰδίκαζεν ἀπανταχεῖς. Πᾶν δὲ αὐτὸν μηδεπιστάτος αἰδηρότατος καὶ αἴσιοτάτος εἶχε δὲ καὶ ἄγαλμα παιδὶ τὸν αὐτοῦ οὐτοφύτα λίθον, καὶ λα-*

λῦτο τὸ ἄγαλμα ἀλαζόνια. *A-pud Ægyptios qui judicabant, sacerdotes olim erant: eorumque princeps, qui astate anteibat ceteros: is in omnes ius dicebat: cum vero esse oportebat omniū et justissimum et parcentem nemini: gerebat autem de collo imaginem ex sapphiro, eaque imago Veritas dicebatur. Gemara Babylonica, cap. 1. codicis Joma, ait, in secundo Templo defuisse quæ in primo fuerant, Arcam cum propitiatorio et Cherubim, ignem coelitus lapsum, Schecina, Spiritum sanctum, Urim et Thummim.*

¹ *Effulgebat] Est hæc conjectura Rabbinorum, nullis Scripturæ verbis nixa. Credibilis multo est, Sacerdotem ipsum oracula ore protulisse. Vide notata a nobis ad Exod. xxviii. 30. Num. xxvii. 21. Clericus.*

apertissimæ: ^m ut de orbitate ejus, qui Hierichuntem restitueret: de exciendo per regem, Josiam nomine, templo Bethelis, ⁿ trecentis et amplius annis priusquam res eveniret. Sic ^o Cyri quoque nomen ipsum ac res præcipue præsignificatæ ab Esaia: exitus obsidionis, qua Chaldæi Hierosolyma cinxerunt, ab Jerémia: p a Daniele vero translatio imperii ab Assyriis ad Medos ac Persas, q inde ad Alexandrum Macedonem; ^r cujus deinde ex parte successores forent Lagidæ, et Seleucidæ; quæque malæ populus Hebræus ab his omnibus, ^s maxime vero ab Antiocho illustri accepturus esset, adeo perspicue, ^t ut Porphyrius, qui historias Græ-

^m Ut de orbitate ejus, qui Hierichuntem restitueret] Confer Josuæ vi. 26. cum 1 Reg. xvi. 34.

ⁿ Trecentis et amplius annis] ccclxi. ut Josephus, putat, Antiquæ historiæ lib. g. c. 5.

^o Cyri quoque nomen ipsum ac res—ab Esaia: exitus—ab Jerémia] Es. capp. xliv. xlvi, Jer. capp. xxxvii. xxxviii. Implementum vide capp. xxix. et lii. Et prophetiæ et implementi testimonium ex Eusebiano affert Eusebius, Præparat. lib. ix. cap. 39.

^p A Daniele vero translatio imperii ab Assyriis ad Medos ac Persas] Daniel. ii. 32, 39. v. 28. vii. 5. viii. 3, 20. x. 20. xi. 2.

^q Inde ad Alexandrum Macedonem] Dicto cap. ii. 32 et 39. vii. 6. viii. 5, 6, 7, 8, 21. x. 20. xi. 3, 4.

^r Cujus deinde ex parte successores forent Lagidæ, et Seleucidæ] Capp. ii. 33, 40. vii. 7, 19, 23, 24. viii. 22. xi. 5—20.

^s Maxime vero ab Antiocho illustri accepturus esset] vii. 8, 11, 20, 24, 25. viii. 9—14, 23—26. xi. 21—45. xii. 1—3, 11. Hæc loca sicut nos exponunt Josephus, lib. x. cap. 12. xii. cap. 11. et de Bello Judaico, lib. i. cap. 1. Chrysostomus, ii. adversus Iudeos, t. vi. p. 880. 31. Josephi utena testimonio: et Polychrónius, p. 111. seqq. in fragmentis Græcorum Patrum ad calcem Latinæ versionis Commentarii in Danielem H. Broughtoni adjectis, ed. Basil. 1599. Græcorumque alii.

^t Ut Porphyrius &c.] Vide Hieronymum passim ad Danielem.

cas suo adhuc tempore extantes cum vaticiniis istis contulit, aliter se expedire non potuerit, quam ut diceret ea, quæ Danieli tribuebantur, post eventum fuisse scripta: quod perinde est; quasi quis neget, quæ sub Virgilii nomine extant et pro Virgilianis habita sunt semper, ab ipso scripta Augusti ævo. Non enim de isto quod dicimus magis unquam dubitatum inter Hebræos fuit, quam de hoc apud Romanos. Addi his possunt oracula plurima et clarissima ^uapud Mexicanos et Peruanos; quæ Hispanorum in eas terras adventum, et secuturas inde calamitates prædixerunt.

Argumentis aliis.

* Referri huc possunt et somnia non pauca, tam exacte congruentia cum eventibus, qui et in se et in causis suis somniantibus erant plane incogniti, ut ad casum aut causas naturales referri, nisi inverecunde, non possint; cuius ge-

^u *Apud Mexicanos et Peruanos]* Mira sane sunt quæ de istis oraculis referunt [Garcilasso de la Vega. Cl.] Inca, Acosta, Herrera, alii. Vide et Petrum Ciezan, tomo ii. rerum Indicarum.

* *Referri, &c.]* Que hic habentur non tam probant Deum esse, qui curet res humanas, quam rebus humanis interesse potentiores hominibus naturas inconspicuas: quod tamen qui credunt, facile

etiam Deum esse credunt. Necesse aliqui non est omnia, quæ sunt præter ordinem nature, Deo ipsi tribui; quasi per se omnia faceret, quæ ab hominibus, aut vi rerum corporearum, fieri nequeunt. Vix etiam ausim historias de Spectris in re tam seria adferre; eum suspectæ omnino sint, nisi iis qui omnia credere parati sunt. Illa etiam per ignem sumpta experimenta incertissima sunt. *Clericus.*

neris illustria exempla ex probatissimis scriptoribus ^y libro de anima Tertullianus congescit: et ^z spectra, non visa tantum, sed et loqui auditæ; tradentibus hæc historicorum etiam illis qui a superstitione credulitate absunt longissime, et nostri quoque ævi testibus qui in Sina quique in Mexicana et aliis Americæ partibus vixerunt. Neque sfernenda publica illa ^a ad tac-

^y *Libro de anima Tertullianus*] Cap. xlvi. ubi notabilia refert somnia Astyagis, Philippri Macedonis, Himereæ feminæ, Laodices, Mithridatis, Balaridis Illyrici, M. Tullii, Artorii, Polycratæ Samii filiæ, ejus quæ gerula Ciceroni, Cleonymi Pyctæ, Sophoclis, Neoptolemi tragœdi. Habet quædam horum et apud Val. Max. lib. i. cap. 7. præterea Calpurniæ de Cæsare, P. Decii et T. Manlii Consulum, T. Atinii, M. Tullii in exilio, Annibalis, Alexandri Magni, Simonidæ, Cræsi, matris Dionysii tyranni, C. Sempronii Gracchi, Cassii Parmensis, Aterii Ruti equitis Romani, Amilcaris Poeni, Alcibiadis Atheniensis, Arcadij cujudam. Sunt et notabilia apud Ciceronem, de Divinatione, i. 22. seqq. nec indignum memoratu quod Plinius habet, lib. xxv. cap. 2. de matre in Lacetania militantis. Adde illa Antigoni, et Ertculis qui Osmanidarum generis auctor, in Monitis Lipsianis, lib. i. cap. 5. mon. 5. et alia quæ colligit vir

magnæ diligentie Theodorus Zuingerus, Voluminis V. libro iv. titulo de Insomniis, p. 1368.

^z *Spectra, non visa tantum, sed et loqui auditæ*] Vide Plutarchum, vita Dionis, p. 958. D. et Brutti, p. 1000. F. et de eodem Bruto Appianum, Civilium quarto, p. 668. B. ed. Paris. 1592. et Florum, lib. iv. cap. 7. Adde Tacitum de Curtio Rufo, Annalium xi. 21. quæ eadem historia est in Epistola Plinii xxvii. libri vii. simul cum altera, de eo quod vidit Athenis philosophus sapiens et intrepidus Athenodorus. Vide et quæ apud Valerium Maximum, lib. i. cap. 8. præsertim de Cassio homine Epicureo exterrito ad conspectum Caesaris a se occisi; et apud Lipsium, Monitorum lib. i. cap. v. mon. 5. Multas historias tales congesserant Chrysippus, Plutarchus libro de Anima, Numenius secundo libro de Animarum immortalitate; memorante Origenem, contra Celsum quinto, §. 57.

^a *Ad tactum ignororum venientem*

tum ignitorum vomerum innocentiae examina; quorum tot Germanicarum nationum historiæ, ipsæque leges meminerunt.

§. XVIII. Solvitur objectio, quod miracula nunc non conspiciantur:

Nec est quod quisquam objiciat, talia miracula hoc tempore non conspici, nec audiri tales prædictiones. Satis enim est ad probationem divinæ providentiæ, factum id esse aliquando; qua semel constituta, consequens est, ut tam provide ac sapienter nunc credatur Deus abstinere a talibus, quam olim ea usurpaverit. Neque vero æquum fuit, leges universo datas, de rerum cursu naturali et futurorum incertitudine, temere aut semper excedi; sed tum

rum innocentiae examina] Vide testimonia hac de re congesta a Francisco Jureto, ad epistolam Iovonis Episcopi Carnutensis 74. Quam autem id antiquum sit, docet Sophocles Antigone, ver. 270. ubi sic Thebanus de se et sociis loquitur:

"Εμοι οι Γεραιοι και μιδροι, αι-
γαν χραισι,
Και της διαφωτης, η θεος ιε-
ραιοτητη,
Το ματι δρασα, ματι τη ξυ-
ιδινη.
In hoc parati tangere arden-
tes sumus
Mavas, per ignes ire, jurare
aut Deos,
Nisi hujus esse nec reos, nec
conscios.

Docet et, ex iis que in luco Feroniae apud Soracte olim spectata ferunt, Strabo, lib. v. p. 226. C. Plinius, Hist. natur. lib. vii. cap. 2. et ad Virgilium, xi. 787. Aeneidos, Servius. His naturæ ordinem et gredientibus addi posse arbitror que contra telorum jacutis tutandis corporibus usurpari videmus. Vide et, de iis qui exacta ob religionem lingua locuti, testes certissimos Justinianum, l. *Quas Gratias*. lib. i. cap. 27. *de Officio Praefecti praetorio Africæ*; Procopium, Vandalicorum i. cap. 8. Victorem Uticensem, libro de Persecutionibus, i. 6. Aeneam Gazæum, Theophrastu, p. 48.

demum, cum digna incidisset causa: ut quo tempore veri Dei cultus toto prope orbe ejectus in uno mundi angulo id est in Judæa residebat, et adversus circumfusam impietatem novis subinde præsidiis muniendus erat; aut cum Christiana religio, de qua peculiariter mox agemus, ex Dei decreto per totum orbem primum spargi debuit.

§. XIX. *Et quod tanta sit scelerum licentia:*

Solent nonnulli ut de divina providentia dubitent moveri, conspectu scelerum, quorum velut diluvio quodam hic orbis obruitur: quæ coercere atque reprimere præcipuum contendunt divinæ providentiae, si qua esset, opus futurum fuisse. Sed facilis est responsio: cum hominem Deus condidisset liberum ad bene maleque agendum, sibi reservata bonitate plane necessaria atque immutabili; ^b æquum haud

^b *Æquum haud fuisse, ut malis actionibus impedimentum poseret ei libertati contrarium]* Tertullianus, adversus Marcionem, ii. 6, 7. *Tota ergo libertas arbitrii in utramque partem concessa est illi; ut sui dominus constanter occurreret, et bono sponte servando, et malo sponte vitando.* Quoniam et alias positum hominem sub judicio Dei oportebat justum illud efficere de arbitrii sui meritis, liberi scilicet: ceterum nec boni nec mali merces jure pensaretur ei, qui

aut bonus aut malus necessitate fuisse inventus, non voluntate. In hoc et lex constituta est, non excludens, sed probans libertatem, de obsequio sponte praestando, vel transgressione sponte committenda: ita in utrumque exitum libertas patuit arbitrii. Mox: *Igitur consequens erat, uti Deus secederet a libertate semel concessa homini, id est, contineret in semetipso et præpotentiam suam; per quas intercessisse potuisset, quominus homo, male libertate sua*

fuisse, ut malis actionibus impedimentum poneret ei libertati contrarium. Cæterum, quæcunque sunt impediendi rationes cum libertate data non pugnantes, ut legis constitutio ac promulgatio, monitus interni externique, cum minis etiam et promissis, earum nulla a Deo prætermittitur. Sed nec malitiæ effectus sinit, quo possent, evagari: unde nec imperia everti, nec legum divinarum cognitio plane deleri unquam potuit. Quæ vero permittuntur scelera, non carent interim suo fructu; cum adhibeantur, ut attingere supra cœpimus, aut ad puniendos alios non minus sceleratos, aut ad corrigendos qui extra virtutis viam prolapsi sunt, aut ad exigendum specimen eximium patientiæ atque constantiæ ab his qui magnos in virtute profectus fecerunt. ^c Postremo et ipsi, quorum ad tempus dissimulata videntur scelera, poenas eorum cum temporis usura solent solvere; ut de iis fiat quod Deus voluit, qui fecerunt quod Deus noluit.

*fus aggressus, in periculum la-
beretur. Si enim intercessisset,
rescidisset arbitrii libertatem,
quæ ratione et bonitate permi-
serat. Tractat hoc ipsum eru-
dite, ut solet, Origenes, quarto
contra Celsum, §. 8. ubi hoc
inter alia: 'Αγερν̄ς λᾱν διληγ̄ς*

*τὸν ικάνον, ἀνθρώπον γέ τὴν
δύναμιν. Βirtuti humanae si au-
feras libertatem, ipsam ejus na-
turam sustuleris.*

^c *Postremo] De hac tota re
vide notata ad §. viii. Cleri-
cus.*

§. XX. Sæpe ita ut opprimantur boni.

Quod si quando nulla apparent scelerum supplicia, et (quod multos infirmos solet offendere) boni quidam malorum violentia oppressi non vitam modo agunt ærumnosam, sed et mortem sæpe subeunt, et quidem infamem; non ideo mox tollenda est a rebus humanis Dei providentia, quæ tam validis, ut jam diximus, argumentis esse ostenditur; sed potius ^d cum sapientissimis viris ita colligendum est:

§. XXI. Retorquetur hoc ipsum, ad probandum animos superesse corporibus:

Cum Deus curet actiones justusque sit, et ita interim fiant, expectandum est aliquod post hanc vitam judicium; ne aut insignis improbitas sine poena, aut magna virtus sine solatio præmioque maneat. ^e Hoc autem ut statuamus, etiam animos superesse corporibus statui necesse est.

^d Cum sapientissimis viris] Ut Stoicis; de quorum sententia vide Senecam in libro de Providentia, et M. Ant. Mureti ad eum præfationem. Adi et Dissertationes Arrianeas Epicetti. *Clericus.*

^e Hoc autem ut statuamus, etiam animos superesse corporibus statui necesse est] Qui ar-

gumentum hoc fusius tractatum volet legere, recurrat ad Chrysostomum, ad 2 Cor. cap. iv. ver. 8, 9. Hom. 9. in Ethico, t. iii. p 599. eundem, tomo vi. p. 690. contra eos qui a demonibus aiunt res humanas administrari, fin. et quarto sermone de Providentia, t. vi. p. 872.

§. XXII. Quod confirmatur traditione;

Quæ antiquissima traditio a primis (unde enim alioqui?) parentibus ad populos moratores poene omnes manavit: ut ^f ex Homeri carminibus appareat, et ^g ex Philosophis non Græcorum tantum, sed et Gallorum veterum ^h quos Druidas vocabant, ⁱ et Indorum quos Brachmanes; et ex iis, ^k quæ de Ægyptiis ^l et Thraci-

^f Ex Homeri carminibus apparet] Maxime in ea parte, quæ *ruscula* dicitur; cui addi possunt similes *rusculas* apud Virgilium, *Æn.* vi. Senecam in *Œdipode*, Act. 3. *Lucanum*, vi. fin. Statuum, *Theb.* lib. v. et quod est ^l Sam. xxviii.

^g Ex Philosophis] Pherecyde, Pythagora, ac Platone, omnique horum schola. His Empedoclem et oracula plurima adjungit Justinus, *Apologeticus* ii. §. 18. Anaxagoram et Xenocratem Theodoretus, *Serm.* v. p. 78.

^h Quos Druidas vocabant] Docebant hi non interire animas; teste Cesare, *lib. vi.* 13. de bello Gallico. Strabo, *lib. iv.* p. 197. D. de iisdem: Αρθάρες οἱ λίγοι καὶ ἔτοι καὶ ἄλλοι τὰς ψυχάς. Et hi et cum his alii interitus expertes dicunt animas. [Vide et *Lucanum*, *lib. i.* 455. *Cf.*]

ⁱ Et Indorum quos Brachmanes] Quorum sententiam sic exprimit nobis Strabo, *lib. xv.* p. 713. A. Ναμίζων μή γάρ δὲ τὸν ιδεῖν βίον οὐδὲ δημητὴν κυρίουν θεων τὸν δὲ Σα-

τατὸν γένον οὐς τὸν ὄντας βίον, καὶ τὸν ιδεῖν ποτε τοὺς φιλοσόφους. Hanc vitam habendam esse quasi recens concepti factus statum: mortem vero partum esse ad eam quae vere vita est, planeque beatam, iis scilicet qui sapientiam sectati fuerint. Vide et insignem de hac eorum sententia locum, libro iv. Portphyrii de non edendis animalibus, §. 18.

^k Quæ de Ægyptiis] Herodotus, Euterpe, §. 128. Ægyptiorum esse sit dogma: οὐδὲ θάρσους ψυχὴν άθανάτην οὐτε μορτεινανην αναμνήσειν. Idem tradit de iis Diogenes Laertius, in proœmio, §. 11. Tacitus, *lib. v.* 5. histor. de Judæis: Corpora condere quam cremare e more Ægyptio. Edamque cura, et de infernis persuasio. Vide de anima Osiridis Diodorum Siculum, i. 85. et Servium, ad vi. *Eneidem*, init. cuius pleraque ab Ægyptiis desumpta ait.

^l Et Thracibus] Repete hic locum Hermippi de Pythagora, quem modo ex Josepho protulimus. Mela, *lib. ii.* 2. de Thracibus: *Alii reddituras*

bus, quin et Germanis, scriptores plurimi prodiderunt. Quin et de judicio divino post hanc vitam plurima extitisse videmus non apud Græcos tantum, ^m sed et apud Ægyptios et ⁿ Indos; ut nos Strabo, Diogenes Laërtius, o Plutarchus docent: quibus addi potest traditio de Mundo hoc conflagraturo; quæ olim p' apud Hystaspen et Sibyllas, nunc quoque

putant animas obeuntium: alii, esti non redeant, non extingui tamen, sed ad beatiora transire. De iisdem Solinus, cap. x. init. *Nonnulli eorum putant obeuntium animas reverti: alii non extingui, sed beatas magis fieri.* Hinc mos ille lætitiae signis funera prosequendi, et his scriptoribus memoratus, et Valerio Max. lib. ii. cap. vi. 12. Facit ea res credibile quod ex Scholiaste Aristophanis modo diximus, Hebræorum quosdam jam olim venisse in Thraciam.

Sed et apud Ægyptios] Quæ de inferis Orpheus prodidit, ab Ægyptiis sumpta ait Diodorus Siculus, lib. i. §. 96. Repete quæ ex Tacito jamjam habuimus.

Indos] In quorum sententiis ponit Strabo, lib. xv. p. 713. C. τῶν καὶ ἄλλων περὶ τοῦ δικίου τοῦ ἀνθρώπου, de judiciis quæ apud inferos exercentur.

Plutarchus] De his qui sero a Deo puniuntur, t. ii. p. 548. seqq. et de facie in orbe Lunæ, p. 943. seqq. Vide et egregium ejus locum ex dialogo de Anima recitatum ab Eusebio, Præparationis Evan-

gelicæ lib. xi. 36.

Apud Hystaspen et Sibyllas] Testis Justinus, Apologeticō altero, §. 20. et Clemens, Stromateon vi. 5. unde et illud sumptum quod ex tragedia citatur, Strom. v. p. 258. ed. Sylvburg.

Ἐγειρόμενοι γάρ, ἵσται καίνοις αἰώνων
χρέοντος,
Οταν πυρὸς γίμνοται θνητοὺς
ερχόμενοι
Χρυσωπότες αἰώνει· ἡ δὲ βοσκή^{τί} θύσια φλέξ
Ἄπαντα τάπιγμα καὶ μετά-
στοια

Φλίξιοι μανῆσθαι. Ἐπειν τὸ δέ
ἰκλισθη τὸ πῶν,
Φρέδος μὲν ἵσται κυρμάτων ἄπαν
βιθός,
Γῆ διεδρίσαν ἔρημος, ὡδὲ ἀκε
τῖς

Πτιγωτὰ φῦλα βατάσου πυ-
ρεμίνος.

*Nam veniet ille, veniet haud
dubie dies,*

Laxabit ignis cum redundantes opes

*Auratus æther: lege tum
spreta furens*

*Terras et illis quicquid est
sublimius*

Depascet ardor. Inde cum deficerit

q apud Ovidium ¹ et Lucanum ² et Indos Siamenses reperitur: cuius rei indicium ³ et Astrologis notatum, Sol ad terras proprius accedens. Etiam cum in Canarias, Americam, et alia longinqua loca primum ventum est, re-

*Hoc omne, nullas jam ferent
undas vadu,*

*Neque ulla ramos eriget tel-
lus, neque*

*Erustrus orb pascet aligerum
genus.*

[Mallem haec omissa, cum
nemini non suspecta sint *Hys-
taopis* et *Sibyllarum* scripta.
Clericus.]

⁴ *Apud Ovidium*] Metamor-
phoseon i. 258.

*Esse quoque in fatis reminis-
citur aurore tempus,
Quo mare, quo tellus, corre-
taque regia cari
Ardeat, et mundi moles ope-
roosa laboret.*

⁵ *Et Lucanum*] Libro i.
72.

*Sic cum compage so-
luta
Sæcula tot mundi suprema
colgerit hora,
Antiquum repetent iterum
chaos omnia: mistis
Sidera sideribus concurrent:
igneas pontum
Astra petent: tellus extendere
littora nolet,
Excutietque fretum: fratri
contraria Phœbe
Ibit, et, obliquum bigas agi-
tare per orbem
Indignata, diem poschet sibi:
totaque discors
Machina divulsi turbabit fa-*

dera mundi.

Præiverat Lucano patruus Se-
neca, fine ad Marciam: *Side-
ra sideribus incurret, et, omni
flagrante materia, uno igne
quicquid nunc ex disposito lucet
ardebit.* [Fuit haec sententia
Stoicorum, de qua vide ad lib.
ii. 10. *Cl.*]

⁶ *Et Indos Siamenses*] Vide
Ferdinandum Mendesium.

⁷ *Et Astrologis notatum*] Copernico, Revolutionum lib.
iii. cap. 16. Joachimo Rhæ-
ticus, ad Copernicum; Gemmæ
Fræsio, de Struct. rad. astr. et
geom. cap. 16. Vide et Ptole-
mæum, lib. iii. cap. 4. mag-
nae Syntaxeos Mathematicæ.
Mundum non illis viribus sta-
re quibus prius steterat, idque
ipsum loqui mundum, et oc-
casum sui rerum labentium pro-
batione testari, ait Cyprianus
ad Demetrianum, init. [Pro-
pior fit Terra Soli quando est
in Periheliis, hoc est, cum
circa extrema minoris Axis Pa-
rabolæ sue versatur. Quam-
vis iisdem semper distantias
accedat Terra, tamen hinc li-
quet, si Deus velit, proprius
eam posse accedere, et a Sole,
si ita Deo videretur, incendi;
quod contingit Cometis. Cle-
ricus.]

perta ibi quoque eadem de animis et iudicio sententia.

§. XXIII. Cui nulla ratio repugnet,

¶ Neque vero ullum potest reperiri ex natura petitum argumentum, quod hanc tam vete-

[Neque vero ullum &c.]
 Res haec adcuratius aliquanto, ex meliore philosophandi ratione, tractari posset, si per angustiam chartae liceret. 1. Definienda esset *mors animi*, quae continget si aut ipsa animi substantia in nihilum redigeretur; aut si tanta in eo oriretur mutatio, ut facultatum suarum usu omni destitutus esset. Sic et res corporee interire dici possunt, si earum substantia desinat esse; aut si forma ita destruatur, ut species ipsa earum pereat: veluti cum plantae comburuntur, aut putrefiunt, quod et animalibus brutis convenit. 2. Nemo probare quest animi substantiam perire, cum ne corpora quidem ulla intereant, sed tantum dividantur, et disjiciantur eorum particulæ. Nec probet etiam quisquam animum desinere, post mortem hominis, cogitare, qua in re sita est animi vita; non sequitur enim, destructo corpore, destrui animum, cuius substantiam corpoream esse nemo probarit. 3. Sed nec possumus etiam ostendere, rationibus certe philosophicis ex natura ipsa animi deductis, contrarium, quia nobis non est

nota. In nihilum quidem mens natura sua non rediguntur, ut nec corpora. Opus est hanc in rem actions singulari Creatoris. Verum posset forte sine cogitatione ulla et sine memoria esse, qui status vocaretur etiam, ut dixi, ejus mors. 4. Sed si animus, corpore dissoluto in eo statu in æternum maneret, nec unquam ad pristinas cogitationes suas et memoriam rediret; tum nulla ratio reddi posset Divine Providentie; quam tam, argumentis antea allatis, esse prorsus constat. Dei bonitas, ac justitia, amorque Virtutis et odium Vitii, que ei inesse nemo dubitat, questianaria essent nomina; cum Deus intra brevia et exigua bona hujus vite beneficentiam suam coherceret; Virtusque et Virtutem nullo discrimine haberet, bonis et malis in æternum seque intereuntibus, nec in hac vita premia aut poenas ulla recte vel secus factorum evidenter. Quo pacto, Deus desineret esse Deus, hoc est, perfectissima natura: sublatoque Deo, nullius propemodum rei rationem reddere possemus; ut satis ostendit Grotius, argumentis qui-

rem, tam late patentem traditionem refellat. Nam, quæ perire cernimus omnia, ea pereunt aut oppositu contrarii validioris, sicut frigus perit vi magna caloris; aut subtractione subjecti a quo pendent, ut magnitudo vitri fracto vitro; aut defectu causæ efficientis, ut lux Solis abitu. Nullum autem horum potest de animo dici. Non primum: quia nihil potest dari, quod animo sit contrarium; imo ea est ejus natura peculiaris, ut, quæ inter se contraria sunt, ea pariter et eodem tempore in se capiat suo, id est, intellectuali modo: Non secundum: quia nec subjectum est ullum, a quo pendeat animi natura. ^x Si quod enim esset, id esset corpus humanum. At id non esse, ex eo apparet, quod, cum vires quæ corpori inhærent agendo lassentur, solus animus actione lassitudinem non contrahit: item ^y cor-

bus omnia a Deo creata esse demonstravit. Igitur quandoquidem est Deus, isque amans Virtutis et Vitii osor, sunt quoque animi hominum immortales, præmisque et penis alterius vite reservantur. Sed pluribus hec diduci oportet. *Clericus.*

^x *Si quod enim esset, id esset corpus humanum]* Id non esse bene probat Aristoteles ex se-
nibus, libro de Anima i. cap. 4. Idem, lib. iii. cap. 4. Anaxagoram laudat, quod νῦν ἀμυνήσθε, mentem imper-
mitem aliquod: nimirum, ut

res alias possit cognoscere.

^y *Corporis vires lassuntur a nimia excellentia rei objectæ]* Aristoteles, libro iii. de Anima, cap. 4. Ότι δὲ οὐκ εἴδει τὸν αἰσθητικὸν καὶ τοπικὸν, φανερὸν λέγει αἰσθητοποιεῖς δὲ τῆς αἰσθήσεως. Ήμὲν γὰρ αἰσθητοῖς δὲ δύναται αἰσθάνεσθαι λε τὸν εφόδην αἰσθητόν (εἰσι γέρεις οὐκον μηγάλων φύσεων, οὐδὲ τῶν ισχυρῶν θεμάτων καὶ χρεμάτων οὐτε δρῦν οὔτε ὑψηλούς θεμάτων) ἀλλ' ὁ νῦν, οὐταν τι τούτην εφόδην ποιεῖ, οὐχ μέττον τοῦ οὐ τὰ ὑπεδίστητα, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον. Τὸ μὲν γάρ αἰσθητικὸν δὲ τὸν τούτον,

poris vires lēduntur a nimia excellentia rei objectæ, ut visus a Solis luce; at animus, quod circa excellentiora versatur, ut circa figuræ a materia abstractas, circa universalia, et ed redditur perfectior. Quæ corpori inhærent vires, occupantur circa ea quæ locis ac temporibus definita sunt; quæ est natura corporis: at animus etiam circa infinitum et æternum. Quare, cum in operando animus a corpore non pendeat, ne esse quidem ipsius inde pendet: nam rerum, quas non cernimus, natura aliunde quam ex operationibus colligi nequit. Sed nec tertius ille pereundi modus hic locum habet. Neque enim dari potest causa effectrix, a qua animus semper emanet. Non enim parentes dixeris, cum iis mortuis vivere filii soleant. Quod si quam omnino velimus esse causam unde emanet animus, non potest alia ea esse, quam causa prima atque universalis: quæ ex parte potestatis nunquam deficit; ex

Δι τος χωρίς. Non esse autem similem impatibilitatem partis sentientis et intelligentis, apertum est ex sentiendi instrumentis ipaque sensione. Sensus enim, ubi nimis est res sensitibilis, sentire nequit; (id est, nec audire sonos vehementes, nec odores tales olfacere, nec conspicere colores;) at mens, ubi aliquid concepit quod egregium sit intellectu, non minus id intelligit quam minora, tno et magis. Id eovenit, quod sentiens pars non

sit sine corpore, mens autem aliquid a corpore separabile. Adde Plotini locum egregium, quem posuit Eusebius in Præparatione, libro xv. cap. 22. Adjunge, quod animus eos qui ex corpore nascuntur affectus vi sua vincit, ipsique corpori cruciatus interitumque imperat.

[Eo redditur perfectior] Et quæ magis animum a corpore seducunt, eæ sunt animi actiones excellentiores.

parte autem voluntatis eam deficere, hoc est, velle Deum ut extinguitur animus, nullo potest probari argumento.

§. XXIV. *Multa faveant.*

Imo argumenta sunt non levia in contrarium, datum homini ^a dominium in suas actiones, appetitus immortalitatis insitus, conscientiae vis consolantis se ob actiones bonas quamvis molestissimas, et spe quadam sustentantis; ^b contra, cruciantis sese ob prave acta, praesertim circa mortem, tanquam sensu imminentis judicii: quam vim ^c saepe nec pessimi tyranni

^a *Dominium in suas actiones]* Et in animantia quævis. Adde notitiam Dei et naturarum immortalium: Θεοὶ δὲ οἱ αἰώνιοι, αἰώνιοι οἱ, ait Sallustius Philosophus, cap. 8. Nulli naturæ mortali immortalis natura cognita est. Notitiae autem ingens signum, quod nihil est tam grave, quod non Dei causa, animus soleat contempnere. Adde quod potentiam intelligendi agendique non habet circumscriptam, ut cætera animantia, sed infatigabilem, et in infinitum patentem, et sic Deo similem; quæ differentia hominis a cæteris animantibus etiam Galeno notata, Protrept. cap. 1.

^b *Contra, cruciantis sese ob prave acta, praesertim circa mortem]* Plato, de Republica primo, p. 578. E. Ἐπιδέντε τις λύγος ἢ τὸ θεραπευτήσιν, τοιούτου αὐτῷ φόβος γέρεται,

τοπεῖ ἀνά την πρόσθιαν ἡ τοιούτην.
Cum jam prope est ut quis moriturum se putet, tunc metus eum ac sollicitudo subit de quibus ante non instituerat cogitare.

^c *Saepè nec pessimi tyranni intra se extinguiunt, cum maxime id vellet, potuerunt]* Testis illa Tiberii ad Senatum epistola: Quid scribam vobis, Patres Conscripti, aut quomodo scribam, aut quid omnino non scribam hoc tempore, Dii me Deoque pejus perdant quam porrire quotidie sentio, si scio. Quia recitata, addit Tacitus, Annales vi. 6. Adeo facinora atque flagitia sua ipsi quoque in supplicium verterant: Neque frustra præstantissimus sapientia firmare solitus est, strecludantur tyrannorum mentes, posse aspici laniatus et ictus; quando, ut corpora verberibus, ita sevitia, libidine, mali consultis, animus

intra se extinguere, cum maxime id vellent, potuerunt; ut multis exemplis appareat.

§. XXV. Cui consequens est, ut finis hominis sit felicitas post hanc vitam:

Quod si animus et ejus est naturæ quæ nullas habeat in se intereundi causas, et Deus multa nobis signa dedit quibus intelligi debeat velle ipsum ut animus superstes sit corpori; non potest finis homini ullus proponi ipso dignior, quam ejus status felicitas: et hoc est, quod Plato et Pythagorici dixerunt, ^a bonum esse hominis Deo quam simillimum reddi.

§. XXVI. Ad quam comparandam indaganda vera Religio.

Qualis autem ea sit felicitas, et quomodo comparetur, possunt quidem homines conjectur-

dilaceretur. Plato est is quem hic indicat Tacitus; qui, de Republica nono, p. 738. E. de tyranno; Πίνε τῷ ἀληθιά φύνται, οὐ τοῖς ὄλην φυχὴν τιστεῖται θιάσασθαι, καὶ φόβος γίγνεται διὰ παντὸς τοῦ βίου, εφαδερῶνται καὶ ὁδυρῶν πλάνενται. *Mendicus revera est, si quis universum ipse animum recte norit inspicere, plenus formidinis per omnem vitam, plenus mero- rie et cruciatuum.* His similia idem Philosophus habet in Gorgia, p. 348. seqq. Suetonius, cap. 67. eam quam dixi


Tiberii epistolam recitaturus, sic præfatur: *Postremo semetipse pertitus talis epistolæ principio tantum non summam malorum suorum professus est.* Ad Platonis locum etiam Claudianus respexit, Rufinum carmine se- cundo, ver. 504. describens:

—pectus inustæ

Deformant maculæ, vitiisque inolevit imagib.

^a *Bonum esse hominis Deo quam simillimum reddi]* Quod a Platone accepere Stoici: notat Clemens, Strom. v. p. 253.

turis indagare; sed, si quid ejus rei a Deo patefactum est, id pro verissimo et certissimo haberi debet: quod cum Christiana religio supra alias se nobis afferre polliceatur; sitne ei fides habenda, secunda hujus operis parte examinabitur.



HUGO GROTIUS

DE

VERITATE RELIGIONIS CHRISTIANÆ.

LIBER SECUNDUS.

§. I. *Ut probetur hunc titulum Christianæ Religioni competere,*

SECUNDUS igitur liber (fusis ad Christum in cœlo jam regnantem precibus, ut ea nobis Spiritus sui auxilia subministret, quæ ad rem tantam nos idoneos reddant) consilium explicat, non hoc esse, ut omnia dogmata Christianismi tractentur; sed ut ostendatur, religionem ipsam Christianam verissimam esse atque certissimam: quod sic orditur.

*Ostenditur Jesum vixisse:
Jesum Nazarenum vixisse quondam in Iudea, rerum Romanarum potiente Tiberio,*

non tantum Christiani per omnes terrarum oras sparsi constantissime profitentur; sed et Judæi omnes, qui nunc sunt, et qui unquam post illa tempora scripserunt: testantur idem et Pagani, hoc est nec Judaicæ nec Christianæ religionis Scriptores; ut ^a Suetonius, ^b Tacitus, ^c Plinius junior, et post hos multi.

^a *Suetonius*] Clandio, cap. 25. ubi *Christo* scribitur pro *Christo*, quia nomen illud Græcis et Latinis notins.

^b *Tacitus*] Libro xv. 44. ubi de Christianorum suppli- ciis: *Auctor nominis ejus Christus, qui Tiberio imperitante per procuratorem Pontium Pilatum supplicio affectus erat*. Ubi *fla- gitia et odium generis huma- ni nihil aliud sunt, quam fal- sorum Deorum neglectus: quam eandem causam etiam Judeis maledicendi Tacitus habuit; et Plinius major, cui, xiii. 4. *Judei dicuntur gens contumelia numinum insignis*.*

Nimirum Romani plerique ita erant facti, ut, quod Seneca laudat, civilis Theologiæ partes in animi religione non haberent, sed in actibus finge- rent, servarentque tanquam legibus jussa, credentes cul- tum magis ad morem quam ad rem pertinere. Varronis et Senecæ hac de re senten- tiā, quæ eadem Taciti, vide apud Augustinum, lib. iv. cap. 31. et lib. vi. cap. 10. de Ci- vitate Dei. Interim nota Je- sum, qui a Pontio Pilato sup- plicio affectus est, jam Nero- nis tempore a multis etiam

Rome pro Christo habitum. Confer que apud Justinum sunt, Apologetico ii. §. 48. de hac historia; ubi Imperatores et Senatum Romanum alloquitur, qui ex Actis nosse ista poterant.

^c *Plinius junior*] Epistola omnibus obvia, que libri decimi est xcviij. cuius et Tertullianus, Apologetico, cap. 2. meminit, et Eusebius, in Chro- nico, ad Olymp. 221. Ubi vides Christianos carmen Christo, quasi Deo, dicere solitos, obstrictosque inter se, non in scelus aliquod, sed ne furta, ne latrocinia, ne adul- teria committerent, ne fidem fallerent, ne depositum appellati abnegarent. Pervicaciam et inflexibilem in iis obstina- tionem culpat Plinius, in hoc uno quod deos appellare et simulacris numinum thure ac vino supplicare, ac Christo maledicere nollent, neque ut id facerent ullis tormentis cogi possent. Epistola, que ei respondet, Trajani eum ait re ipsa manifestum facere Christianum se non esse, qui diis Romanis supplicet. Historiam quandam de Jesu etiam apud Numenium Pythagoricum ex-

§. II. Eundem affectum morte ignominiosa :

Eundem Jesum a Pontio Pilato Judææ præside cruci affixum, omnes itidem Christiani, quanquam ignominiosum videri poterat tamē Dominum colentibus, fatentur: ^d fatentur et Judæi; cum tamen non ignorent, eo se nomine, quod majores sui Pilato id statuendi auctores fuerint, gravissimam invidiam apud Christianos, quorum sub imperiis passim degunt, sustinere. Pagani vero, quos jam diximus, scriptores idem memoriæ prodiderunt: imo multo post tempore extiterunt ^e acta Pilati quibus id constaret, ad quæ Christiani nonnunquam provocabant. Neque Julianus, aut alii oppugnatores Christianismi id unquam in controversiam vocarunt: ita ut nulla excogitari possit historia, quæ certior hac sit; ut quæ tot, non dicam hominum, sed populorum inter se discordantium testimoniis approbetur.

tuisse docet nos Origenes, contra Celsum quarto, §. 51.

^d *Fatentur et Judæi*] Qui eum vocant Ἰησοῦς, id est, suspensum. Jesum Hierosolymis occisum agnoscit Benjaminus Tudelensis in Itinerario.

^e *Acta Pilati*] Vide Epiph-

nium in Tessarescædecatis, §. r. t. 1. p. 420. A. [Mallem tamen omissum id argumentum, quia imprudentes Christiani ad supposititia acta provocare potuerunt; nec satius constat ulla umquam genuina fuisse. *Clericus.*]

§. III. Et tamen post mortem adoratum:

^f Quod cum ita sit, videmus tamen per dissitissimas mundi regiones ipsum, ut Dominum, coli: neque nostris tantum aut actis paulo ante temporibus, sed et superioribus; usque dum ad ætatem rei gestæ proximam veniatur: puta sub Neronis imperio; quo tempore plurimos Christi venerationem professos ob id ipsum affectos suppicio, is quem diximus Tacitus, et alii testantur.

§. IV. Etiam a viris sapientibus: cuius rei causam aliam esse non posse, quam miracula ab ipso edita:

Fuerunt autem semper inter cultores Christi plurimi, et judicio prædicti, et literarum non rudes: quales (ut de Judæis nunc taceamus) ^g Sergius Cypri præses, ^h Dionysius Areopagita, ⁱ Polycarpus, ^k Justinus, ^l Irenæus, ^m Athenagoras, ⁿ Origenes, ^o Tertullianus, ^p Cle-

^f Quod cum ita sit, videmus tamen per dissitissimas mundi regiones ipsum, ut Dominum, coli] Tractat hoc fusius Chrysostomus, ad 2. ad Cor. v. 7. hom. 8. in Ethico, t. 8. p. 596. ^g Sergius Cypri præses] Act. xiii. 12.

^h Dionysius Areopagita] Act. xvii. 34.

ⁱ Polycarpus] Qui martyrium passus in Asia anno Christi CLXVIII. juxta Eusebium,

Chron. Can. ad Ol. ccxxxvi. 3. ^k Justinus] Qui pro Christianis scripta edidit anno Christi CXLII. Vide eundem Eusebium, ad Ol. ccxxx. 1.

^l Irenæus] Floruit Lugduni anno Christi CLXXXIII.

^m Athenagoras] Atheniensis hic fuit. Floruit autem circa annum Christi CLXXX. ut ex libri inscriptione appareat.

ⁿ Origenes] Floruit circa annum Christi ccxxx.

mens Alexandrinus, ac porro alii: qui tales cum essent, cur homini ignominiosa morte affecto se cultores addixerint, (præsertim cum prope omnes in aliis religionibus educati essent, nec in Christiana quicquam esset aut honoris aut commodi,) nulla potest causa reddi præter hanc unam, quod diligentि inquisitione, qualis viros prudentes in maximi momenti negotio decebat, comperissent, veram et firmis testibus subnixam fuisse famam, quae de miraculis ab eo editis percrebuerat; ut de sanatis sola voce et quidem palam morbis gravibus atque inveteratis, de visu redditio ei qui cæcus natus esset, de auctis non semel panibus in alimenta multorum millium quae id testari poterant, de mortuis in vitam revocatis, et quae plura sunt ejusmodi: quae quidem fama tam certam atque indubitatem habuit originem, ut edita a Christo prodigia aliqua [¶]neque Celsus [¶]neque Julianus, cum in Christianos scri-

[¶] *Tertullianus*] Celeber anno Christi ccviii.

[¶] *Clemens Alexandrinus*] Circa idem tempus. Vide Eu-
sebius, ad Ol. ccxlvi. 4.
ccxlvii. 3.

[¶] *Neque Celsus*] Cujus verba apud Origenem, lib. ii. 48. Επεριστατε αὐτὸν μῆνας νίνης θιοῦ, λεπί χωλὴς καὶ τυφλὸς ἰδιά-
τιος. Credidistis eum esse Dei
filium, ideo quod claudos et cæ-
cos sanavit.

[¶] *Neque Julianus*] Imo rem fatetur, cum dicit, verbis recitatis a Cyrillo, lib. vi. p. 191. Εἰ μή τις οἴται τὰς κυλλὰς καὶ τυφλὰς ιάσασθαι, καὶ δαι-
μονῶντας ἴφοργίζειν οὐ Βηθσαΐδη-
ς οὐ Βηθαϊδ ταῖς κώμαις, τῶν
μιγίστων ἔγων μίνα. Nisi quis existimat inter maxima esse ope-
ra, claudos et cæcos integritati
restituere, et daemonio correptos
adjuvare in vicis Bethsaida aut
Bethania.

berent, negare ausi fuerint; ^s Hebræi vero in Thalmudicis libris aperte fateantur.

§. V. Quæ miracula non naturali efficacie, neque diabolicæ ascribi possint; sed omnino a Deo sint profecta.

Naturali vi non patrata fuisse quæ diximus opera, satis hoc ipso apparet, quod prodigia sive miracula appellantur. Neque vero per naturæ vim fieri potest, ut sola voce aut contactu morbi graves, et quidem subito, tollantur. Quod si ad naturalem efficaciam referri opera ista aliquo modo potuissent, dictum jam pridem id fuisset ab iis, qui se aut Christi in terris agentis, aut Evangelii ipsius hostes professi sunt. Simili argumento colligimus, nec præstigias fuisse; quia pleraque opera palam gesta sunt, ^t inspectante populo, et in populo multis eruditis Christo male volentibus, cuncta ipsius opera observantibus. Adde quod similia opera sæpe repetita; et ipsi effectus non momentanei, sed permanentes. Quibus ut oportet expensis, omnino sequitur, quod et Judæi fatentur, opera hæc processisse a virtute aliqua plusquam humana; id est, a spiritu aliquo bono, vel malo. A malo autem spiritu non esse

Hebræi vero in Thalmudicis aperte fateantur] In titulo xxvi. 26. Luc. xii. 1.
Aboda Zara.

[*Inspectante populo*] Act.

profecta hæc opera inde probatur, quod doctrina Christi, cui probandæ ista opera adhibebantur, malis spiritibus adversatur. Vetus enim malos spiritus colit: abstrahit homines ab omni immunditia morum, qua tales spiritus delectantur. Rebus quoque ipsis appareat, ubi cunque ea doctrina recepta est, collabi Dæmonum cultum ^u et artes magicas, et unum Deum colit cum detestatione Dæmonum: quorum vim ac potestatem Christi adventu infractam, ^x Porphyrius ipse agnovit. Credendum autem non est, quenquam malum spiritum adeo esse imprudentem, ut ea faciat, et quidem sæpiissime, ex quibus nihil honoris sibi aut commodi, contra vero maximum detrimentum ac dedecus accedit. Sed neque sapientiae aut bonitati ipsius Dei uslo modo convenit, ut passus credatur astu Dæmonum illudi hominibus ab omni malitia alienis et sui metuentibus; quales fuisse primos Christi discipulos, vita ipsis inculpata, et multæ calamitates conscientiae causa toleratæ manifestum faciunt. Quod si dicas, a bonis mentibus, Deo tamen inferioribus, profecta Christi opera; jam eo ipso fateris, illa Deo placuisse et ad

^u *Et artes magicas*] Quarum et libri hortatu discipulorum Jesu combusti: Act. xix. 19.

^x *Porphyrius ipse agnovit*] Locus est apud Eusebium, Preparationis lib. v. cap. 1.

In eis τιμωμένης, ὑδεμιᾶς τις θεο-

πον δημοσίας ὀφελίας ἡσθεντο.
Ex quo Jesus colit cæptus est,

publicam Deorum opem nemo

sensit.

Dei honorem pertinuisse; cum bonæ mentes nihil faciant, nisi quod Deo gratum ipsique gloriosum sit: ut jam taceamus, quædam Christi opera esse talia, quæ Deum ipsum auctórem testari videantur; ut mortui non unius in vitam revocatio. Jam vero Deus miracula nec facit, nec fieri sinit, absque causa: id enim sapientem legis conditorem decet, a legibus suis non nisi ob causam, et quidem gravem, recedere. Causa autem nulla alia reddi potest cur hæc facta sint, quam ea quæ a Christo allata est: nempe ^y ut doctrinæ ipsius redderetur testimonium. Neque vero, qui ea aspicerent, aliam causam ullam animo concipere potuerunt: quos inter cum multi, ut diximus, pio essent animo; Deum hoc egisse ut eis imponeret, impium est creditu. Et hæc una fuit causa cur Judæorum plurimi, qui circa Jesu tempora vixerunt, etiam ^z qui induci

^y Ut doctrinæ ipsius, &c.] Adde eventum ipsum, quo factum est ut tanta Humani Generis pars Christianam religionem amplecteretur, ostendisse rem Deo tanti fuisse, ut propterea miraculis eam initio confirmaret. Si tot fecerat, in gratiam unius Gentis, nec ita magnæ; Hebreæ am intelligo; quanto magis consentaneum bonitati ejus fuit tanta Humani Generis parti, in densissimis tenebris jacenti, cœlestem hanc lucem impertiri? Clericus.

^z Qui induci non possent ut legis a Mose datae partem ullam omitterent] Vide Act. xv. Rom. xiv. Hieronymus, in Chronico Eusebiano ad annum Christi cxxv. cum Christianos Episcopos Hierosolymitanæ Ecclesiæ quindecim nominasset: *Hic omnes usque ad eversionem, quam ab Hadriano perpesa est Jerusalem, ex circumcisione Episcopi præfuerunt.* Severus Sulpitius de illorum locorum ac temporum Christianis, ii. 45. *Christum Deum sub legis observatione credebant, et ex*

non possent ut legis a Mose datæ partem ullam omitterent, (quales fuerunt qui Nazareni et Ebionæi dicebantur,) nihilominus Jesum, ut missum cœlitus magistrum, agnoscerent.

§. VI. De ipsis Jesu resurrectione constare testimoniis fide dignis.

Miraculis a Christo editis par argumentum præbet Christi ipsius, post crucem, mortem, sepulturam, admirabilis reditus in vitam. Id enim non modo ut verum, sed ut præcipuum suæ fidei fundamentum, afferunt omnium locorum et temporum Christiani: quod fieri non potuit, nisi qui primi Christianam fidem docuerunt, certo auditoribus suis persuaserint, rem ita gestam. Certo autem persuadere hoc non potuerunt hominibus aliquo judicio præditis, nisi affirmarent semetipsos oculatos rei testes esse: sine qua affirmatione, nemo mediocriter sanus illis habuisse fidem; præsertim iis temporibus, cum illis credere maximis malis ac periculis constaret. Affirmatum hoc ab ipsis magna constantia, etiam libri ipsorum ^a et aliorum docent: imo ex libris appareat, provocasse eos ^b ad testes quingentos, qui Jesum

circumcisione eorum Ecclesia habebat sacerdotem. Adde Ephanius, ubi de Nazarenis et Ebionitis agit, t. i. pp. 38, 196. Nazareni non est nomen partis alicuius; sed omnes in Palestina Christiani,

ideo quod Dominus eorum Nazarenus fuisset, sic appellabantur: Act. xxiv. 5.

^a *Et aliorum*] Etiam Celsi, qui adversus Christianos scripsit. Vide Origenem, lib. ii. 55.

^b *Ad testes quingentos*] Pau-

post mortem redivivum conspexerint. Non est autem mos mentientium, ad tam multos testes provocare: neque fieri potest, ut in falsum testimonium tam multi conspirent. Et, ut alii testes non fuissent quam duodecim illi notissimi Christianæ doctrinæ primi propagatores, sufficere hoc debebat. Nemo gratis malus est. Honorem ex mendacio sperare non poterant, cum honos omnis esset penes Paganos aut Judæos, a quibus ipsi probris et ignominia afficiebantur: non divitias, cum contra hæc professio sæpe et bonorum, si qua essent, damno mulctaretur; atque, ut hoc non fuisse, tamen Evangelium doceri ab ipsis non posset, nisi omni bonorum temporalium cura omissa. Neque vero alia ulla vitæ hujus commoda ad mentiendum movere eos potuerunt, cum ipsa Evangelii prædicatio laboribus, fami, siti, verberibus, carceribus eos objecerit. Fama duntaxat inter suos tanti non erat, ut propterea homines simplices, et quorum vita ac dogma a fastu abhorrebat, tantam malorum vim subirent: neque vero sperare ullo modo poterant tantum progressum sui dogmatis, cui et intenta commodis suis natura et ubique impe- rantium auctoritas repugnabant, nisi ex divino

lus, 1. ad Corinth. xv. 6. quos-dam eorum eo tempore mor-tuos esse dicit: sed horum quoque liberi et amici super-stites audiri poterant, ac tes-tari quæ audierant. Major autem horum pars etiam vi-vebat, scribente ista Paulo. Hæc apparitio in monte Ga-lilææ contigit.

promisso. Accedat, quod etiam hanc qualem-
cunque famam nullo modo durabilem sibi
poterant promittere; cum (Deo de industria
suum in hoc consilium celante) ^cmundi totius
exitium, quasi de proximo imminens, oppri-
rentur: quod et ipsorum et sequentium Chris-
tianorum scripta apertissimum faciunt. Restat
ergo, ut religionis suæ tuendæ causa mentiti
dicantur: quod omnino, si res recte expendar-
tur, dici de illis non potest. Nam aut religio-
nem illam veram ex animi sententia credide-
runt, aut non crediderunt. Si non credidisse-
sent veram, imo si non credidissent optimam,
nunquam hanc elegissent omissis religionibus
aliis magis tutis magisque honoratis: imo,
quamvis veram, professi non essent, nisi et pro-
fessionem ejus credidissent necessariam: præ-
sertim cum et facile prævidere possent, et ex-
perimento statim discerent, hanc professionem
post se trahere mortem immensi agminis; cui
sine justa causa causam dare, a latrocinii scelere
non abscedebat. Quod si crediderunt religio-
nem suam veram, imo et optimam, et profiten-
dam omnino, et quidem post Magistri sui mor-
tem; sane id fieri non potuit, si fefelleret eos
Magistri sui de sua resurrectione pollicitatio:

^c *Mundi totius exitium quasi de proximo imminens opprirentur]* Vide 1 Thessal. iv. 15, 16. 1 Cor. xv. 52. Tertullianus, de Monogamia, cap. 3.

Quum magis nunc tempus in col-lecto factum sit. Hieronymus, ad Gerontiam, t. i. p. 94. H. Quid ad nos, in quos fines seculorum decurrerent?

nam ^d id cuivis sano homini satis fuisse, ad excutiendam etiam ante conceptam fidem. Rursum religio omnis, præsertim vero Christiana, ^e mendacium ac falsum testimonium, maxime in divinis rebus, prohibet: non potuerunt ergo religionis, et quidem talis, amore ad mendacium permoveri. Adde jam, quod viri fuerunt vitae ne ab adversariis quidem culpatæ, et quibus nihil objicitur ^f præter solam simplicitatem, cuius ingenium a confin-gendo mendacio longissime abest, Nemo etiam eorum fuit, qui non gravissima quæque passus sit propter illam professionem de Jesu resuscitato. Multi etiam ipsorum morte exquisitissima ob id testimonium affecti sunt. Jam vero, ut quis sensus sui compos talia toleret ob conceptam animo opinionem, fieri potest; at, ut ob falsum, quod falsum esse norit, tam dura pati velit non unus aliquis, sed plures quorum id falsum credi nihil intersit, res est plane incredibilis. Amentes autem eos non fuisse, et vita et scripta satis testantur. Quod de primis illis diximus, idem de Paulo

^d *Id cuivis sano homini satis fuisse, ad excutiendam etiam ante conceptam fidem]* Fusius hoc argumentum exequitur Chrysostomus, ad 1 Corinth. i. in fine, Hom. v. in Ethico.

^e *Mendacium ac falsum testimonium, maxime in divinis rebus, prohibet]* Matth. xii. 36. Joh. viii. 44, 55. Eph. iv. 25.

Rom. ix. 1. 2 Cor. vii. 14. xi. 31. Gal. i. 20. Col. iii. 9. 1 Tim. i. 10. et ii. 7. Jac. iii. 14. Matth. xxii. 16. Marc. xii. 14. Luc. xx. 21. Joh. xiv. 16. Eph. v. 9. et alibi.

^f *Præter solam simplicitatem]* Etiam Celsus. Vide Origenem, lib. i. 27.

quoque dici potest, qui Christum in cœlo regnantem a se conspectum & palam prædicavit: ^b cum nihil eruditio[n]is Judaicæ ipsi deesset, nec spes honorum si patrum viam institisset; contra vero ob illam professionem et odiis cognatorum suorum subjacere, et toto orbe peregrinationes difficiles, periculosa[s], laboriosa[s] suscipere deberet, ac postremo etiam supplicium cum infamia perpeti.

§. VII. *Solutio adversus objectionem sumptam ab eo, quod Resurrectio videatur impossibilis.*

Sane tantis ac talibus testimoniis fidem detrahere nemo potest, nisi dicat, rem ipsam tamē esse, ut nullo modo fieri possit; qualia sunt quæ contradictionem, ut loquuntur, implicant. ⁱ Id autem hac de re dici non potest.

^a *Palam prædicavit]* 1 Cor. xv. 8. 2 Cor. xii. 4. Adde quæ discipulus Pauli Lucas scribit, Act. ix. 4, 5, 6. et xxii. 6, 7, 8.

^b *Cum nihil eruditio[n]is Judaicæ ipsi decesset]* Act. xxii. 8. Gamalielis duos eruditio[n]is nomine Hebrei prædicant. Horum alterius discipulus fuit Paulus, neque legis tantum, sed et eorum, quæ a magistris erant tradita, apprime gnarus. Vide Epiph. pp. 149, 361.

ⁱ *Id autem hac de re dici non potest]* Responsio septima ad objecta de Resurrectione in Justini operibus, p. 210. A. ed. Lat. Par. 1615. "Αλλο τὸ

πάντες ἀδύνατος, καὶ ἀλλο τὸ τοῦ ἀδύνατος. Πάντη μὴν ἀδύνατόν εἰσι, οὐ τὴν διαμέτρην τὸ σύμμετρον εἴναι τὴν πλευρὴν τοῦ δὲ ἀδύνατον εἰσι, οὐ τὴν φύσιν τὸ χωρὶς σπίρματος πουντήν ζῶσιν. Τίνι σύντονον τοῦ ἀδύνατου ὑποσάλλουσι τὴν ἀνάστασιν οἱ ταῦτη ἀπεισῆντες; Ἀλλ' οὐ μὴ τὴν περάτη, Φιλόπ. εἰσιν δὲ λόγοις οὐ γὰρ κατὰ ἀνάκτισιν σύμμετρος γίνεται δὲ διάμετρος τὴν πλευρὴν οἱ δὲ ἀπεισῆντες κατὰ ἀνάκτισιν ἀνίστανται. Εἰ δὲ τῷ τούτῳ ἀλλὰ τῷ θεῖῳ πάντα δυνατὰ τὰ τοῦ ἀδύνατα. Aliud est quod omnino est impossible, aliud quod alicui. Omnino impossible, ut dimitiens per sit lateri: alicui impossible,

Posset sane, si quis eundem tempore eodem et vixisse et mortuum fuisse pronuntiaret. Cæterum, ut mortuo vita reddi possit, præsertim per ejus efficaciam qui vitam primum homini dedit, cur pro impossibili habeatur ^k nihil causæ est. Neque vero viri sapientes id impossibile crediderunt; cum ^l Eri Armenio id evenisse scripserit Plato, mulieri cuidam ^m Heraclides Ponticus, ⁿ Aristæo Herodotus, ^o alii Plutar-

quomodo naturæ est impossibile sine semine animans producere. Utri horum duorum impossibilis generum resurrectionem conferunt qui ei non credunt? Si priori, falsa est illatio: neque enim nova creatio hoc facit, ut dimetians par sit lateri: resurgent autem homines per novam creationem. At si intelligunt id quod alicui impossibile est; certe Deo possibilia ea omnia, quæ impossibilia tantum alicui. De discrimine hoc impossibilium vide quæ docte notat Maimonides, Ductoris Dubitantium parte iii. cap. 15.

^k *Nihil causæ est]* Adcuratioris Philosophiæ periti omnes fatebuntur tam difficile esse intellectu animal in utero matris formari, quam mortuum ad vitam revocari. Verum homines indocti non mirantur quod solent videre, nec difficile putant, quamvis rationem ejus ignorent; sed fieri posse non putant quod numquam viderunt, quamvis quotidianiis rebus nequaquam difficilius. *Clericus.*

^l *Eri Armenio]* Locus hac

de re Platonis extat de Republica decimo, p. 761. B. transcriptus Eusebio, Præparatione Evangelica, libro xi. cap. 85. Historiæ autem ipsius memoria apud Valerium Maximum, lib. i. cap. 8. exemplo externorum primo; in Protreptico quod est inter Justini Opera, §. 27. apud Clementem, Strom. v. §. 9, 14. apud Origenem, lib. ii. 16. contra Celsum; apud Plutarchum, Symposiacon ix. 5. apud Macrobius, initio ad Somnium Scipionis.

^m *Heraclides Ponticus]* Ejus erat liber Πτ̄ρι "Ατταν, cuius meminit Diogenes Laërtius, in Procœmio, §. 12. et Empedocle, viii. 61. et Galenus, vi. 5. de locis affectis. De eo sic Plinius, lib. vii. cap. 52. *Nobile illud apud Græcos volumen Heraclidis, septem diebus feminæ exanimis ad vitam revocate.* At triginta dies ei tribuit Diogenes Laërtius, loco posteriore.

ⁿ *Aristæo Herodotus]* Melpomene, §. 14. Vide et Plinius, Historie Naturalis libro vii. cap. 52. et Plutarchum,

chus: quæ, sive vera sive falsa sunt, ostendunt opinionem eruditorum de ea re tanquam possibili.

§. VIII. Resurrectione Jesu posita, evinci dogmatis veritatem.

Quod si nec impossibile est ut Christus in vitam redierit, et satis magnis testimoniis id constat, (quibus convictus Judæorum Magister p. Bechai veritatem hujus rei agnovit,) is ipse autem Christus, ut et sui et alieni fatentur, novum protulit dogma tanquam mandato divino; sane sequitur, ut dogma id verum sit: cum divinæ justitiæ ac sapientiæ aduersetur, tam excellenti modo eum ornare qui falsum in re tanta commisisset: præsertim vero, cum ipse ante mortem suam et mortem, et mortis genus, et redditum suum in vitam prædixisset suis; et quidem addito, q̄ hæc ideo eventura ut de sui dogmatis veritate constaret.

Romulo, t. i. p. 35. D. et Hesychium de Philosophis, init.

* *Alli Plutarchus*] Thespesio. Habet hoc Plutarchus libro de sera Dei vindicta, t. ii. p. 563. B. Item Antyllo, de quo Plutarchi locum ex primo de Anima nobis servavit Eusebius, Præp. lib. xi. cap. 86. et Theodoretus, Serm. xi. p. 159.

* *Bechai*] Optandum fuisse

locum a Grotio fuisse prolatum; quamvis enim ratiocinatio ducta a resurrectione Christi minime indigeat adprobatione R. Bechai, aut cūjusquam alius, Judæi forte ejus auctoritate possent moveri. *Clericus.*

* *Hæc ideo eventura ut de sui dogmatis veritate constaret]* Vide Joh. xiii. 19. xiv. 29. Luc. xxiv. 46, 47.

§. IX. *Christianam religionem præstare aliis omnibus :*

Et hæc quidem ex factis ipsis veniunt argumenta: veniamus ad ea, quæ veniunt ex natura dogmatis. Sane aut omnis omnino Dei cultus repudiandus est, (quod nunquam ei in mentem veniet, qui et Deum esse et curare res conditas credat, et hominem consideret tum intellectu eximio tum vi electrice boni malique moralis præditum, ac proinde ut præmii ita et pœnæ in ipso esse materiam,) aut hæc admittenda religio; non tantum ob factorum testimonia de quibus jam egimus, verum etiam ob ea quæ religioni sunt intrinseca: cum nulla ex omnibus sæculis ac nationibus proferri possit, aut præmio excellentior, aut præceptis perfectior, aut modo quo propagari jussa est admirabilior.

§. X. *Præmii propositi excellentia :*

Nam, ut a præmio, id est, a fine homini proposito, incipiamus, (quia id, ut dici solet, in executione est ultimum, sed intenditur primum,) ¹ Moses in religionis Judaicæ institutione, si diserta legis pacta respicimus, nihil

¹ Moses in religionis Judaicæ *hujus vitæ bona*] Vide Deut. institutione, si diserta legis pacta xi. et xxviii. Hebr. viii. 6. respicimus, nihil promisit supra

promisit supra hujus vitæ bona, terram uberem, penum copiosam, victoriam de hostibus, longam et valentem senectam, posteros cum bona spe superstites. Nam, si quid est ultra, id umbris obtegitur, aut sapienti ac diffici ratione colligendum est: quæ causa fuit, cur multi qui legem Mosis sequi se profiterentur, ut ^a Sadducæi, spem omnem de bonis post hanc vitam adipiscendis projicerent. Apud Græcos, ad quos eruditio usque a Chaldæis et Ægyptiis perlata est, qui de vita post hujus conspicuæ vitæ interitum spem habebant aliquam, ^b valde ea de re hæsitanter loquebantur; ^c ut ex Socrati-

^a *Sadducæi, spem omnem de bonis post hanc vitam adipiscendis projicerent]* Matth. xxii. 28. Luc. Act. xxiiii. 8. Josephus, A. J. xviii. 2. Σαδδουκαῖος τὰς ψυχὰς ὁ λόγος συναφεῖται τοῖς σώμασι. Alibi, B. J. ii. 7. Ψυχὴ δὲ τὴν διαμονὴν γέτε καὶ δύο τριποίεις καὶ τριπάς ἀναιροῦσι. Hieronymus de eisdem, Comment. in dictum Matthei locum: *Animam putabant interire cum corporibus.*

^b *Valde ea de re hæsitanter loquebantur]* Notatum hoc Chrysostomo, 1. ad Cor. cap. i. 25. t. iii. p. 263.

^c *Ut ex Socratis dissertationibus]* In Platonis Phædone, p. 48. B. Νῦν δὲ οὐ τίς, ὅτι πωρὸν ἄνθεα τοι λατίζει ἀφίξισθαι ἀγαθός· καὶ τότε μήτε οὐδὲ πῶν διστριχεισάμην. Hoc sciatjs, spem

mīhi esse venturum me ad viros bonos: quod tamē non nimium affirmaverim. Et postea, p. 68. C. Εἰ μὴ τυγχάνει ἀλλοδῆτα ἢ ἰγὸν λίγον, ταλῶν δὲ ἵχε τὸ πισθῆναι. Εἰ δὲ μηδίνης τελευτῆσαντι· ἀλλ᾽ ἐν τῷ τόνῳ γένεται αὐτὸν, τὸν πρὸ τῷ θανάτῳ, πήποντος περὶ τοῦτον ἀπὸς τούτου ἀνθρώπους· ἢ δὲ ἔγοισά μοι αὕτη ἡ ἀνθιστατή, (ταχὺν γάρ ἂν ἦν,) ἀλλ᾽ ὀλίγον ὑπέροχον ἀστλάτται. Si enim vera sunt quæ dico, pulchrum est ea credere. Si vero mortuo nihil superest; hoc tamē tempore, quod mortem antecedit, minus torquebor præsentibus: hic autem meus error non manebit, (id enim malum foret,) sed paulo post interibit. Tertullianus, de Anima, init. Ad eo omnis illa tunc sapientia Socratis de industria venerat consultæ equanimitatis, non de fi-

tis dissertationibus, ex scriptis ^xTullii, ^ySene-
cæ, ^z aliorumque apparet. Et, cum ad eam
rem argumenta conquirerent, nihil ferme affe-
rebant certi. Nam, quæ afferunt, pleraque
^a nihil magis de homine quam de bestiis proce-
dunt. Quod cum alii animadverterent, miran-
dum adeo non est, ^b si transitum animarum de
hominibus in bestias, de bestiis in homines
commenti sunt. Rursum vero, cum hoc quo-
que nullis testimoniis aut argumentis certis ni-
teretur, et tamen negari non posset quin ho-
mini finis aliquis esset propositus, eo perducti

ducia comperte veritatis. Idem
in Socrate observat Parænesis,
quæ est inter Opera Justini,
§. 36.

^x *Tulli]* Ut Tusculanarum
i. 12. *Expone igitur mihi, nisi
molestem est, primum animos, si
potes, remanere post mortem :
tum, si id minus obtinebis, (est
enim arduum,) docebis carere
omni malo mortem.* Deinde, §.
21. *Præclarum autem nescio
quid adepti sunt, quod didicerunt
se, cum tempus mortis venisset,
totos esse perituros : quod ut ita
sit, (nihil enim pugno,) quid ha-
bet ista res aut lætabile, aut glo-
riosum ? Postea, §. 34. *Fac
enim sic animum interire, ut cor-
pus.* Num igitur aliquis dolor,
aut omnia post mortem sensus in
corpo est ? nemo id quidem di-
cit. Citat ex eodem Cicerone
hoc ejus, post disputationem
de animo, dictum Lactantius,
libro vii. cap. 8. 9. *Harum sen-**

*tentiarum quæ vera sit, Deus
aliquis viderit.*

^y *Senecæ]* Epistola lixii. fin.
*Et fortasse (si modo sapientum
vera fama est, recipitque nos lo-
cus aliquis) quem putamus per-
isse præmissus est.*

^z *Aliorumque]* Generaliter
Justinus Martyr, colloquio
cum Tryphone, §. 5. Οὐδὲ δὲ
τοσοις ταῖς τέταυ οἱ φιλόσοφοι
δὲ γὰρ δὲ, τι τωρὶς λειψάντες
τὴν φιλοσοφίαν. *Nihil horum no-
runt philosophi : neque vel quid
sit anima, valent dicere.*

^a *Nihil magis de homine quam
de bestiis procedunt]* Ut illud
Socratis sive Platonis : *quod se
movet, æternum est.* Vide Lac-
tantium dicto jam loco.

^b *Si transitum animarum de
hominibus in bestias, de bestiis
in homines commenti sunt]* Ut
Brachmanes olim, et nunc
quoque : a quibus hausit Py-
thagoras et ejus Schola.

sunt alii ut dicerent, ^c virtutem sibi esse præmium, et satis beatum esse sapientem etiam in Phalaridis tauro. Sed et hoc non sine causa aliis displicuit: qui satis videbant, ^d in ea re, quæ secum haberet pericula, incommoda, cruciatum, interitum, felicitatem, præsertim summam, non posse esse positam; nisi verborum sonum, sine rerum sensu, sequi liberet: ideoque bonum supremum finemque hominis collocarunt in iis rebus, quarum voluptas sensibus perciperetur. Sed hæc quoque sententia a plurimis, et quidem efficaciter, refutata est: ut quæ honestum omne, cuius semina quædam in animo condita habemus, extingueret; hominemque ad sublimia erectum dejiceret in censum pecudum, quæ prorsæ nihil nisi terrestre respiciunt. In tantis dubitationibus incertum palabatur genus humanum ea ætate, cum Christus veram

^c *Virtutem sibi esse præmium, et satis beatum esse sapientem etiam in Phalaridis tauro]* Vide Ciceronem, Tusculanarum lib. 7. et Lactantium, lib. iii. Institutionum, cap. 27. 4. ubi contra hanc sententiam fortiter disputat; ut et Augustinus, epistola lii.

^d *In ea re, quæ secum haberet pericula, incommoda, cruciatum, interitum, felicitatem, præsertim summam, non posse esse positam]* Lactantius, lib. iii. cap. 12. 7. *Virtus per seipsum beatæ non est, quoniam in perferrendis, ut dixi, malis tota vis ejus est.* Et mox, cum Senecæ ad-

duxisset locum: *Sed et Stoici, quos secutus est, negant sine virtute effici quenquam beatum posse.* Ergo virtutis præmium beatæ vita est, si virtus, ut recte dictum est, beatam vitam facit. Non est igitur, ut aiunt, propter seipsum virtus expetenda; sed propter vitam beatam, quæ virtutem necessario sequitur. Quod argumentum docere eos potuit, quod esset sumnum bonum. Hæc autem vita præsens et corporalis beatæ esse non potest, quia malis est subjecta per corpus. Bene Plinius, Historiæ Naturalis lib. vii. cap. 40. *Mortalium nemo felix.*

finis cognitionem intulit, promittens sectatoribus suis post hoc ævum vitam non modo sine morte, sine dolore ac molestia, verum etiam summo gaudio comitatam : neque id parti tantum hominis, id est, animo, (de cuius speranda post hanc vitam felicitate partim conjectura, partim traditio aliqua extabat,) verum etiam corpori : et id quidem justissime ; ut corpus, quod ob legem divinam sæpe incommoda, cruciatus, atque interitum pati debet, repensationis expers non esset. Gaudia autem, quæ promittuntur, non vilia sunt, ^e ut epulæ quas post hanc vitam sperant crassiores Judæi, ^f et concubitus quos sibi promittunt Mahumetistæ ; (sunt enim hæc caducæ vitæ propria, mortali-tatis remedia ; illud quidem ad singulorum animantium conservationem, hoc vero ad durationem generum;) sed in corporibus vigor perpetuus, et plusquam siderea pulchritudo ; in animo intellectio, sine errore, etiam Dei ac divinæ providentie, et si quid nunc occultum latet ; voluntas vero tranquilla, maxime in Dei conspectu, admiratione, laudibusque occupata ; in summa, majora multo ac meliora omnia, quam optimarum ac maximarum rerum comparatione concipi possint.

^e Ut epulæ quas post hanc vitam sperant crassiores Judæi] Loca adducentur infra, ad librum v.

^f Et concubitus quos sibi promittunt Mahumetistæ] Alcor-nus, Azoara ii, v, xlviij, liij, lxv, lxvi.

§. XI. (*Solvitur obiter objectio inde sumpta, quod dissoluta corpora restitui nequeant :*)

Solet hic, præter eam objectionem cui jam ante respondimus, alia afferri; quasi omnino fieri nequeat, ut quæ dissoluta sunt hominum corpora in eandem compagem redeant: sed hoc ratione nulla nititur. § Cum enim inter plerosque Philosophos constet, rebus quantumcunque mutatis, manere materiam diversarum specierum capacem; quis dicat, aut Deum nescire quibus in locis, etiam longissime distantibus, sint materiæ ejus quæ ad humanum corpus pertinuit partes; aut deesse ei potentiam, qua eas reducat atque recomponat, idemque faciat in suo universo, quod in fornacibus aut vasis facere Chymicos videmus, ut quæ congenera sunt, quamvis disjecta, colligant? Ut vero, specie quantumvis mutata, res tamen ad originis suæ formam redeat; ejus et in rerum na-

¶ *Cum enim, &c.]* Si cui sequentia Grotii verba non satisfaciant, ei responderi queat, minima necessarium esse, ut eadem sit numero materia quæ excitatur, cum ea quæ, homine moriente, in sepulcrum illata est. Neque euin minus fuerit idem homo is, cuius animus conjunctus fuerit cum materia, cum qua numquam conjunctus fuerat, si sit idem animus; quam fuit idem homo senex decrepitus, et infans vagiens in cunis, quamvis ne particula quidem forte supersit in sene ejus materiæ que fuit in infante, propter perpetua effluvia quæ ex corpore elabuntur. *Resurgere corpus* dici optime potest, cum simile ex terra a Deo formatur, conjungiturque menti. Itaque non opus est ut in nimis angustias nos redigamus, dum *τανότητα* materiæ nimis rigide defendimus. *Cle-*
ricus.

tura exempla sunt, ut in arborum animantiumque seminibus. Neque insolubilis est ille qui a multis nectitur nodus, de humanis corporibus quæ in ferarum aut pecudum alimenta transeunt; quibus ita pastis homines iterum pascantur. Nam eorum quæ comeduntur pars maxima non in corporis nostri partem abit, sed in excrementa aut accessiones corporis, quales sunt et pituita et bilis; et de eo, quod alendi vim habet, morbis, interno calore, circumfuso aëre multum absunitur: quæ cum ita sint, Deus, qui etiam mutorum animantium genera ita curat ut nullum eorum intereat, potest humanis corporibus singulari quadam cura prospicere; ut, quod inde ad aliorum hominum escam pervenit, non magis in substantiam eorum vertatur, quam solent venena aut medicamenta; eoque magis, quod quasi naturaliter constet humanam carnem ad hominum victum non datam. Id si non sit, et aliquid, quod posteriori corpori aliunde accesserit, inde debeat decidere; non hoc tamen efficiet ut non idem sit corpus: ^h cum etiam in hac vita major

^h Cum etiam in hac vita major contingat particularum mutatio] Alfenus, in L. Proponebatur. D. de Judicis: *Quod si quis putaret partibus communatis aliam rem fieri, fore ut ex ejus ratione nos ipsi non uidem essemus, qui abhinc anno fuissemus: propterea quod, ut Philo-* sophi dicent, ex quibus particulis minimis constitutus, he quotidie ex corpore nostro decedentes, aliæque extrinsecus in eam locum accederent. Seneca, Epistola lviii. *Corpora nostra rapiuntur fluminum more: quicquid vides currit cum tempore: nihil ex his quæ videmus manet.*

contingat particularum mutatio; immo et papilio insit in verme, et herbarum substantia aut vini ^k in minimo aliquo, unde iterum instaurantur in veterem magnitudinem. Certe, cum et haec et alia multa non incommodate poni possint, nulla est causa cur inter impossibilia ha-

Ego ipse, dum loquor mutari ista, mutatus sum. Vide quae pulchre hac de re disserit Methodius; cuius verba nobis servavit Epiphanius, ubi Ori-genianos refutat, numeris xii, xiii, xv, p. 534.

ⁱ *Mmo et papilio insit in verme]* Ovidius, ultimo Metamorphoseon, ver. 872.

Quaque solent canis frondes intexere filis

Agrestes tinea, res observata colonis,

Ferae mutant cum papilione figuram.

Addamus ex Plinio quædam, Historiæ Naturalis lib. ix. cap. 51. de Ranis: *Mirumque semestri vita resolvuntur in limum, nullo cernente; et rursus vernis aquis renascuntur quæ fuere natæ.* Libro x. cap. 9. *Coccyx ex accipitre videtur fieri, tempore anni figuram mutans.* Libro xi. cap. 20. *Sunt qui mortuas, si intra tectum hyeme serventur, deinde sole verno torrentur, ac siculneo cinere toto die foreantur, putent reviviscere.* Ibidem, cap. 22. de bombycibus: *Et alia horum origo e grandiore vermiculo, gemina protendens sui generis cornua. Hi erunt sunt. Fit deinde quod vocatur bombylius: ex ea necyda-*

lus: ex hoc in sex mensibus bombyces. Ibidem, cap. 23. de bombyce Coa: *Fieri autem primo papilioes parvos nudosque.* Cap. 26. de cicadis: *Fit primo vermiculus, deinde ex eo quæ vocatur tettygometra, cuius cortice rupto circa solsticia evolant.* Cap. 32. *Multa autem insecta et aliter nascentur. Atque Asilus imprimis ex rore: insidel hic raphani folio primo vere, et epissatus sole in magnitudinem milii cogitur. Inde ortus vermiculus parvus, et triduo mox eruca, quæ adjectis diebus crescit immobilis; duro cortice, ad tactum movet araneæ. Hæc eruca, quam chrysalidem appellant, rupto deinde cortice volat papilio.* Cap. 36. *Muscis humore examinatis, si cinere condantur, reddit vita.*

^k *In minimo aliquo, &c.]* Si Grotius in hoc nostrum ævum dilatus fuisset, plenius esset loquutus; cum constet omnia animalia, cujuscumque generis, ex ovo nasci in quo sunt formata, ut plantæ omnes in seminibus, quamvis summæ tenuitatis. Sed hoc nihil ad resurrectionem, non enim ex similibus primordiis corpora renascentur. *Clericus.*

beatur restitutio dissoluti corporis; cum viri eruditi, ¹ Zoroaster apud Chaldæos, ^m Stoici prope omnes, ⁿ et inter Peripateticos Theopompus, eam et fieri posse et futuram crediderint.

¹ *Zoroaster apud Chaldæos]* Vide Clementem, Strom. v. p. 255.

^m *Stoici prope omnes]* Clemens, Strom. v. p. 235. Οἶδεν γὰρ ὁτος, ἐκ τῆς βαρβάρου φιλοσοφίας μαθὼν, τὴν διὰ πυρὸς καθάρεσιν τῶν κακῶν βεβιωκόταν, ήτις εἰρηνὶκαπέσσιν ικάλεσαν οἱ Στοικοὶ· καὶ δὲν καὶ τὸν ίδιον παύει ἀναστησοδαις δογματίζουσι· τοῦτον τὴν ἀνάστασιν περιπτώσις. Norat enim ille, (Heraclitus,) eductus e barbarā philosophia, Mundum a malis hominibus purgatum iri per ignem, quod ικανώσσειν postea Stoici dixerunt; qui et per eam hunc tamētum quemque revicturum docent, his vocibus obtegentes resurrectionis rem. Origenes, lib. v. adversus Celsum, §. 20. Φασὶ δὲ οἱ ἄστοι τῆς Στοᾶς, κατὰ περιόδους ικανύσσους τὴν παντὸς γίνεσθαι· καὶ ἵξεις αὐτῷ διακόσμους, πάντας ἀπαράλλακτα ἔχουσαν. Atiunt de portico Philosophi, post sacerdorum circuitus fieri incendium universi; deinde ejusdem formationem, quae eadem omnia habeat. Postea: Καὶ μὴ ἐνεργέσσων δὲ τὸ τῆς ἀναστάσιος ἑορτα, τὸ πρᾶγμα γι τὸ δηλῦσιν. Quanquam igitur resurrectionis non usurpat vocabulum, rem

tamen agnoscunt. Addit hic Origenes Ἐgyptios, §. 21. Chrysippus de Providentia, citatus Lactantio, lib. vii. Institutionum, cap. 23. 3. Τέταρτη δὲ ὥτες ἔχουσται, δῆλον ὡς οὐδὲν ἀδύνατον, καὶ ἡμᾶς μετὰ τὸ σιλευτῆσαι, πάλιν περιόδους τινῶν εἰλυμίνων χρόνου, εἰς δὲ τὴν ιούντην ἀποκαταστοσοδαις σχῆμα. Hoc cum ita se habeat, appareat non esse impossible, ut et nos post mortem, sacerdorum certis circuitibus evolutis, restituamur in eum in quo nunc sumus statim. Vide, si vacat, Nathanaëlem Carpenterium, Liberæ Philosophiæ exercitatione XVI.

ⁿ *Et inter Peripateticos Theopompus]* De quo Diogenes Laertius, initio libri, §. 9. Καὶ Θίόπορτος ἐν τῇ ὅγδῃ τῶν Φιλιππικῶν δὲ καὶ ἀναβιώσοδαι κατὰ τὸν μάγος Φοῖο τὸν ἀρχόπτυνον, καὶ τοιοδαι ἀδανάρευτον, καὶ τὰ δύτα ταις αὐταῖς διακλήσεσι διαμινῆν. Theopompus vero etiam octavo Philippicorum; qui revicturos homines ex magorum sententia tradit, immortalesque futuros, et omnia in suis iisdem semper mansura noninibus.

§. XII. *Præceptorum eximia sanctitate; circa
Dei cultum,*

Secundum, quo Christiana religio omnes alias, quæ aut sunt, aut fuerunt, aut fingi possunt, exuperat, est summa sanctitas præceptorum; tum in iis quæ ad Dei cultum, tum quæ ad res cæteras pertinent. Paganorum sacra ferme per totum orbem terrarum, ut late ostendit ^o Porphyrius, et nostri etiam sæculi navigationes docent, plena erant crudelitatis. Nam receptum ferme ubique, ut et humano sanguine Dii placarentur: quem morem nec Græca eruditio, nec Romanæ leges sustulerunt; ut appareat ex iis, quæ ^P de victimis factis Baccho Omestæ apud Græcos, de Græco et Græca, ^q Gallo et Galla mactatis Jovi La-

^o *Porphyrius]* De abstinentia ab esu animalium, lib. ii. Unde multa sumpsit Cyrilus, iv. contra Julianum, pp. 124, 128. seqq.

^P *De victimis factis Baccho Omestæ apud Græcos]* Meminit Plutarchus, Themistocle, p. 119. A. et Pausanias, ix. 8. vii. 21. Similia sacra Messeniorum, Pelleorum, Lyctiorum in Creta, Lesbiorum, Phocaenium habes apud Clementem, Protreptico, p. 12.

^q *Gallo et Galla mactatis Jovi Latiari]* Antiquum in Italia homines immolare, docet nos libro i. 16. Dionysius Halicarnassensis: quamdui id

manserit, Plinius, libro xxviii. cap. 2. *Boario vero in foro Græcum Græcanæ defosso, aut aliarum gentium cum quibus tum res esset, etiam nostra ætas vidit.* Mansit mos ad Justini et Tatiani tempora. Justinus enim sic, Apologetico i. 12. Romanos alloquitur: Τῷ παρ' ὑμῖν τιμωρίᾳ οὐδόλῳ, φὲ μόνον ἀλέγοντι ζῶσιν αἷματα προσφεύγει, ἀλλὰ καὶ ἀνθρώπισι, διὰ τοῦ παρ' ὑμῖν ἵτισμοτάτου καὶ συγνισάτου ἀνδρὸς τὴν πρόσχυσιν τοῦ τῶν φοινικίτων αἵματος ποιημένην. *Ut ei quod vos colitis idolo; cui non tantum ratione carentium animalium sanguis aspergitur, sed et humanus, no-*

tiari legimus. Mysteria autem illa sanctissima, sive Cereris, sive Liberi patris, plenissima fuere omnis obscenitatis; ut apparuit, postquam, semel perrupta arcani religione, evulgari cœperunt: quod late exequuntur ¹ Clemens Alexandrinus, ² et alii. Tum vero illi dies, qui Deorum honori sacrati erant, taliis spectaculis celerabantur, ³ quibus interesse Catonem puduit. At Judaica religio nihil quidem habuit illicitum, aut dishonestum; sed tamen, ⁴ ne pronus ad idolatriam populus a vera religione desciceret, multis præceptis earum rerum, quæ per se nec bonitatem nec malitiam habe-

bilissimo atque illustrissimo vestram occisorum hominum affundente sanguinem. Tatianus vero, §. 29. Εὐρὺν παρὰ μὲν Ῥωμαῖοις τὸν Λατιάριον Δία λύθρου ἀνθεύσαν, καὶ τοῖς ἄλλοι τῶν ἀρδεουταῖς αἷμας τειχόμενοι. *Cum compererim apud Romanos Latiale Jovem humano cruento, et per homicidium fuso sanguine oblectari.* Porphyrius, ii. 56. ad Adriani tempora mansisse talia sacra nos docet. Apud Gallos mos is vetus humanis victimis litandi; ut ex Cicero pro M. Fonteio, cap. 10. et ex Plutarcho de Superstitione discimus, p. 171. B. Eum sustulit inde Tiberius, memorante Plinio, lib. xxx. cap. 1. De Britannis eundem ibi Plinium vide; et Dionem, Nerone, lxii. 7. et Solinum, cap. xxii. de Slavis vero Hellmoldum, lib. i. cap. 53. Por-

phyrius, libro de non esu animalium secundo, §. 56. mansisse ad suam ætatem ait, et in Arcadia et Carthagine, imo et in Ῥώμῃ μιγάλη πόλι, id est, Romæ, sacrum nominans Jovis Latialis.

¹ *Clemens Alexandrinus*] In Protreptico, p. 5. seqq.

² *Et alii*] Maxime Arnobius, lib. v.

³ *Quibus interesse Catonem puduit*] Martialis, initio Epigrammatum i. Gellius, x. 18. Valerius Maximus, lib. ii. c. 10. 8.

⁴ *Ne pronus ad idolatriam populus a vera religione desciceret, multis præceptis earum rerum, quæ per se nec bonitatem nec malitiam habebant, oneratus est*] Hanc causam talium præceptorum reddit et Maimonides, D. D. iii. 29. seqq. quem sequitur Josephus Albo.

bant, oneratus est: qualia sunt pecudum mac-tationes, circumcisio, exacta quies sabbati, et ciborum aliquammultorum interdictio: quo-rum nonnulla mutuati sunt Mahumetistæ, ad-dita vini prohibitione. At Christiana religio Deum, ut mentem purissimam, ^x pura mente colendum docet; ^y et iis operibus, quæ suapte natura etiam citra præceptum honestissima sunt. Sic ^z non carnem vult circumcidere, sed cupiditates; ^a non ab omni opere, sed ab illi-cito nos feriari; non pecudum sanguinem aut adipem Deo sacrare, sed, si opus sit, ^b pro veri-tate ipsius testanda nostrum offerre sanguinem; et, ^c quæ de bonis nostris egentibus damus, Deo data credere: non certis ciborum potusve generibus abstinere, sed ^d utroque uti cum modo qui sanitati conveniat; ^e interdum et jeju-niis subactum corpus animo addicere, quo is alacrior ad sublimia feratur. Præcipua vero

^x *Puramente colendum docet]*
Joh. iv. 24.

^y *Et iis operibus, quæ suapte natura etiam citra præceptum honestissima sunt]* Unde λεγούση λαρυγία dicitur, *cultus rationi conscientiæ*, Rom. xii. 1. Adde Philipp. iv. 8.

^z *Non carnem vult circumci-di, sed cupiditates]* Rom. ii. 28, 29. Philipp. iii. 8.

^a *Non ab omni opere, sed ab illi-cito nos feriari]* 1 Cor. v. 8.

^b *Pro veritate ipsius testanda nostrum offerre sanguinem]* 1

Corinth. x. 16. Hebr. xii. 4.
1 Petr. ii. 21.

^c *Quæ de bonis nostris egen-tibus damus, Deo data credere]*
Matth. vi. 4. Luc. xii. 33.
Rom. xii. 8. 2 Cor. ix. 7.

^d *Utroque uti cum modo qui sanitati conveniat]* Luc. xxi. 34. Rom. xiii. 13. Eph. v. 18. Gal. v. 21. 1 Tim. iv. 8. 1 Petr. iv. 3.

^e *Interdum et jejunis sub-actum corpus animo addicere]*
Matth. vi. 18. xvii. 21. 1 Corin-th. vii. 5.

pars religionis ubique ostenditur posita ^f in pia fiducia; ^g qua compositi ad fidele obsequium ^h in Deum toti recumbimus, ⁱ ejusque promissis non dubiam habemus fidem: ^k unde et spes exurget, ^l et verus amor tum Dei tum proximi; quo fit ut præceptis ipsius pareamus, ^m non serviliter poenæ formidine, ⁿ sed ut ipsi placeamus, ^o ipsumque habeamus pro sua bonitate patrem ^P ac remuneratorem. ^q Precari vero jubemur, non ut divitias aut honores nanciscamur, et quæ alia multum optata plurimis male cesserunt; sed primum quidem ea quæ Deo sunt gloria, nobis vero de rebus caducis ea quæ natura desiderat, reliquum permittentes divinæ providentiæ, utramcunque in partem

^f In pia fiducia] Ut Joh. Hebr. xii. 28.
xii. 44.

^g Qua compositi ad fidele obsequium] Luc. xi. 28. Joh. xiii. 17. et sequentibus. Rom. i. 5. 1 Cor. vii. 19. 1 Petr. i. 2.

^h In Deum toti recumbimus] Matth. xxi. 21. 2 Tim. i. 12.

ⁱ Ejusque promissis non dubiam habemus fidem] Rom. iv. 20. 2 Cor. vii. 1. Gal. iii. 29.

^k Unde et spes exurget] Hebr. vi. 11. Rom. viii. 24. xv. 4.

^l Et verus amor tum Dei tum proximi] Gal. v. 6. 1 Thess. iii. 6.

^m Non serviliter poenæ formidine] Rom. viii. 15.

ⁿ Sed ut ipsi placeamus]

^o Ipsumque habeamus pro sua bonitate patrem] Rom. viii.

^P Ac remuneratorem] Coloss. ii. 24. 2 Thess. i. 6. [Adde et: ut liqueat nos intelligere præcepta ejus eo dignissima esse, et natura nostræ ita convenire, ut meliora, aut seque convenientia alia nemo comminisci possit. Itaque et grati animi causa, et quod optima ac præstantissima sint ejus præcepta, ei nos parere decet; quamvis nullæ essent poenæ luendæ non parentibus, præter ipsius facti turpitudinem. Hoc demum est Deo filiorum, non servorum instar parere. Clericus.] ^q Precari vero jubemur] Matth. vi. 10.

res ceciderit securi: ea vero, quæ ad æterna ducunt omni studio: nempe retro commissorum veniam; in posterum auxilium Spiritus, quo firmati adversus minas omnes atque illecebros in pio cursu perstemus. Hic est Dei cultus in religione Christiana, quo certe nihil ex cogitari potest Deo dignius.

§. XIII. Circa ea officia humanitatis quæ proximo debemus etiam læsi,

Similia sunt quæ adversus proximum exiguntur officia. Mahumetis religio in armis nata nihil spirat nisi arma, armis propagatur. Sic et Laconum instituta (quæ inter Græcanica maxime laudabantur, etiam Apollinis oraculo) tota ad vim bellicam fuisse directa, notat et in culpa ponit Aristoteles. Sed idem in Barbaros bellum dicit esse naturale; cum contra verum

¹ Notat et in culpa ponit Aristoteles] Polit. vii. cap. 14. Παραπλησίως δὲ τούτους καὶ τῶν ὄντων τινες γραψάντες ἀποφέρουσι τὸν αὐτὸν δόξαν. Ἐπανάγει τὸν τὰς λαπιδαιμονίας τελετὰς ἀγαπᾶν τοῦ περιθίστου τὸν σπονδόν, ὅτι πάντα πρὸς τὸν κρατοῦν καὶ πρὸς τὸν πολεμὸν ἴσομενον εἴπουσιν δὲ καὶ κατὰ τὸν λόγον ἵτις σύλλεγεται, καὶ τοῖς Ἱερούς ἴεραλάγυκται νῦν. Pari modo et qui posterius scripserunt, ostenderunt eisdem se esse sententias. Nam in laudatione Lacedæmoniorum reipublicæ, admirantur propositum conditoris legum

in eo, quod leges omnes ad bellicas res victoriamque direxit: quod et ratione refelli facile potest, et ipsis factis refutatum nunc appareat. Euripides, Andromacha, ver. 724. Aristoteli præierat:

— si δὲ δερδεῖ
Τοὺς Σπαρτιάτας δόξα, καὶ
μάχης ἀγάν.

T' ἀλλ' ὅτις ἂντι μηδενὸς βιβλίου.

— si vis Martia
Vobis, Lacones, absit, et ferri
decus;
Spectatur ultra, quod sit exi-
mum, nihil.

sit, inter homines a natura amicitiam ac societatem constitutam. ^s Quid enim iniquius, quam singulas cædes puniri; occisarum gentium, velut gloriosum facinus, triumphis ostentari? Et tamen illa adeo celebrata Romana civitas quo tantum nomen nisi bellis, ^t sæpe manifeste injustis, (^u ut de bello in Sardiniam ^x et Cyprium ipsi fatentur,) consecuta est? Et certe generatim, ut a præclaris annalium conditoris memoriæ proditum est, ^y latrocinia extra

^{* Quid enim iniquius, quam singulas cædes puniri; occisarum gentium, velut gloriosum facinus, triumphis ostentari]} Sensus ex Seneca epistola 95. et de Ira, lib. ii. cap. 8. et ex Cypriani epistola secunda.

^{t Sæpe manifeste injustis]} Petronius, p. 45. ed. Franc. 1629.

— si quis sinus abditus ultra,
Si qua foret tellus fulvum
quaæ mitteret aurum,
Hostis erat —

^{* Ut de bello in Sardiniam]} Vide Polybium, Historiarum iii. 28.

^{* Et Cyprium ipsi fatentur]} Florus, lib. iii. cap. 9. Divitiarum tanta erat fama, nec falso; ut victor gentium populus, et donare regna consuetus, Publio Clodio tribuno duce, socii viisque Regis confiscationem mandaverit. Meminit ejusdem rei Plutarchus, Catone, p. 776. Appianus, lib. ii. Civ. p. 441. Dion, lib. xxxviii. 30. Vide eundem Florum, de Bello Numantino et de Cretico.

^{y Latrocinia extra fines ple-}

risque gentibus nullam habebant infamiam] Thucydides, lib. i. 5. Οἱ γὰρ Ἑλληνις τοτάλαι, δὲ τῶν βαρβάρων εἰτὶ δὲ τῇ πόλει φαραδαλέσσοι, καὶ οἵτινες νήσους εἰχον, ιτιδάνιοι θέραντο μᾶλλον περιπούσθαι ναυαῖς ιπ' ἀλλάλοις, ιεράποντο τῷρες ληστίαις, ἡγουμί-
ναι ἀλδρῶν οὐ τῶν ἀδυνατατάτων,

κιόδους τοῦ σφτίρης εἰτῶν ἵππους, καὶ τοῦ ἀσδανίοις τρόφηροι καὶ προσωπίστοντες πόλεσιν ἀτυχί-
σαντος καὶ κατὰ κάμπας οἰκουμένας προταζον, καὶ τὸν πλῆσαν τῷ βίνιον ιεροῦθεν ιεροῦντο δὲ ἔχοντος πιναισχύνην τέτου τῷ ἔργῳ, φίροντο δὲ τοι καὶ δέξης μᾶλλον. Διλῆτοι δὲ τῶν τοι ἡταντῶν τοῖς ἔτι καὶ τὸν αἷς πόσμος καλῶς τῶντο δέρνη, καὶ οἱ παλαιοὶ τῶν παντῶν τὰς πύστιας τῶν πλιότων πανταχῶν ὄμοιας ἤρωταντις, εἰ λησταὶ οὐστέοις οὖτις ἀν πυθανούσταις ἀπαλεύσαντο τὸ ἔργον, αἷς τοι ίπτημελές μητείδιαν οὐκ ὄντιδιζόντων. Ἐλπί-
ζοντο δὲ καὶ κατ' ηπιασμοὺς ἀλλά-
λοις· καὶ μάχοις τοῦτο πολλὰ τῆς Ἐλλάδος τῷ παλαιῷ τρόπῳ νί-
μιται, πιρὶ τοῦ Δοκροῦ τοῦς Ὁ-
ζόλας, καὶ Δίτωλοι καὶ Ἀκαρ-
ναῖας, καὶ τὴν ταῦτη θητασσο-

fines plerisque gentibus nullam habebant infamiam. ² Ultionis exactionem Aristoteles et Cicero in virtutis parte ponunt: ³ gladiatorum

Olim quippe Graeci, non minus quam barbari, tum qui in continente, tum qui per insulas vivebant, postquam saepius alii ad alios navibus transire cœperunt, ad latrocinandum se contulerunt; ad quam rem viri illustres duces ipsi erant, partim quæstus sui causa, partim ut victimum suppedarent gentibus: adortique civitates manus carentes et per vicos sparsus, diripiebant eas, maximamque partem hinc se alebant; nondum infami eo vite genere, quin et non nihil habente gloria. Manifestum id faciunt etiam nunc quidam continentis terra habitatores, qui pro decoro habent strenue id facere; et vetusti Poëtarum, apud quos frequenter sunt interrogations ad navigantium obvios, an prædones essent: nimurum, quod nec defugiter id nomen illi essent qui interrogabantur, nec esprobatur hi qui interrogabant. In ipso quin etiam terra continente, spoliabant alii alios: et nunc quoque magna portio Græcorum sic vivit, apud Locras Ozolas, apud Ætolos, apud Acarnanas, et vicina terrarum. Interrogatio illa, cuius Thucydides meminit, est apud Homerum, Odyssea T. ver. 3. ubi Scholiastes: οὐδὲ τοῖς παλαιοῖς τὸ ληστεῖν, ἀλλ' ἵδεσθαι. Apud veteres latrocinari adeo infame non erat, ut et gloria duceretur. Justi-

nus, lib. xliii. cap. 8. de Phocensibus: *Studioſius mare quam terras exercuere: piscando, mercando, plerunque etiam latrocinio maris (quod illis temporibus gloriae habebatur) vitam tolerabant.* De Hispanis vide Plutarchum, Mario, p. 408. D. et Diodorum, lib. v. 84. de Tyrrenis Servium, ad viii. 51. et x. 14. Æneid. de Germanis Cæsarem, B. G. vi. 22. Tacitum, Ann. xii. 27. Saxo-nem Grammaticum, lib. x.

* *Ultionis exactionem Aristoteles et Cicero in virtutis parte ponunt]* Aristoteles, de moribus ad Nicomachum, iv. 11. Δεῦ γὰρ οὐκ αἰσθάνονται εἰδὴ λυπῆς, μὴ ἐγιζόμενος τούτων ἀμυντικῶν· τὸ δὲ προτηλατούμενον ἀνίχεοθαι, ἀδρακτώδεις. Videtur talis et sensu et dolore carere; et, cum non irascatur, vindictæ esse negligens. Servile, si contumeliose tracteras, id tolerare. Cicero autem, de Inventione, ii. 22. inter ea quæ ad jus naturæ pertinent, ponit vindicationem, per quam vim aut contumeliam defendendo aut ulciscendo propulsamus. Ad Atticum, ix. 12. Odi hominem, et otero: utinam ulcisci possem. Ad Quir. cap. ix. Sic ulciscar facinora singula, quemadmodum a quibusque sum provocatus.

* *Gladiatorum mutuae dilanitiones inter oblectamenta erant*

mutuae dilaniationes inter oblectamenta erant publica Paganorum : ^b exponere liberos quotidianum. Apud Hebraeos sane lex melior, sanctior disciplina; sed tamen in populo impotentis iræ dissimulata quædam, aut etiam ipsis concessa : ^c ut vis in populos septem id meritos ; qua non contenti ^d omnes a se dissidentes crudeli odio sunt persecuti ; ^e cuius signa nunc etiam in ipsorum precibus adversus Christianos conceptis apparent. At ^f dolorem suum talionis judicio exequi, homicidam propinquai sui privata manu occidere, lege ipsa permittebatur. Christi vero lex omnino ^g prohibet injuriam, sive verbis sive rebus factam, reponere ; ne, quam in aliis improbamus malitiam, rur-

publica Paganorum] Vide Lactantium, lib. vi. 20. 11. Tertullianum, de Spectaculis, cap. 19.

^b *Exponere liberos quotidianum]* Justinus, Apologetico ii. 27. seqq. Tertullianus, Apologetico, cap. 9. Vide et Lactantium, lib. vi. Institutio- num, cap. 20. 19. et Terentii Hecyram, iii. 3. 40. iv. 1.

^c *Ut vis in populos septem id meritos]* Exodi xxxiv. 11, 12. Deut. vii. 1, 2.

^d *Omnes a se dissidentes crudeli odio sunt persecuti]* Dandam operam ut eis damnum quovis modo inferatur, docet R. Levi ben Gerson : non redenda illis quæ furtis subducta sunt, Bachai,

^e *Cuius signa etiam nunc in precibus adversus Christianos conceptis apparent]* Vide Libellum precum editum Venetiis forma minima, fol. 8. et librum Germanicum Antonii Margarite ; Maimonidem, ad xiii. Articulos, ubi perdendos ait qui eis non credunt. Et dictum est in ore Judeorum : *Omnes sectarii subito pereant.* Similia sunt dicta R. Isaaci, in Bereschith rabba : et Thalmud, in Baba Kamma, et Baba Bathra.

^f *Dolorem suum talionis judicio exequi]* Levit. xxiv. 20. Deut. xix. 21.

^g *Prohibet injuriam, sive verbis sive rebus factam, reponere]* Matth. v. 38, 44.

sum probemus imitando: bene fieri vult bonis quidem præcipue, sed et malis; ^h ad Dei exemplum, a quo Solem, astra, aërem, ventos, imbræ habemus communia in homines quosvis dona.

§. XIV. Circa conjunctionem maris et feminæ,

Conjunctio maris cum femina, per quam propagatur genus humanum, dignissima res est legum cura. Quam partem neglectui habitam a Paganis haud mirum est, cum eorum quos colerent ⁱ Deorum stupra et adulteria nar-

^h Ad Dei exemplum, a quo solem, astra, aërem, ventos, imbræ habemus communia in homines quosvis dona] Matth. v. 45.

ⁱ Deorum stupra et adulteria] Euripides, Ione, ver. 436.

Νῦντις δί μοι
Φοῖος· τὶ πάσχει, παρθένους
βίᾳ γαμῶν
Πρεδίδωνται δέπας οὐ τικνούμι-
τος λαθρός,
Θησέοντας ἀμιλιῖ. Μὴ σύγ·
ἀλλ', ίστι πρεστῆς,
Ἄρετας δίστι. Καὶ γὰρ ὅστις
ἄνθρωπος
Κακὸς πιθίκοι, ζημιοῦσιν εἰ
Στοῖ.
Πᾶς οὖν δίστιος, τοὺς νόμους
ὑμᾶς βροτοῖς
Γράψαντας, αὐτοὺς ἀνομίαν
ἔφλεξαντι;
Εἴδε (οὐ γὰρ ἴσται, τῷ λόγῳ
δὶ χρήσομαι)
Δίστις βινίων δάσσετ' ἀνθρώ-
πους γάμων,
Σὺ, καὶ Ποσειδῶν, Σὺ δὲ δέ

οὐρανῷ πρεστῆς,
Ναῦς τίνοντος ἀδικίας πεν-
ετη.

— Monendus, si tamen fas
est mihi,

Apollo: per vim virginum mi-
nuit decus:

Quosque ipse sevit liberos, in-
terfici

Clam patitur. Ah ne tu istu:
sed, quando imperas,
Honesta sequere. Si quis est
mortaliūm

Qui scelera patrat, exigunt
pœnam Diī:

At nonne iniquum est, vos,
suas leges quibus
Gens debet hominum, jure
nullo vivere?

Si (quod futurum non erit,
dicam tamen)

Hominibus æquo stupraluere-
tis modo,

Neptunus, et tu, rexque su-
premi poli,

Vacuaret omnes multa tem-
plorum domos.

rentur. Quid quod et ^k concubitus marium cum maribus Deorum exemplis defendebantur? in quorum numerum eo merito relati olim Ganymedes, ^l postea Antinous: quod flagitium apud Mahumetistas quoque frequens est, apud Sinenses et gentes alias etiam pro licito; a Græciæ autem Philosophis in id laboratum videtur, ^m ut rei turpi honestum no-

Vide hæc fuse tractata, apud Clementem, Protreptico, p. 5. seqq. Athenagoram, Leg. §. 21. Tatianum, §. 8. Arnobium, lib. iv. p. 132. seqq. Nazianzenum, i. contra Julianum, p. 104. seqq. edd. Paris. 1609, 1630. Theodoretum, Sermone iii. p. 42. seqq.

^k *Concubitus marium cum maribus]* Hæc quoque vide a-pud Clementem et Theodore-tum, dictis locis.

^l *Postea Antinous]* Meminit Justinus, Apologetico ii. 29. Clemens, Protreptico, p. 14. 42. Origenes, libro contra Cel-sum tertio, §. 36. et octavo, §. 8. Eusebius, Historiæ Ec-clesiastice iv. 8. Theodoretus, octavo, p. 115. et Historici illorum temporum.

^m *Ut rei turpi honestum no-men imponeretur]* Ita sane cen-sent non Lucianus tantum, li-bello de Amoribus, §. 24. sed et Gregorius Nazianzenus, O-ratione iii. contra Julianum i. p. 78. C. et ad eum Elias Cre-tensis, col. 408. D. et Non-nus; Cyrillus, contra Julianum libro vi. p. 187. seqq. et late Theodoretus, Sermone xii. ad

Grecos, p. 174. seqq. Philo-nis, qui Platoni favit pluri-mum, locum hic omittere non possum e libro de Vita Contemplatrice, p. 694. F. Τὸ δὲ Πλατωνικὸν ὅλον σχιδόν ιστι περὶ ἔρωτος, οὐκ ἀνδρῶν ἡνὶ γυναικῶν ἴστημανταν, οὐ γυναικῶν ἀνδρῶν, αὐτὸν μίνον (ἴστημ-πούντα γὰρ αἱ ἴστηματα εἰται νόμοι φύσισις) ἀλλὰ ἀνδρῶν ἔρωτον ἄλικιν μένον διαφέρουσαν καὶ γὰρ εἴ τι περὶ ἔρωτος καὶ ἔρωτος Αρρεδίστης κικηρόψινθας δοκεῖ, χάροι ἀστυσμοῦ περιληπταν. Platonicum autem convivium to-tum fere in amoriibus consernitur, non virorum modo in mulie-rem, mulierum in viros insanien-tium; (tales enim cupiditates lege naturæ explentur;) sed vi-rorum in sexus ejusdem sola æta-te dispare: nam si quid ibi de Venere et Amore cœlesti speciose dici auditur, id honesti obtentus causa assumitur. Tertullianus, de Anima, init. Christianam sapientiam præferens Socrati-ca: Nec nova inferens dæmo-nia, sed vetera depellens; nec adolescentiam vitiens, sed omni bono pudoris informans.

men imponeretur. Inter eosdem Græciæ Philosophos præstantissimi, ⁿ communione mulierum laudata, quid aliud quam ex civitate tota unum fecerunt lupanar? ^o cum etiam inter muta animantia quædam sit foedus aliquod conjugale: quanto æquius ne sanctissimum animal homo incerto semine nascatur, extinctis etiam parentum et liberorum inter se affectibus! **Lex** Hebræa omnem quidem spurcitem inhibet; sed et plures uni concedit uxores, ^p et marito dimittendæ ob quasvis causas uxoris jus facit: quod et hodie usurpant Mahumetistæ, et olim Græci ac Latini; tanta licentia, ut et uxores ad tempus utendas aliis darent ^r **Lacones** et Cato. At perfectissima Christi lex ad ipsas penetrat vitiorum radices; et eum, qui attentavit mulieris cujusquam pudicitiam vel

ⁿ *Communione mulierum laudata]* Platonem vide tum aliibi, tum maxime de Republica, v. p. 655. seqq.

^o *Cum etiam inter muta animantia quædam sit foedus aliquod conjugale]* Plinius, lib. x. cap. 34. *Ab his columbarum genta spectantur maxime, similitatione.* Mores uidem, sed pudicitia illis prima, et neutri nota adulterio: conjugii fidem non violent. De palumbium castitate conjugali vide Porphyrium, de non esu animantium tertio, §. 11.

^p *Plures uni concedit uxores]* Apparet id, Deut. xvii. 16, 17. xxi. 15. ^q Sam. xii. 8. Sic

legem intelligunt Hebrei; et Chrysostomus, 1. ad Cor. xi. hom. xxvi. in Ethico; Augustinus, de doctrina Christiana, libro iii. cap. 12. et veterum alii. Josephus legis peritiissimus, Antiquitatum xvii. 1. 2. Πάτριον, ἵνα αὐτῷ πλίσεται ἡμῖν συνοικίη. *Mos nobis patratus, eodem tempore plures habere uxores.*

^q *Et marito dimittendæ ob quasvis causas uxoris jus facit]* Deut. xxiv. 1, 2, 3, 4. Levit. xxi. 14.

^r *Lacones et Cato]* Vide Herodotum, libro vi. 62. Plutarchum, Lycurgo, p. 49. et Catone Uticensi, p. 771.

oculis libavit, s reum habet; inspectore cordis Deo judice concupiti, nec peracti criminis. Cumque omnis vera amicitia perpetua sit et insolubilis; ^t merito talem eam esse voluit, quæ cum animotum societate corporum quoque continet communionem: quod etiam ad rectam liberorum educationem haud dubie est utilius. Inter Paganos paucæ gentes una uxore contentæ fuerunt, ut ^u Germani et Romani. ^x Sequuntur et hoc Christiani; ut scilicet animus ab uxore in solidum marito datus ^y æquali retributione pensetur, ^z rectiusque procedat sub una præside domesticum regimen, neu diversæ matres discordiam liberis inferant.

* *Reum habet; inspectore cordis Deo judice concupiti, nec peracti criminis]* Matth. v. 28.

^t *Merito talem eam esse voluit, quæ cum animorum societate corporum quoque continet communionem]* Matth. v. 32. xix. 9.

^u *Germani et Romani]* Græcos etiam addere potuit; quibus plerisque, certe privatis, singula fuerunt uxores. *Clericus.*

^x *Sequuntur et hoc Christiani]* Paulus Apostolus, 1 Cor. vii. 4. Lactantius, Institutio- num vi. 23. 23. Hieronymus, adversus Oceanum, epist. 83.

^y *Æquali retributione pensetur]* Bene enim Sallustius, Ju-

gurthino, cap. lxxx. *Apud eos, qui plures uxores habent, levius ista ducitur necessitudo; quod animus multitudine distractus nullam pro socia obtinet, omnes pariter viles sunt.* Ammianus, de Persis, l. xxiii. 6. *Per libidines varias caritas dispersa torpescit.* Claudianus, bello Gil- donico, ver. 441.

— *Connubia mille:*
Non illis generis nexus, non pignora curæ:

Sed numero languet pietas.

^z *Rectiusque procedat sub una præside domesticum regimen, neu diversæ matres discordiam liberis inferant]* Utrumque recte concepit et expressit Euripi- des, Andromacha, ver. 464.

§. XV. Circa usum bonorum temporalium,

Ad usum eorum, quæ bona vulgo dicuntur, ut veniamus : furta videmus a gentibus paganis quibusdam, ^a ut Ægyptiis ^b et Spartiatis, permissa : et qui privatis non permiserunt, publice hoc ferme unum agebant, ut Romani ; ^c quibus ad casas redeundum dicebat Romanus orator, si suum cuique reddere deberent. Hebræis nihil quidem tale ; sed ^d fœnus tamen in extraneos permissum, ut eorum ingenio se lex aliquatenus aptaret ; ^e quæ propterea legem servantibus, inter cætera, divitias pollicebatur. At ^f Christiana lex non modo omne injustitiæ genus, et in quosvis, prohibet ; ^g sed et vetat nos studium nostrum rebus illis caducis impendere : quia scilicet non sufficiat animus noster ad duo sedulo curanda ; quæ singula hominem totum requirant, et sæpe in contraria consilia nos trahant : deinde vero, et in quæ-

^a Ut Ægyptiis] Diodorus Siculus, Historiarum libro i. 80.

^b Et Spartiatis] Plutarchus, Lycurgo, p. 50. E.

^c Quibus ad casas redeundum esse dicebat Romanus orator, si suum cuique reddere deberent] Verba hunc in sensum Ciceronis ex tertio de Republica recitat Lactantius, in Epitome, cap. 1.

^d Fœnus tamen in extraneos permissum] Deut. xxiii. 20.

^e Quæ propterea legem servantibus, inter cætera, divitias pollicebatur] Levit. xxvi. 5. Deuter. xxviii. 4, 5, 6, 7, 8, 11, 12.

^f Christiana lex non modo omne injustitiæ genus, et in quosvis, prohibet] Matth. vii. 12. Ephes. v. 8.

^g Sed et vetat nos studium nostrum rebus illis caducis impendere] Matth. vi. 24. et seqq. xiii. 22. Luc. viii. 14. 1 Tim. vi. 9.

rendis et in servandis divitiis, ^h sollicitudo servitutem quandam et cruciatum secum ferat; quæ ipsam voluptatem, quæ ex divitiis speratur, corrumpant: ⁱ ea vero, quibus natura contenta est, et pauca sint, et facile sine magno labore aut impendio parentur. Quod si quid tamen Deus ultra indulserit, non hoc in mare projicere jubemur, ^k ut Philosophi quidam imprudenter fecerunt; neque detinere inutile, neque prodigere; sed supplere inde hominum aliorum inopiam, ^l sive donando, ^m sive dando mutuum id roganibus; ⁿ ut decet eos, qui se non dominos harum rerum, sed Dei summi parentis procuratores ac dispensatores credant: bene enim locatum beneficium ^o thesaurum esse bonæ spei plenum; in quem nec furum improbitati, nec casuum varietati quicquam liceat. Cujus veræ, non fucatæ liberalitatis exemplum admirabile præbuerunt Christianorum primi; ^p cum usque ex Macedonia et A-

^b Sollicitudo servitutem quandam et cruciatum secum ferat] Matth. vi. 34. Philipp. iv. 6.

ⁱ Ea vero, quibus natura contenta est, et pauca sint, et facile sine magno labore aut impendio parentur] 1 Tim. vi. 7, 8.

^k Ut Philosophi quidam imprudenter fecerunt] Habet hoc de Aristippo Laërtius, ii. 77. et Suidas; de Cratete Philostratus, vit. Apollonii, i. 10.

^l Sive donando] Matth. v. 42.

^m Sive dando mutuum id roganibus] Matth. ibidem. Luc. vi. 35.

ⁿ Ut decet eos, quæ se non dominos harum rerum, sed Dei summi parentis procuratores et dispensatores credant] 1 Tim. vi. 17, 18.

^o Thesaurum esse bonæ spei plenum; in quem nec furum improbitati, nec casuum varietati quicquam liceat] Matth. vi. 20.

^p Cum usque ex Macedonia et Achaia ea mitterentur, que

chaia ea mitterentur, quæ Palæstinorum egestatem sublevarerent: non aliter, quam si orbis totus una esset familia. Atque hic illa quoque cautio in Christi lege additur, ^q ne quæ reparationis aut honoris spes beneficentiam defloret: ^r cuius apud Deum perit gratia, si aliud præter Deum respicit. Ac ne quis, ut fieri solet, obtendat tenacitati suæ velum, quasi metuat ne ipse olim senex, aut a calamitate aliqua deprehensus, suis rebus opus habeat; ^s promittit lex curam specialem pro his, qui illa præcepta servaverint: et, quo magis confidant, in mentem illis revocat ^t conspicuam Dei providentiam in alendis feris ac pecudibus, et in ornandis herbis floribusque: rem vero fore indignum; si Deo tam bono, tam potenti, tanquam malo nomini, non credamus ultra quam dum pignori incumbimus.

§. XVI. *Circa iusjurandum,*

Perjurium vetant leges aliæ: ^u hæc vero etiam jurejurando extra necessitatem omnino

Palæstinorum egestatem sublevarerent] Rom. xv. 25, 26. et seqq. ² Cor. ix. 1, 2, 3, 4. Philipp. iv. 18.

^q *Ne qua reparationis aut honoris spes beneficentiam defloret]* Matth. vi. 1, 2. Luc. xiv. 12.

^r *Cuius apud Deum perit gratia, si aliud præter Deum respicit]* Matthæus, dicto jam loco.

^s *Promittit lex curam specialem pro his, qui illa præcepta servaverint]* Matth. vi. 32. Luc. xii. 7. xxi. 18.

^t *Conspicuam Dei providentiam in alendis feris ac pecudibus, et in ornandis herbis floribusque]* Matth. vi. 26, 28.

^u *Hæc vero etiam jurejurando extra necessitatem omnino vult abstinere]* Matth. v. 33, 34, 35, 36, 37. Jac. v. 12.

illis ex quibus Christianam religionem maxime commendavimus, satis constet: eorumque certitudo hoc ipso emicat, quod, qui odiis inter se inflammati querunt dissidendi materiam, eo progredi non ausint, ut haec negent a Christo imperata; ne illi quidem ipsi, qui vitam suam ad eam normam nolunt componere. Quod si quis etiam his velit contradicere; par habendum sit Philosophis, qui nivem albam negarunt. Nam, ut hi sensu refelluntur, ita illi consensu omnium gentium Christianarum; et librorum quos scripserunt Christianæ religionis primi, ac primis proximi, et deinceps secuti doctores; etiam illi, qui suam in Christum fidem morte testati sunt. Nam, quod hi omnes ut Christi dogma agnoscant, id omnino pro tali habendum est ab æquo rerum judice: sicut Platoni, Xenophonti, aliisque Socratis credimus, de dogmatibus Socratis; Stoicorum scholæ, de his quæ Zeno tradidit.

§. XIX. Probatur amplius præstantia Christianæ religionis, ex præstantia ipsius Magistri:

Tertium, quo Christianam religionem omnibus aliis, quæ sunt aut fangi possunt, præstare diximus, est ipse modus, quo tradita fuit

nitur; qualia sunt quæ memorantur in antiquissimis symbolis, qualia extant apud Ireneum et Tertullianum, et quale est Apostolicum, ut nunc vocatur. Quod paulo plenius ostendimus in Libello hisce subiecto, *de eligenda inter dissidentes Christianos sententia*, §. iv. Clericus.

ac propagata: qua in parte, prima est inspectio de ipso dogmatis auctore. Græcae sapientæ auctores nihil ferme certi se afferre ipsi fatebantur: quippe ^m veritatem velut in puto demersam; et ⁿ mentem nostram non minus caligare ad Divina, quam oculos noctuæ ad lumen Solis. Ipsorum præterea ^o nemo non aliquo vitio obsitus: ^p alii Regum adulatores, ^q alii scortorum amoribus addicti, ^r alii caninæ impudentiæ. Invidiæ vero omnium inter se magnum argumentum, ^s rixæ de verbis, aut

^m Veritatem velut in puto demersam] Democriti est i. βυθῷ ἀληθείᾳ; memoratum et alii, et Ciceroni in Academicis, i. 12.

ⁿ Mentem nostram non minus caligare ad Divina, quam oculos noctuæ ad lumen Solis] Aristoteles, Metaphysicorum ii. cap. 1. Ωντος γὰρ ό τὰ σῶν νοντισθεῖσαν ὄμματα πρὸς τὸ φίγοντος ἔχει τὸ μισθὸν ἡμίρα, ἥτω γέ τῆς ἡμετέρας ψυχῆς ὁ νῦς πρὸς τὰ τὴν φύσιν φαντάταν πάραν. Sicut enim vespertilionum oculi ad lumen dici se habent, ita et animi nostri mens ad ea quae omnium sunt clarissima.

^o Nemo non aliquo vitio obsitus] Maximo consensu omnium laudatur Socrates. At ejus summam iracundiam, que in dictis et in factis se ostenderit, ante oculos nobis Porphyrii verbis ponit Cyriillus, sexto adversus Julianum, p. 185. B.

^p Alii Regum adulatores] Plato, Aristippus.

^q Alii scortorum amoribus addicti] Marium Zeno, Stoicæ sectæ princeps; Feminarum prope omnes; Plato, Aristoteles, Epicurus, Aristippus. Athenaeus, libro xii. 21. p. 544. et xiii. 6. pp. 588, 589. Laertius, vi. 18, 17. iii. 31. v. 8. x. 4—7. ii. 74, 75. Lactantius, iii. 15. et alibi, testes. Theognis ipse de se, multis in locis.

^r Alii caninæ impudentiæ] Dicti inde Cynici.

^s Rixæ de verbis, aut nullius momenti rebus] Bene id notatum Timoni Phliasio:

Σχίτλαι αἰδερωται, παν' ίλιγχια, γαρίπεις οὖν,
Ποίους ἐν τ' ἤρδεις καὶ λεπχομάχους πιστάμεθι;
"Αἰδερωται, κινῆς εἴνεις ἱμπλοι ἑστοί.

Mortales miseri, probra pesima, nil nisi ventres,
Quia vos vaniloquo fallunt certamine lites?

nullius momenti rebus; frigoris vero in Dei cultu, quod et qui Deum unum crediderunt, tamen illo seposito aliis, et quidem quos Deos non crederent, cultum exhibuerunt, ^t religiosis normam statuentes id quod receptum esset publice. De præmio quoque pietatis nihil asseverabant certi: ^u quod vel ex ultima illa Socratis morituri disputatione appareret. Ma-

O homines, tumidis inflati fastibus utres.

Item:

Φυτῷ δὲ βροτολαγύδες ἦρις κίνησιν λιλασκοῦ,

*Νύκτης ἀνδροφόνου πασιγυμάτη
καὶ ἔρθρος.*

"Ητούτοις τοῖς πάντας κυλίνδεταις αὐτοῖς ἕπεται

*"Ἐτε τοις βροτοῖς τέρεξι πάρη, γε
ἰε ἀλτίδα βάλλει.*

*Aspera lis quædam provenit
inania clamans,*

Incessu in cædes odii soror atque ministra;

Quæ, circa huc illuc circumque voluta, supremum

*Mortales capite incurrit,
spemque injicit illis.*

Item:

Tίς δὲ τὸς δὲ ὀλοῦ ἵριδις ξυρίνει μάχισθαι;

*"Ηχὺς σύνδεσμος ὄχλος· ὁ γὰρ,
στρατὸν χολωθεὶς,*

*Νῦσσον ιτάνιας ἀρει λαλάν·
ὄλεσσον δὲ πελλοῖ.*

Equis eos tanto pugnæ inflammavit amore?

*Ad strepitum accurrens plebs,
atque exosa silentes:*

*Unde loquaz morbus multa
cum peste cucurrit.*

Invenies hæc apud Clemensem, Strom. v. p. 285. apud

Eusebium, in fine Præparatio-
nis; et apud Theodoretum,
Sermone ii. p. 24.

^t *Religionis normam statuen-
tes id quod receptum esset pub-
lice]* Xenophon, Memorabi-
lium i. 8. 1. oraculum recitat,
quo jubentur Dii coli ex lege
cuicunque civitatis. Repete hic
Senecæ verba, quæ ex Au-
gustino supra citavimus: post
quæ sic Augustinus: *Colebat
quod reprehendebat, agebat quod
arguebat, quod culpabat adora-
bat.* Nimirum (ut Plato dixit
in Timæo, p. 1047. et alibi;
et Porphyrius, loco qui est a-
pud Eusebium, Præparat. lib.
iv. cap. 8.) periculo non caret
vera de rebus divinis apud
vulgus disseverere. Ejus autem
periculi metum Greca et La-
tina et barbara philosophia
pluris fecit, quam veri, since-
ram professionem: quod vel
unum sufficit, ne quis tales
sibi per omnia sequendos pu-
tet. Notat hoc in Platone
Justinus Martyr, Paraenesi ad
Græcos, §. 25.

^u *Quod vel ex ultima illa
Socratis morituri disputatione
apparet]* Vide quæ attulimus
supra.

humetes, late sparsæ religionis auctor, ^x projectus ad libidinem per omnem vitam ne a suis quidem negatur. Tum vero nullam fidem dedit, qua constare possit, quod ipse promisit præmium in epulis et Venere positum, id vere extiturum; cum ipsius in corpus vitam rediisse nedicatur quidem, imo in hunc diem Medinæ situm sit. At Hebrææ legis conditor Moses, vir eximius, non tamen ab omni culpa liberatur; ^y cum et legationem ad Regem Ægyptium a Deo sibi mandatam multo cum renisu vix suscepérít, ^z et ad pollicitum Dei de aqua e rupe excitanda diffidentiæ nonnihil ostenderit, ut Hebræi fatentur. Eorum vero, quæ per legem suis promisit, præmiorum vix quicquam ipse consecutus est, desertis in locis ^a jactatus perpetuis seditionibus, ^b neque ingressus in terram illam felicem. At Christus ^c peccati omnis expers a suis describitur, ^d nec ab aliis ul-

^x Projectus ad libidinem per omnem vitam ne a suis quidem negatur] Vide quæ dicentur libro vi.

^y Cum et legationem ad Regem Ægyptium a Deo sibi mandatam multo cum renisu vix suscepérít] Exod. iv. 2, 10, 18. 14.

^z Et ad pollicitum Dei de aqua e rupe excitanda diffidentiæ nonnihil ostenderit] Num. xx. 12.

^a Jactatus perpetuis seditionibus] Exod. xxxii. Num. xi, xii, xiv, xvi, xx, xxv.

^b Neque ingressus in terram illam felicem] Num. xx. 12. Deut. xxxiv. 4.

^c Peccati omnis expers a suis describitur] Joh. viii. 46. x. 32. 2 Cor. v. 21. 1 Petr. ii. 22. Hebr. iv. 15. Pietatem ejus etiam oraculo, apud Gentes auctoritatem habente, laudatam ostendemus ad librum iv.

^d Nec ab aliis ullius commissi allatio testimonii arguitur] Notatum id Origeni, libro iii. 28. contra Celsum.

lius commissi allatis testimoniis arguitur. Tum vero ^e quicquid præscripsit aliis, id præstitit ipse. Quæ enim sibi a Deo mandata erant implevit fideliter, ^f in vita omni simplicissimus, ^g in injuriarum ac cruciatum patientissimus, (quod in ipso crucis supplicio ostendit,) amantissimus hominum, etiam inimicorum, etiam a quibus ad mortem actus fuerat, ^h ita ut pro iis etiam Deum deprecaretur. Quod autem suis promisit præmium, ejus ipse compos factus excellentissimo modo et perhibetur, et certa fide comprobatur. In vitam enim redditum ⁱ viderunt multi, audierunt, palparunt etiam: ^k in cælum enectus est, spectantibus duodecim: ibi potestatem, quæ suprema est, consecutus ostenditur eo, quod suos sectatores et ^l linguarum quas non didicerant loquela, ^m et aliis mirifi-

^e *Quicquid præscripsit aliis, id præstitit ipse]* Bene Lactanius, fine Institutionum: *Nec monstravit tantum, sed etiam præcessit; ne quis difficultate gratia iter virtutis horret.*

^f *In vita omni simplicissimus]* 1 Petr. ii. 22.

^g *Injuriarum ac cruciatum patientissimus]* Matth. xxvi. 50, 52. Joh. xviii. 23. Act. viii. 32.

^h *Ita ut pro iis etiam Deum deprecaretur]* Luc. xxiv. 34.

ⁱ *Viderunt multi, audierunt, palparunt etiam]* Joh. xx. 27, 28, 29. Joh. 1 Epist. i. 1. Matth. xxviii. Marc. xvi. Lac. xxiv. 1 Cor. xv. 3—8.

^k *In cælum enectus est, spectantibus duodecim]* Marc. xvi. 19. Luc. xiv. 51, 52. Actor. i. 9—11. Adde Actor. vii. 55. ix. 3—5. xxii. 6. 1 Cor. xv. 8.

^l *Linguarum quas non didicerant loquela]* Actor. ii. 3, 4. x. 46. xix. 6. 1 Cor. xii. 10, 28, 30. xiii. 1, 8. xiv. 2, 4, 5, 6, 9, 13, 14, 18, 19, 22, 23, 26, 27, 39.

^m *Et aliis mirificis virtutibus donavit]* Actor. iii, v, viii, ix, xi, xii, xiii, xiv, xvi, xix, xx, xxii, xxviii. Rom. xv. 19. 2 Cor. xii. 12. Hebr. ii. 4. Orendunt hujus rei veritatem et Justinus, cum Tryphone dis-

cis virtutibus donavit; ⁿ ita ut facturum se discedens promiserat: quæ omnia faciunt, ut nec de fide nec de potentia ejus ad retribuendum nobis id, quod pollicitus est, præmium, dubitare ullo modo liceat. Ac sic collegimus, hanc religionem in hoc quoque eminere supra cæteras; quod ejus Magister, quæ jussit ipse, præstítit; quod promisit, ipse est consecutus.

§. XX. *Ex admirabili propagatione istius religionis;*

Videamus jam etiam effectus allati ab ipso dogmatis; qui profecto, si recte animadvertantur, tales sunt, ut, si Deo ulla est cura rerum humanarum, non possit hoc dogma non divinum credi. Conveniebat divinæ providentiae id efficere, ut quod optimum esset pateret quam latissime. Id autem contigit religioni Christianæ: quam ipsi videmus per Europam omnem, ^o ne Septentrionis quidem recessibus exclusis, doceri; ^P nec minus per Asiam omnem, ^q etiam ejus insulas in Oceano; ^r per Æ-

putans, §. 85. et Irenæus, lib. ii. 56. Tertullianus, Apologeticus, cap. xxiii. Origenes, adversus Celsum vii. 8. Lactantius, iv. 21. et alii.

ⁿ *Ita ut facturum se discedens promiserat]* Joh. xiv. 12. xvii. 18. Marc. xvi. 17.

^o *Ne Septentrionis quidem recessibus exclusis]* Vide Adamum Bremensem, et Helmolt-

dum, et qui de Islandia scripsere.

^P *Nec minus per Asiam omnem]* Vide Acta Conciliorum Universalium.

^q *Etiam ejus insulas in Oceano]* Vide Osorium, in Lusitanicis.

^r *Per Ægyptum quoque]* Apparet ex Actis Conciliorum Universalium, ex historia Ec-

gyptum quoque, ^s per Aethiopiam, ^t et alias aliquot Africæ partes; ^u postremo et per Americam. Neque id nunc tantum fieri, sed et olim factum, ostendunt omnium temporum historiæ, libri Christianorum, acta Synodorum, vetus traditio nunc quoque apud Barbaros conservata ^x de itineribus ac miraculis Thomæ, ^y Andreæ, aliorumque Apostolorum. Jam suis temporibus quam late Christi nomen celebaretur, apud Britannos, Germanos, aliasque ultimas gentes, ^z notant Clemens, ^a Tertullia-

clesiastica vetere, (ac nominatim Eusebio, vi. 34.) ex liturgia Coptitarum.

^b Per Aethiopiam] Vide Franciscum Alvaresium.

^c Et alias aliquot Africæ partes] Vide Tertullianum, Cyprianum, Augustinum, et Conciliorum per Africam Acta, præcipue ejus Concilii quod Cypriani operibus subtextur.

^d Postremo et per Americam] Vide Acostam et alios de rebus Americanis.

^e De itineribus ac miraculis Thomæ] Vide Abdiam, libro ix. Eusebium, Historie Ecclesiastice lib. i. in fine, et libro ii. capite primo: et initio libri iii. Ruffinum, libro x. cap. 9. Adde Osorium et Linschotium, de rebus Indiæ Orientalis; et Freitam, de imperio Lusitanorum Asiatico. Sepulchrum ejus Apostoli in terra Coromandel etiam nunc monstratur.

^f Andreæ] Eusebius, dicto libro iii. initio; et Origenes ad Gen. apud Euseb. H. E. iii. 1.

^g Notant Clemens] Christum is dicit omnibus notum gentibus, Strom. vi. fin. p. 296.

^h Tertullianus] Adversus Iudaos, cap. vii. In quem enim alium universæ gentes crediderunt, nisi in Christum qui jam venit? cui enim et alias gentes crediderunt; Parthi, Medi, Elæmitæ; et qui inhabitant Mesopotamiam, Armeniam, Phrygiam, Cappadociam; et incolentes Pontum, et Asiam, et Pamphyliam; immorantes Aegyptum; et regionem Africæ, quæ est trans Cyrenem, inhabitantes; Romanæ, et incolæ: tunc et in Hierusalem Judei, et ceteræ gentes: ut jam Gætulorum varietates, et Marrorum multi fines; Hispanorum omnes termini, et Galliarum diverse nationes; et Britannorum inaccessa Romanis loca, Christo vero subdita; et Sarmatarum, et Dacorum; et Germanorum, et

nus, ^b et alii. Quæ est religio, quæ cum tam

Scytharum; et abditarum multarum gentium, et provinciarum et insularum nullarum nobis ignotarum; et quæ enumerare nimis possumus: in quibus omnibus locis Christi nomen, qui jam venit, regnat. Mox ostendit quanto latius Christi regnum suis temporibus, id est, fine seculi secundi, patuerit, quam olim Nabuchodonosor et Alexandri, aut Romanorum: Christi autem regnum ubique porrigitur, ubique creditur, ab omnibus gentibus supra enumeratis (numeraverat autem Babylonios, Parthos, Indianam, Ethiopia, Asiam, Germaniam, Britanniam, Mauros, Gætulos, Romanos) colitur, ubique regnat, ubique adoratur, omnibus ubique tribuitur æqualiter.

^b *Et aliæ] Irenæus, Tertulliano vetustior, lib. i. cap. 8. Nam, eti in mundo loquelæ dissimiles sunt, virtus traditionis una et eadem est. Et neque haec quæ in Germania sunt fundatæ Ecclesiæ aliter credunt, aut aliter tradunt; neque haec quæ in Iberis sunt, neque haec quæ in Celtis, neque haec quæ in Oriente, neque haec quæ in Ægypto, neque haec quæ in Libya, neque haec quæ in medio mundi sunt constituta: sed, sicut Sol creature Dei in universo mundo unus et idem est, sic et humanus, prædicatio Veritatis, ubique luget, et illuminat omnes homines, qui volunt ad cognitionem Veritatis venire. Origenes, Homilia ad Ezechielem iv. 1. Confunduntur et miserabiles Judæi haec*

de Christi præsentia prædicari: sed stulte ignorant personam, cum videant impleta quæ dicta sunt. Quando enim terra Britannia, ante adventum Christi, in unius Dei consensit religionem? quando terra Maurorum? quando totus semel orbis? Arnobius, libro ii. p. 48. Virtutes sub oculis posita, et inaudita illa vis rerum, vel quæ ab ipso fiebat palam, vel ab ejus præconibus celebrabatur in orbe toto, eas subdidit appetitionum flamas; et ad unius credulitatis assensum mente una concurrenre gentes et populos fecit, et moribus dissimillimas nationes. Enumerari enim possunt atque in usum computationis venire ea quæ in India gesta sunt apud Seras, Persas, et Medos: in Arabia, Ægypto; in Asia, Syria; apud Galatas, Parthos, Phrygas; in Achaia, Macedonia, Epiro; in insulis et provinciis omnibus, quas Sol oriens atque occidens lustrat: ipsam denique apud dominam Romam. Athanasius, in Epistola Synodica quæ apud Theodoreum est, libro iv. cap. 8. Ecclesiæ Christianæ commemorat Hispaniæ, Britanniæ, Galliæ, Italîæ, Dalmatiæ, Myriæ, Macedonia, Græciæ, Africæ, Sardiniae, Cypri, Cretæ, Pamphyliæ, Isauriæ, Lyciæ, Ægypti, Libyæ, Ponti, Cappadociae. Theodoreus, adversus Græcos Sermone viii. p. 111. de Apostolis sic loquitur: Ἡνίκα μὴ γὰρ μιὰ τὸν εὐπάτερον ἰσχυρόν, νῦν μὴ ταχὺ τέρτυον, νῦν

lata possessione possit contendere? nam, si Pa-

δὲ ταῦτα ικεῖναι ἴθοίσιν, γράπται δὲ Ισ-
τορίαις, ἡ Κελτοῖς διελίγοντο
ἰστιοῦ δὲ τῷδε ικεῖναι ιχθύμπεσαι
οὐδὲ γραπτοῖμφθησαι, ἀπαρτοῖς
αὐτῶν ιδεῖληχοῖς ἀπολαύσιν, καὶ
μόνοις Ρωμαῖοις, γράπται τὸν τέ-
ταν ἀγαπᾶσι ζυγὸν, καὶ ὅπερ τέ-
ταν θύνονται, ἀλλὰ γράπται,
γράπται, καὶ Μασσαγεῖται, καὶ
Σαυραμάται, καὶ Ἰνδοὶ, γράπται,
τις, γράπται, ικεῖναι, ἀπα-
ρτα τῆς οἰκουρίας τὰ τιμωματα.
Olim enim mortale corpus indu-
ti, nunc hos, nunc illos accede-
bant; modo Romanis loquentes,
modo Hispanis, aut Gallis: at,
postquam ad eum ierunt a quo
missi fuerant, omnes populi il-
lorum frumentari laboribus; non
Romani tantum, et qui Romana
amant imperia, et ab ipsis re-
guntur; sed et Persæ, et Scy-
tha, et Massagetae, et Sauro-
matæ, et Indi, et Αἴθιopes, et,
ut summatum rem eloquar, omnes
qui sunt intra oras habita-
biles. Idem, Sermone ix. p.
129. conversis gentibus annu-
merat Persas, Massagetas, Ti-
barenos, Hyrcanos, Caspios,
Scythas. Hieronymus, epita-
phio Nepotiani, Christianis
annumerat Indos, Persas, Got-
thos, Αἴgyptios, Bessos, et pel-
litos populos: in epistola ad
Leetam, Indos, Persas, Αἴthio-
pas, Armenios, Hunnos, Scy-
tha, Getas: in Orthodoxi et
Luciferiani Dialogo, Britannos,
Gallos, Orientem, Indorum
populos, Iberos, Celtiberos, Αἴ-
thiopas. Chrysostomus, Homilia
vi. in Ethico, ad priorem

ad Corinthios, ii. 1—5. Πότε γράπται γράπται τὸν Βαρβά-
ρον, γράπται τὴν Ινδον, γράπται αὐτὰ τῷ
Πλατῶν τὰ πιραταί ερίπετο, τὰ
ὅρατα τῶν λιγύρων μένοντας;
Quonodo vero quae ab iis scripta
sunt, ad terras barbarorum, eti-
am Indorum, ipsos denique fines
Oceanii pervenissent; nisi aucto-
res illi fide digni fuissent?
Idem, posteriore Homilia in
Pentecosten, t. v. p. 612. 36.
Ἐρχεται τὸ Πηνύμα τὸ ἄγιον ἐν
ἴδιῳ γλωσσοῦ, ικάρῳ μερίζει
τῆς κατὰ οἰκουρίαν διασπολίας
τὰ εἰδίρατα, καὶ διὰ τῆς δοδού-
σης γλώσσης, παθάστη δέλτη
τον, γνωρίζοντες τὸν ικ-
τισιδιόντες ἄγρης τον οἶρον. Venit Spiritus
sanctus in linguarum specie, di-
videns unicuique orbis regiones
quas instituerent; et per con-
cessum linguae domum, velut co-
dicillis quibusdam, definiens ter-
minos mandati ipsis magistralibus
imperii. Idem, oratione ege-
gia Christum esse Deum, init.
t. vi. p. 622. 48. Ἐρέμει, ἔτ-
ει οὖν ἀνθρώποις ψιλῇ τοσσούτῳ
τον βραχῖον καὶ τὸ πτερυγίδιον οἰ-
κουμένην γῆν γράπται θάλασσαν, καὶ
ἰστι ταῦτας καλοῖς πράγματι
ἔνος καὶ σωτῆρα, οὐδὲ ἀπότιστο
πονήσιας προσαπτηλημάτων ἀνθρώ-
πος, μᾶλλον δὲ ὅπερ τοσσούτη
κακίας κατεχομένες. Καὶ ίρη
Ιοχατος τότε ταῦτα τὸ τῷ
ἀνθρώποις γίνονται ιλευθερώσονται,
οὐχ Ρωμαῖοι μόνοι, ἀλλὰ καὶ
Πέρσοις, γράπται τὰ τὸν βαρ-
βάρον γίνονται. Non est meri ho-
minis tantum orbis brevi spatio
peragrare terra marique, ad

ganismum dixeris, nomen unum dixeris, non religionem unam. Nam nec idem adorabant; (alii enim astra, alii elementa, alii pecudes, alii res non subsistentes;) nec eadem ex lege, nec ullo communi magistro. Judæi sparsi quidem, sed gens una; nec post Christum eorum religio ulla accepit notabilia incrementa: imo lex ipsorum magis per Christianos, quam per ipsos innotuit. Mahumetismus satis multas terras insidet, sed non solus. Nam per easdem terras colitur et Christiana religio, aliquibus in locis numero majore: cum contra Mahumetistæ non reperiantur in partibus plerisque, ubi sunt Christiani.

§. XXI. Considerata infirmitate ac simplicitate eorum, qui eam primis temporibus docuerunt;

Sequitur et hoc videamus, quibus instrumentis progressus fecerit Christiana religio; ut hac quoque parte cum aliis contendatur. Videmus ita plerosque homines comparatos esse, ut regum et potentum exempla facile sequantur; eoque magis, si lex etiam et coactio adsit: hinc Paganicarum religionum, hinc Mahumeticæ incrementa. At, qui Christianam religionem primi docuerunt, non modo

res tales tali modo vocare homines, mala connexudine occupatores, tunc a tanta malitia possessos; et tamen ab his malis liberare humanum valuit genus, non

Romanos tantum, sed et Persas, et omnes barbarorum gentes. Vide et quæ sequuntur lectu dignissima.

sine imperio omni fuerunt, sed et fortunæ humiliis, piscatores, textores, et si quid his simile. Et horum tamen opera dogma illud intra annos triginta, aut circiter, ^c non tantum per omnes Romani imperii partes, sed ad Parthos quoque et Indos pervenit. Nec tantum ipso initio, sed per tria ferme sæcula, privatorum opera, sine minis ullis, sine ullis invitamentis, imo renitente quam maxime eorum vi qui imperia obtinebant, promota est hæc religio; ^d ita ut, antequam Constantinus Christianismum profiteretur, hæc pars Romani orbis prope major esset. Apud Græcos qui morum præcepta tradiderunt, aliis simul artibus reddebant se commendabiles; ut Geometriæ studio Platonici, Peripatetici animantium ac plantarum historia, Stoici dialectica subtilitate, numerorum et concentuum cognitione Pythagorici: multis affuit et admirabilis quædam facundia, ut Platoni, Xenophonti, Theophrasto. At primis Christianismi doctoribus ars talis nulla; ^e sermo simplicissimus et sine illecebris sola præcepta, promissa, minas nuda oratione pro-

^c Non tantum per omnes Romani imperii partes] Rom. xv. 19.

^d Ita ut, antequam Constantinus Christianismum profiteretur, hæc pars Romani orbis prope major esse] Jam suo ævo Tertullianus dixerat, Apologeticæ, cap. xxxvii. *Hesterni sumus, et vestra omnia implevi-*

mus; urbes, insulas, castella, municipia, conciliabula, castra ipsa, tribus, decurias, palatium, senatum, forum. Sola vobis relinquimus templo.

^e Sermo simplicissimus] Prudenter id notatum Chrysostomo, 1. ad Cor. i. 17. Hom. iii. et Theodoreto, post recitata jam verba, p. 111.

ferens: quæ cum per se non habeant efficaciam parem tantis progressibus, omnino necesse est statuamus, aut miracula affuisse, aut arcanam Dei actionem aspirantem negotio, aut utrumque.

§. XXII. Et maximis impedimentis, quæ homines retraherent ab ea amplectenda, aut a profitenda deterrerent.

Cui considerationi et hæc addenda est, quod qui Christianismum illis docentibus receperunt, animum non habebant a certa norma religionis vacuum ac proinde ductilem, ut qui Paganica sacra, et Mahumetis legem primi suscepserunt; multoque minus antecedente quadam institutione præparatum, sicut Hebræi circumcisione et unius Dei cognitione ad legem Mosis acceptandam idonei erant redditi; sed contra impletum opinionibus, et consuetudine, quæ velut altera natura est, repugnante cum istis novis institutis; educati scilicet, legumque et parentum auctoritate confirmati in sacris Paganicis, aut Judaicis ritibus. Huic obstaculo accedebat non minus alterum; gravissima scilicet mala, quæ Christianismum susceptiblebus eam ob causam ferenda aut metuenda constabat. Cum enim a malis talibus abhorreat humana natura; sequitur, ut, quæ eorum malorum causæ sunt, non nisi difficilime recipientur. Honoribus arcebantur diu

Christiani: accesserunt multæ, et bonorum publicationes, et exilia: sed levia hæc: damnabantur ad metalla: iis affiebantur tormentis, quibus crudeliora nulla reperiri poterant: supplicia vero ad mortem tam frequentia, ut testentur illorum temporum scriptores nulla fame, nulla pestilentia, nullo bello plus hominum uno tempore absumptum. Nec vulgaria erant mortium genera, sed ^f vivicomburia, cruces, atque id genus pœnæ; quæ sine maximo horrore legi aut cogitari non possunt: atque hæc sævitia, quæ non longis interpositis spiramentis, et his ipsis non ubique, ad Constantini ferme tempora in orbe Romano, alibi longius duravit, adeo eos non imminuit, ut contra sanguis eorum semen esse diceretur: ita recisis plures succrescebant. Comparemus hic quoque cum Christianismo religiones alias. Græci Paganique cæteri, soliti sua in majus attollere, paucos numerant qui dogmatis causa mortem toleraverint, Gymnosophistas aliquos, Socratem, haud multo plures: sed his viris notissimis quin aliqua inesse potuerit famæ ad posteritatem transmittendæ cupiditas, vix est ut negetur. At inter Christianos, mortem ob suum dogma perppersos, fuere homines de plebe plurimi, vix vicinis suis cogniti; mulieres, vir-

^f Vivicomburia, cruces, atque id genus pœnæ] Domitius Ulpianus nobilis Jurisconsultus libros septem scripsit, qui-

bus pœnis affici debarent Christiani. Lactantius meminit, libro v. cap. 11. 19.

gines, adolescentes; quibus nec appetitus intereat, nec spes probabilis duraturi nominis: sicut et pauci sunt quorum nomina in Martyrologiis extant, & præ numero eorum, qui eam ob causam supplicium tolerarunt, et tantum in cumulum recensentur. Accedit, quod levi aliqua simulatione, puta thuris jactu in aram, plerique se liberare a tali pœna potuerunt; quod de illis dici non potest, qui, qualemcunque sensum in corde premerent, certe in factis conspicuis ad vulgi mores se aptaverant: ita ut prope ob Dei honorem mortem subiisse non aliis tribui possit, quam Judæis et Christianis: ac ne Judæis quidem, post Christi tempora: ante ea vero paucis, si cum Christianis compararentur; quorum plures in una aliqua provincia pro Christi lege supplicium tolerarunt, quam unquam Judæi, quorum omnis patientia ejus generis ferme ad Manassis et Antiochi tempora redigitur. Quare, cum Christiana religio hac quoque in parte tam immensum cæteras excellat, merito aliis anteponenda est. Ex illa tanta multitudine omnis generis sexusque ho-

[Præ numero eorum, qui eam ob causam supplicium tolerarunt, et tantum in cumulum recensentur] Ut massa candida trecentorum Carthaginæ, quorum memoria in Martyrologio Romano xxiv. Augusti: plurimi in Africa sub Severo: sub Valeriano, Antiochiae, et in Arabia, Cappadocia, et Mesopotamia: in Phrygia, in Ponto sub Maximino: Nicomedie, in Numidia, Romæ, in Thebaide, Tyro, Treveris sub Diocletiano: in Perside sub Cabada, Sapore: quorum sine nominibus mentio in Martyrologio.

minum tot locis ac sæculis distinctorum, qui pro hac religione mori non dubitarunt, colligendum, magnam aliquam tantæ constantiæ fuisse causam; quæ alia cogitari non potest, quam lux veritatis et Dei Spiritus.

§. XXIII. Respondetur his, qui plura et validiora argumenta requirunt.

Si quis allatis hactenus argumentis pro Christiana religione satis sibi factum non putet, sed magis urgentia desideret; scire debet, ^h pro rerum diversitate diversa quoque esse probandi genera; alia in Mathematicis, alia de affectionibus corporum, alia circa deliberationes, alia ubi facti est quæstio; in quo genere sane standum est nulla suspicione laborantibus testimoniis: quod ni admittitur, non modo omnis historiæ usus periit, medicinæ quoque pars magna; sed et omnis quæ inter parentes liberosque est pietas, ⁱ ut quos haud aliter nos-

^h Pro rerum diversitate diversa quoque esse probandi genera] Aristoteles, Ethicorum ad Nicomachum lib. i. 3. Λίγυτο δὲ οὐκανός, τι κατὰ τὴν ὑπερηφάνην ὅλην διασφέδειν. τὸ γὰρ ἀκρίτις ἄχει ὁμοίως οὐκανεῖ τοῖς λόγοις ἐπιζητεῖσθαι. Satis de re dictum erit, ubi ea explicabitur quantum fert materia: exacta enim tractatio non pari modo in omni genere quærenda est. Metaphysicorum i. parte posteriore, capite ulti-

mo: Τὴν δὲ ἀκρίσιοις τὴν μαθηματικὴν οὐκ οὐκ ἀπαντεῖσθαι. Certitudo mathematica non in omnibus rebus quærenda est. Chalcidius ad Timaeum, ex Platonis sententia, p. 220. Credulitatem omnes doctrinas præcedere; maxime cum non quorumlibet, sed magnorum et prope divinorum viorum sit assertio.

ⁱ Ut quos haud aliter noscamus] Homerus, Odyss. A. 216.

camus. ^k Voluit autem Deus id quod credi a nobis vellet, sic ut illud ipsum credere tanquam obedientiam a nobis acceptaret, non ita evidenter patere, ut quæ sensu aut demonstratione percipiuntur; sed quantum satis esset ad fidem faciendam, remque persuadendam homini non pertinaci; ut ita sermo Evangelii tanquam lapis esset Lydius, ad quem ingenia sanabilia explorarentur. Nam cum ea quæ diximus argumenta tam multos probos, eosdemque sapientes in assensum traxerint; hoc ipso liquet, apud cæteros incredulitatis causam non in probationis penuria esse positam, sed in eo ^l quod nolint verum videri id quod af-

—Οὐ γάρ των τοις ιδίαι γίνεται αὔτοις ἀπίγνωσις.

—Generis nemo sibi conscientia ipse est:

Exactissimo scilicet sciendi generere.

^k Voluit autem Deus, &c.] Duo sunt genera dogmatum, in religione Christiana; quorum altera possunt philosophice demonstrari, altera non possunt. Priora sunt existentia Dei, creatio Mundi, Dei providentia, et sanctitas atque utilitas ejus praeceptorum; quæ omnia possunt demonstrari, suntque a Grotio et aliis ita demonstrata, ut necesse sit ea admitti, nisi Rationi nuncius remittatur. Attamen affectus, qui iis contrarii sunt, obstant ne ab Incredulis admittantur; quia, si vera agnoscerentur, ii affectus

essent exuendi, quod nolunt iis dudum adsueti. Posteriora sunt facta historica, quibus veritas Evangelii nititur, et quæ sunt a Grotio exposita et historicis argumentis probata. Ea etiam firma argumenta haberentur ab Incredulis, quemadmodum probationes omnium Historiarum, quas non negant, quamvis non viderint; nisi eadem adversaretur ratio, ab affectibus petita, qui obstant ne ea admittantur, quibus admissis, inolitis consuetudinibus esset valedicendum. Vide libellum nostrum Gallicum, de *Incredulitate*. Clericus.

^l Quod nolint verum videri id quod affectibus suis adversatur] Tractat hoc pulchre Chrysostomus, 1 Cor. cap. iii. Hom. vii. in principio. Idem,

fectibus suis adversatur: quod scilicet durum illis sit, honores et alia commoda parvi ducere; quod faciendum sit, si ea recipient quæ de Christo narrantur, ac propterea etiam Christi præceptis obtemperandum putent. Idque eo ipso detegitur, quod multas alias narrationes historicorum pro veris habeant, quas tamen veras esse sola auctoritate constet; non etiam manentibus in hunc diem vestigiis, qualia habet Christi historia; partim confessione Judæorum qui nunc supersunt, partim iis qui ubique reperiuntur Christianorum cœtibus, quorum omnino causam aliquam extitisse oportuit. Cumque illa religionis Christianæ tam diuturna continuatio, et tam late diffusa propagatio ad nullam humanam efficaciam referri possit; sequitur, ut tribuenda sit miraculis: aut, si quis miraculis neget id factum, ^m hoc ipsum, quod sine miraculo tale quid tantas acceperit vires, majus habendum est omni miraculo.

ad Demetrium, t. vi. p. 140.
21. Τὸν ἀποστόλον ταῖς ἴντολαῖς, οὐκ εὖ πρὸς τὴν ιστολήνων ιδεολύθους τῶν ἴντολῶν γίνεται.
Quod præceptis non creditur, ex inertia ad implenda quæ præcepta sunt venit.

^m Hoc ipsum, quod sine mi-

raculo tale quid tantas acceperit vires, majus habendum est omni miraculo] Tractat hoc argumentam Chrysostomus, 1. ad Corinth. cap. i. in fine, t. iii. p. 272. 15. et Augustinus, de Civitate Dei libro xxii. cap. 5.

HUGO GROTIUS

DE

VERITATE

RELIGIONIS CHRISTIANÆ.

LIBER TERTIUS.

§. I. *Pro auctoritate librorum Novi Fœderis.*

QUI jam his quæ allata sunt argumentis, aut siqua præter hæc sunt alia, persuasus eam quam Christiani profitentur religionem veram optimamque crediderit; ut partes ejus omnes ediscat, mittendus est ad libros antiquissimos eam religionem continentes, quos Novi Testamenti aut Fœderis potius libros dicimus. Inique enim faciat, si quis neget illis libris eam religionem contineri, sicut Christiani omnes affirmant; cum omni sectæ, sive bonæ sive malæ, æquum sit credi in eo, quod asserunt hoc aut illo libro sua dogmata contineri: sicut Mahumetistis credimus, Mahumetis religionem

contineri Alcorano. Quare cum supra jam probata sit veritas religionis Christianæ, simulque constet eam ipsam his libris contineri; satis vel hoc solo astruitur illis libris sua auctoritas. Si quis tamen eam magis speciatim sibi monstrari postulet; primum illam ponemus usitatam apud æquos omnes judices regulam, ut, qui impugnare velit Scriptum aliquod multa per saecula receptum, ^a ei incumbat onus afferendi argumenta Scripto fidem derogantia: quod si id facere nequeat, defendendum librum velut in possessione suæ auctoritatis.

*§. II. Libros, qui nomina præscripta habent,
eorum esse quorum nomen præferunt.*

Dicimus ergo Scripta, de quibus dubitatum inter Christianos non est quæque certum nomen præferunt, ejus esse scriptoris cuius titulo insigniuntur: quia scilicet primi illi, puta Justinus, Irenæus, ^b Clemens, ac deinceps alii, sub his ipsis nominibus eos libros laudant: cui accedit, quod ^c Tertullianus aliquot librorum ip-

^a *Ei incumbat onus afferendi argumenta Scripto fidem derogantia]* Baldus, in rubrica de Fide instrumentorum. Vide et Gaiilium, lib. ii. Obs. cxlix. num. 6. et 7. et quos ibi profert.

^b *Clemens]* Extat tantum Clementis Ep. ad Corinthios; ubi loca quidem Novi Testamenti proferuntur, sed sine

nomine Scriptorum. Itaque potuisse Clementis nomen omitti; imo etiam Justini, qui nomina addere non solet. *Clericus.*

^c *Tertullianus]* De præscriptione adversus hæreticos, cap. xxxvi. *Age jam qui voles curiositatem melius exercere in negotio salutis tuæ, percurre Ecclesiæ Apostolicas; apud quas*

sa archetypa suo adhuc tempore ait extitisse: quodque omnes Ecclesiæ illos libros tanquam tales, antequam conventus ulli communes habiti essent, receperunt: neque aut Pagani aut Judæi unquam controversiam moverunt; quasi non eorum essent opera, quorum dicebantur: ^d Julianus vero aperte etiam fatetur, Petri, Pauli, Matthæi, Marci, Lucæ esse ea, quæ Christiani legunt iisdem nominibus inscripta. Homeri aut Virgilii esse, quæ eorum dicuntur, nemo sanus dubitat; ob perpetuum de hoc Latinorum, de illo Græcorum testimonium: quanto magis de horum librorum auctoribus standum est testimonio prope omnium, quotquot per orbem sunt, gentium!

§. III. *De libris olim dubitatis sublatam dubitationem.*

Sunt sane in eo, quo nunc utimur, volumine libri aliquot non ab initio pariter recepti; ut ^e Petri altera, ea quæ Jacobi est, et Judæ, duæ

ipse adhuc cathedræ Apostolo-
rum suis locis præsident; apud
quas ipsæ authentice literæ eo-
rūm recitantur. Quidni ipsa
manus Apostolorum tum ex-
titerit, cum Quintilianus, i. 7.
dicat suo tempore extitisse
manum Ciceronis; Gellius, ii.
^{3.} *Virgilii suo tempore?*

^d *Julianus vero aperte etiam*
fatetur, Petri, Pauli, Matthæi,
Marci, Lucæ esse ea, quæ Chris-

tiani legunt iisdem nominibus in-
scripta] Exstat locus libro Cy-
rilli decimo, init. p. 327. A.
[Vide et adnotata a nobis, in
Dissertatione de IV. Evange-
liis Harmoniæ Evangelicæ sub-
jecta. Clericus.]

^e *Petri altera]* De hac ta-
men ipse Grotius dubitabat;
cujus dubitationis rationes ipse
reddidit, initio adnotationum
ad eam Epistolam. Sed quam-

sub nomine Joannis Presbyteri, Apocalypsis, et ad Hebræos epistola: sed ita tamen, ut a multis Ecclesiis sint agniti; quod ostendunt Christiani antiqui, cum illorum testimonii tanquam sacris utuntur: unde credibile est Ecclesias, quæ ab initio eos libros non habuerunt, eo tempore eos ignorasse, aut de iis dubitasse; postea autem de rei veritate edoctas ad cæterarum exemplum iis libris uti coepisse, ut nunc ferme omnibus in locis fieri videmus. Neque vero causa idonea fingi potest, cur illos libros quisquam supposuerit; cum nihil inde colligi possit, quod non aliis indubitatis libris abunde contineatur.

**§. IV. Libris sine nomine constare auctoritatem
ex qualitate scriptorum.**

Non est etiam, quod fidem quis detrahat epistolæ ad Hebræos, eo solo nomine quod neosciatur ejus scriptor; ac similiter duabus epistolis Joannis et Apocalypsi, quod dubitent nonnulli an earum scriptor Joannes sit Apostolus, an alius quis ejus nominis. ^f In scriptoribus enim qualitas magis, quam nomen attenditur. Itaque multos libros historicos re-

vis una aut altera Epistola in dubium revocaretur; nec propterea ceteræ dubiæ fierent, nec nulla fidei Christianæ pars, quæ abunde alibi tradita est, peri-

ret. *Clericus.*

^f *In scriptoribus]* Aptius dixeris, *in scriptis*, seu libris; et hæc fuit mens Grotii, ut sequentia ostendunt. *Clericus.*

cipimus quorum scriptores nescimus, ut de bello Alexandrino Cæsaris; nempe quia videamus eum, quisquis fuit, et illis vixisse temporibus, et rebus interfuisse. Sic etiam cum qui libros scripserunt, de quibus nunc agimus, et prima ætate se vixisse testentur, et donis Apostolicis fuisse præditos; sufficere id nobis debet. Nam, si quis dicat potuisse fingi has qualitates, item in aliis Scriptis etiam nomina, rem dicat minime credibilem; eos scilicet, qui ubique veritatis ac pietatis studium inculcant, nulla de causa voluisse se crimine falsi obstringere; quod non tantum apud bonos omnes detestabile est, sed & Romanis etiam legibus capite puniebatur.

§. V. Hos scriptores vera scripsisse; quia notitiam habebant eorum quæ scribebant,

Constare ergo debet, libros Novi Fœderis scriptos ab illis quorum nomina præferunt, aut a talibus quales ipsi se testantur: quibus si accedat, ut itidem constet illis et nota fuisse quæ scribebant, neque studium fuisse mentiendi; sequetur, ut quæ scripserunt vera sint; cum omne falsum aut ab ignorantia, aut a mala voluntate debeat proficiisci. Matthæus, Joan-

* *Romanis etiam legibus capitale puniebatur]* L. Falsi nomini. D. de lege Cornelia. Paulus, libro v. sententiarum, tit. xxv. §. 10. et 11. Pœnæ ex- empla vide apud Valerium Maximum, librorum ejus fine; et apud Capitolinum, in Pertinace, cap. x.

nes, Petrus, Judas ex sodalitio illorum duodecim fuere, quos Jesus vitæ suæ ac dogmatum testes elegerat; ^h ita ut notitia illis eorum, quæ narrant, deesse non potuerit. Idem de Jacobo dici potest; qui aut Apostolus fuit, aut, ut alii volunt, ⁱ proximus consanguineus Jesu, et ab Apostolis constitutus Hierosolymorum Episcopus. Paulus quoque ignorantia falli non potuit circa dogmata, quæ sibi ab ipso Jesu in cœlo regnante revelata profitetur; neque magis circa res a se gestas falli ipse potuit, aut etiam Lucas ^k individuus ei itinerum comes. Idem Lucas quæ de vita ac morte Jesu scripsit facile scire potuit, natus in locis proximis, per ipsam Palæstinam peregrinatus; ^l ubi et locutum se ait cum iis, qui oculati rerum testes fuerant. Haud dubie præter Apostolos, qui buscum amicitiam habuit, alii quoque multum vivebant ab Jesu sanati, et qui morientem ac redivivum viderant. Si Tacito et Suetonio credimus de his quæ multo ante eos natos contigerunt, quod eorum diligenti inquisitioni confidamus; quanto huic scriptori sequius est

^h *Ita ut notitia illis eorum, quæ narrant, deesse non potuerit.*] *Clericus.]*
Joh. xv. 27. Idem, 1. Epist. i. 1. Actor. i. 21, 22.

ⁱ *Proximus consanguineus Jesu.]* Ita et alii sentiunt non pauc, et ubique Chrysostomus. Vide et Josephum, A. J. xx. 8. [Additio et Eusebium, H. E. lib. ii. cap. 1. et 23.

^k *Individuus ei itinerum eorum,* ^l *Vide Actor. xx. et seqq.*
Coloss. iv. 14. 2 Tim. iv. 11. Philem. 14.

^l *Ubi et locutum se ait cum iis, qui oculati rerum testes fuerant?* In proemio Evangeliorum historiarum.

credi, qui se omnia ab ipsis qui inspexerant hausisse dicat ! ^m Marcum constans fama est Petro semper hæsisse comitem ; ita ut quæ scripsit ille habenda sint, quasi Petrus, qui res illas ignorare non potuit, ipse dictasset : præter quod, quæ ille scribit, etiam in Apostolorum Scriptis reperiuntur pene omnia. Neque falli potuit Apocalypseos scriptor in iis visis, ⁿ quæ sibi divinitus immissa dicit ; ^o aut ille ad Hebræos in iis, quæ profitetur se aut a Dei Spiritu, aut ab Apostolis ipsis didicisse.

§. VI. *Et quia mentiri solebant.*

Alterum quod diximus, non fuisse ipsis mentiendi voluntatem, connexum est cum eo quod supra tractavimus, cum generatim Christianæ religionis et historiæ resurrectionis Christi fidem astrueremus. Qui testes ex parte voluntatis refellunt, necesse est aliquid afferant, quo voluntatem credibile sit a vero dicendo diverti. Id autem hic dici non potest. Nam, si quis objiciat ipsorum causam agi, videndum erit cur ipsorum sit hæc causa : non sane commodi consequendi, aut vitandi periculi alicujus gra-

^m *Marcum constans fama est Petro semper hæsisse comitem]* Irenæus, lib. iii. cap. 1. Clemens in Hypotyposeon libris, citatus in Ecclesiastica Eusebii historia, vi. 14.

ⁿ *Quæ sibi divinitus immissa dicit]* Apoc. i. 1, 2. iv. 1. et

sequentibus ; xxii. 18, 19, 20, 21.

^o *Aut ille ad Hebræos in iis, quæ profitetur se aut a Dei Spiritu, aut ab Apostolis ipsis didicisse]* Hebr. ii. 4. v. 14. xiii. 7, 8, 23.

tia; cum hujus professionis causa et commoda omnia amitterent, et nulla non adirent pericula. Causa ergo haec ipsorum non fuit, nisi ob Dei reverentiam; quæ certe neminem inducit ad mentiendum, in eo maxime negotio unde humani generis æterna salus pendeat. Tam impium facinus de illis credi vetant et p dogmata pietatis ubique plenissima, et vita ipsorum nunquam ullius mali facinoris accusata, ne ab inimicissimis quidem; qui solam illis imperitiam objiciunt, quæ non est nata falsimoniam parere. Quod si vel minimum quid in ipsis fuisset malæ fidei, non ipsi suas culpas æternæ memoriae prodidissent: q ut de omnium fuga in Christi periculo, ^r de Petro ter negatore.

§. VII. Astraruitur scriptoribus fides inde, quod miraculis illustres fuerint:

Contra vero bone ipsorum fidei Deus ipse testimonia illustria reddidit, editis prodigiis;

^p Dogmata pietatis ubique plenissima] Et mendacio infesta: Johan. xiv. 17. xv. 26.

xvi. 18. xvii. 17. 19. xviii.

37. Actor. xxvi. 25. Rom. i.

25. 2 Thess. ii. 10. 1 Joh. i.

6, 8. ii. 4. 21. 2 Cor. vi. 8.

Eph. iv. 15, 25. Coloss. iii. 9.

Apoc. xxii. 15. 2 Cor. xi. 31.

Gal. i. 20. Vide quam sollicite

Paulus distinguat quæ a se

sunt, et quæ a Domino, 1

Cor. vii. 10, 12. quam formidet dicere, quæ vidit, in corpore an extra corpus viderit, 2 Cor. xii. 9.

^q Ut de omnium fuga in Christi periculo] Matth. xxvi. 31, 56.

^r De Petro ter negatore] Matth. xxvi. 69. et sequentiibus;

Marc. xiv. 66. et sequentibus; Luc. xxii. 54. et sequentibus.

* quæ cum magna fiducia ipsi ipsorumve discipuli publice asseverarunt, additis personarum locorumque nominibus et circumstantiis cæteris; ita ut facillime posset a Magistratibus, inquisitione facta, veritas aut falsitas asseverationis detegi: inter quæ dignum observatione est, quod et ^t de linguarum quas non didicerant usu apud multa hominum millia, et de sanatis subito corporum vitiis in populi conspectu constantissime prodiderunt. Neque eos deterruit, quod scirent iis temporibus Judæos magistratus sibi esse infestissimos, et Romanos iniquos admodum: qui nullam omissuri essent ipsos, tanquam novæ religionis auctores, aliquo crimine traducendi materiam. Neque vero aut Judæi aut Pagani unquam negare proximis illis temporibus ausi sunt, prodigia ab his viris edita; ^u imo Petri miracula Phlegon, Adriani Imperatoris libertus, in Annalibus suis commemoravit; et ipsi Christiani in his libris, quibus fidei suæ rationem Imperatoribus, Senatui, Præsidibus reddunt, ^x facta hæc tan-

* Quæ cum magna fiducia ipsi ipsorumve discipuli publice asseverarunt] Vide tota Acta Apostolica; 2 Cor. xii. 12.

^t De linguarum quas non dicerant usu] Loca supra producta sunt.

^u Imo Petri miracula Phlegon, Adriani Imperatoris libertus, in Annalibus suis commemo-

ravit] Libro xiii. Testis Origenes, contra Celsum ii. 14. Est autem hic ipse Phlegon, cuius reliquias de Mirabilibus rebus et de hominibus longævis habemus.

^x Facta hæc tanquam notissima, et de quibus dubitari non posset, affirmant] Loca sunt plurima, maxime apud Ori-

quam notissima, et de quibus dubitari non posset, affirmant: imo et ^y apud sepulchra eorum vim mirificam durasse per aliquot s^ecula, aperte prae^dicant; cum non nescirent, si id falsum esset, facillime a magistratibus cum ipsorum pudore ac supplicio revinci posse. Fuit vero prodigiorum apud sepulchra quae dixi editorum tanta frequentia, tot eorum testes, ^z ut etiam Porphyrio ejus rei confessionem expresserint.

genem. Vide totum esp. viii. Augustini libro xxii. de Civitate Dei.

^y *Apud sepulchra*] Miracula apud sanctorum virorum sepulchra tum coepерunt jactari, cum, rerum potentibus Christianis, lucro coepерunt esse iis, in quorum Ecclesiis sepulta erant Martyrum, aliorumve cadavera. Quare nollem hoc argumento uti; ne certis miraculis, una cum dubiis aut commentitiis, fides detrahatur. Notum est quot fabulae a iv. saeculo narratae sint, hac de re. Sed Origenes ejusmodi miraculorum non meminit. Quin et, lib. vii. 8. contra Celsum, ait signa *Spiritus Sancti ab initio prædicationis Jesu, et post ejus adscensionem plura ostensa; postea vero pauciora.* Verumtamen, inquit, nunc quoque sunt ejus vestigia apud paucos, qui purgatos habent animos verbo et huic convenientibus actionibus. Σημεῖα δι τοῦ ἀγίου πνύματος κατ' ἄρ-

χὴς μὲν τῆς Ἰησοῦ διδασκαλίας, μετὰ δὲ τὴν ἀνάληψιν αὐτοῦ, πλέοντα διδασκαλίαν, συγχρόνη δι λάτερον πλὴν καὶ τὸν ἕτερον ἱχνη τοῦ αὐτοῦ παρ' ἀλίγας τὰς ψυχὰς τῷ λόγῳ καὶ ταῖς κατ' αὐτὸν πρᾶξεσιν κινεῖσθαι. Quis credit uno atque altero saeculo post Origenem, cum minus opus erat, tot facta esse miracula? Certe iv. et v. saeculi miraculis tam fides, sine flagitio, detrahi potest; quam, sine impudentia, Christi et Apostolorum miraculis negari nequit. Miracula haec, non sine periculo, prædicari potuerunt: illa non sine periculo rejici, nec sine utilitate eorum, qui forte fingebant, credi. Quod magnum est discrimen. *Clericus.*

^z *Ut etiam Porphyrio ejus rei confessionem expresserint*] Vide Cyrillum, lib. x. contra Julianum; et Hieronymum, adversus librum Vigilantii, t. ii. p. 409. G.

§. VIII. *Et scriptis inde, quod ibi multa sint : quæ eventus comprobavit divinitus revelata ;*

Sufficere quidem hæc debent, quæ diximus ; sed et alia suppetunt in cumulum argumenta, quæ fidem librorum illorum nobis commendant. Multa enim in illis prædicta apparent, de rebus quas homines snapte vi nosse non quirent, quæ ipso eventu mire sunt confirmata : ^a ut de subita atque ingenti hujus religionis propagatio- ne ; ^b de duratione ejus perpetua ; ^c de ea rejicienda a Judæis plerisque, ^d amplectenda vero ab extraneis ; ^e de odio Judæorum in profitentes hanc religionem ; ^f de suppliciis gravissimis ob eam subeundis ; ^g de obsidione et excidio Hierosolymorum ac Templi, ^h summisque Judæo- rum calamitatibus.

^a Ut de subita atque ingenti hujus religionis propagatione] Matth. xiii. 33. seqq. Luc. x. 18. Joh. xii. 32.

^b De duratione ejus perpetua] Luc. i. 33. Matth. xxviii. 20. Joh. xiv. 16.

^c De ea rejicienda a Judæis plerisque] Matth. xxi. 33. et seqq. xxii. in principio. Luc. xv. 11. et seqq.

^d Amplectenda vero ab extra- neis] Iisdem in locis ; ac præ- terea, Matth. viii. 11. xii. 21.

xxi. 43.

^e De odio Judæorum in pro- fitentes hanc religionem] Matth. x. 17.

^f De suppliciis gravissimis ob eam subeundis] Matth. x. 21, 39. xxiii. 34.

^g De obsidione et excidio Hierosolymorum ac Templi] Matth. xxiii. 38. xxiv. 16. Luc. xiii. 34. xxi. 24.

^h Summisque Judæorum ca- lamitatibus] Matth. xxi. 33. et seqq. xxiii. 34. xxiv. 20.

§. IX. *Tum etiam ex cura quam decebat a Deo suscipi, ne falsa scripta subjicerentur.*

Ad hæc addo: quod si recipimus curare Deum res humanas, et maxime eas quæ ad honorem suum cultumque pertineant; non potest fieri, ut is tantam multitudinem hominum, quibus nihil aliud propositum erat quam Deum pie colere, passus sit falli mendacibus libris. Jam vero quod; post subortas tot in Christianismo sectas, vix ulla reperta fuit, quæ non hos libros aut omnes aut plerosque, exceptis paucis qui nihil singulare continent, amplectetur; magnum est argumentum, quo credatur nihil illis libris potuisse opponi: cum illæ sectæ tantis inter se odiis exarserint; ut quicquid his placuisset, aliis ob id ipsum disperceret.

§. X. *Solutio objectionis, quod multi libri a quibusdam rejecti fuerint.*

Fuerunt sane inter eos, qui Christiani dici volebant, pauci admodum, qui eorum librorum omnes rejicerent, quos suo peculiari dogmati videbant adversari: puta, qui aut Judæorum odio ⁴ Deum Judæorum mundi opificem et legem maledictis insectabantur; aut contra

⁴ *Deum Judæorum mundi opificem et legem maledictis insectabantur]* Vide Irenæum, lib. i. cap. 29. Tertullianum, contra Marcionem i. 6. Epiphanius, de eodem, t. i. p. 365. A.

formidine malorum, quæ Christianis etant subeunda, ^k latere volebant sub nomine Judeorum, ^t quibus impure licebat suam religionem profiteri. Sed hi ipsi ^m ab omnibus aliis qui ubique erant Christianis abdicati sunt ⁿ illis temporibus, cum adhuc omnes salva pietate dissentientes magna cum patientia ex Apostolorum præscripto tolerarentur. Horum Christianismi adulteratorum prius illud genus satis refutatum arbitror supra; cum ostendimus unum esse verum Deum, cuius opificium sit mundus: et sane ex ipsis etiam libris, quos illi, ut Christiani aliquo modo videantur, recipiunt, (^o quale est imprimis Lucæ Evangelium;) satis

^k *Latere volebant sub nomine Judeorum]* Vide Gal. ii. 11. vi. 13, 14. Philip. iii. 18. Ireneum, lib. i. cap. 26. Epiphanius, de Ebionis, t. i. p. 126. A.

^t *Quibus impure licebat suam religionem profiteri]* Actor. ix. 20. xiii. et eo libro sæpe. Philo, contra Flaccum, p. 758. et de Legatione, p. 785. Josephus passim. Adde L. Generaliter. Ds. de Decurionibus. lib. i. C. de Judæis. Tertullianus, Apologetico, cap. xviii. *Sed et Ju-dæi palum lectitant; vestigalib- libertas vulgo aditur sabbatis omnibus.*

^m *Ab omnibus aliis qui ubique erant Christianis abdicati sunt]* Tertullianus, adversus Marcionem i. 21. *Nullam A-postolici census Ecclesiam inve-*

nias, quæ non in creatore chris-tianizet.

ⁿ *Illi temporibus, cum adhuc omnes salva pietate dissentientes magna cum patientia ex Apostolorum præscripto tolerarentur]* Vide quaerere de re dicentur ad finem libri vi. Ade Irenæi épistola ad Victorinum, apud Eusebium, H. E. v. 24. et Nicephorum, iv. 39. et quod de ea in Catalogo, t. i. p. 287. scribit Hieronymus. Cyprianus, Concilio Africano: *Neminem judican tes, aut a jure communionis aliquem, si diversum senserit, amo ventes.*

^o *Quale est imprimis Lucæ Evangelium]* Ostendit id manifestissime Tertullianus, aduersus Marcionem libro iv. cap. 6. seqq.

§. IX. *Tum etiam ex cura quam decebat a Deo suscipi, ne falsa scripta subjicerentur.*

Ad hæc addo: quod si recipimus curare Deum res humanas, et maxime eas quæ ad honorem suum cultumque pertineant; non potest fieri, ut is tantam multitudinem hominum, quibus nihil aliud propositum erat quam Deum pie colere, passus sit falli mendacibus libris. Jam vero quod; post subortas tot in Christianismo sectas, vix ulla reperta fuit, quæ non hos libros aut omnes aut plerosque, exceptis paucis qui nihil singulare continent, amplectetur; magnum est argumentum, quo credatur nihil illis libris potuisse opponi: cum illæ sectæ tantis inter se odiis exarserint; ut quicquid his placuisset, aliis ob id ipsum disperceret.

§. X. *Solutio objectionis, quod multi libri a quibusdam rejecti fuerint.*

Fuerunt sane inter eos, qui Christiani dici volebant, pauci admodum, qui eorum librorum omnes rejicerent, quos suo peculiari dogmati videbant adversari: puta, qui aut Judæorum odio ⁴ Deum Judæorum mundi opificem et legem maledictis insectabantur; aut contra

⁴ *Deum Judæorum mundi opificem et legem maledictis insectabantur]* Vide Irenæum, lib. i. cap. 29. Tertullianum, contra Marcionem i. 6. Epiphanius, de eodem, t. i. p. 365. A.

formidine malorum, quæ Christianis erant subeunda, ^k latere volebant sub nomine Judæorum, ^t quibus impune licebat suam religiōtem profiteri. Sed hi ipsi ^m ab omnibus aliis qui ubique erant Christianis abdicati sunt ⁿ illis temporibus, cum adhuc omnes salva pietate dissentientes magna cum patientia ex Apostolorum præscripto tolerarentur. Horum Christianismi adulteratorum prius illud genus satis refutatum arbitror supra; cum ostendimus unum esse verum Deum, cuius opificium sit mundus: et sane ex ipsis etiam libris, quos illi, ut Christiani aliquo modo videantur, recipiunt, (^o quale est imprimis Lucæ Evangelium;) satis

^k *Latere volebant sub nomine Judeorum]* Vide Gal. ii. 11. vi. 13, 14. Philip. iii. 18. Irenæum, lib. i. cap. 26. Epiphanius, de Ebionæis, t. i. p. 126. A.

^t *Quibus impune licebat suam religionem profiteri]* Actor. ix. 20. xiii. et eo libro sæpe. Philo, contra Flacutum, p. 758. et de Legatione, p. 785. Josephus passim. Adde L. Generaliter. De de Decurionibus. lib. i. C. de Judæis. Tertullianus, Apologeticus, cap. xviii. *Sed et Judæi palam lectitant; vectigalis libertas vulgo aditur sabbatis omnibus.*

^m *Ab omnibus aliis qui ubique erant Christianis abdicati sunt]* Tertullianus, adversus Marcionem i. 21. *Nullam Apostolici census Ecclesiam inve-*

nias, quæ non in creatore christianet.

ⁿ *Illis temporibus, cum adhuc omnes salva pietate dissentientes magna cum patientia ex Apostolorum præscripto tolerarentur]* Vide quæ hac de re dicentur ad finem libri vi. Adde Irenæi épistolam ad Victorinum, apud Eusebium, H. E. v. 24. et Nicephorum, iv. 39. et quod de ea in Catalogo, t. i. p. 287. scribit Hieronymus. Cyprianus, Concilio Africano: *Neminem judicantes, aut a jure communionis aliquem, si diverseum senserit, annoventes.*

^o *Quale est imprimis Lucæ Evangelium]* Ostendit id manifestissime Tertullianus, adversus Marcionem libro iv. cap. 6. seqq.

patet, eundem Deum, quem Moses et Hebræi coluerunt, a Christo prædicatum. Genus alterum tum opportune refellemus, cum eos, qui Judæi et sunt et dici volunt, oppugnabimus. Interim hoc dicam, miram esse eorum inverecundiam qui Pauli auctoritatem elevate: cum nemo fuerit Apostolorum, qui plures Ecclesiæ instituerit; - et cujus tot miracula narrata sint jam eo tempore, cum, ut modo dicebamus, facilis esset facti inquisitio. Quod si miracula edidit; quid causæ est, cur non et de visis cœlestibus acceptaque a Christo institutione ipsi credamus? Quod si Christo tam carus fuit; ut quicquam doceret Christo ingratum, id est, falsum, fieri non potest. Quodque unum in illo culpant, dogma nempe de libertate Hebræis parta a ritibus per Mosem olim imperatis; ejus docendi præter veritatem nulla ei causa fuit: ^p cum et circumcisus esset ipse, ^q et pleraque legis ultro observaret; ^r religionis autem Christianæ causâ multa et faceret difficiliora, et duriora ferret, quam lex imperabat, aut legis occasione habebat expectandum; ^s atque eadem et faciendi et fe-

^p Cum et circumcisus esset lex imperabat, aut legis occasione habebat expectandum] 2 ipse] Phil. iii. 5.

^q Et pleraque legis ultro obserbare] Actor. xvi. 3. xx. 6. xxi. 21. et seqq.

^r Religionis autem Christianæ causa multa et faceret difficiliora, et duriora ferret, quam suis] Actor. xx. 29. Rom. v.

² Cor. xi. 28. et seqq. et passim in Actis. Vide et 1 Cor. ii. 3.

^s 2 Cor. xi. 30. xii. 10.

^r Atque eadem et faciendi et ferendi auctor esset discipulis suis] Actor. xx. 29. Rom. v.

rendi auctor esset discipulis suis : quo appareat, nihil ipsum dedisse auribus aut commodis auditorum ; qui pro sabbato ^tsingulos dies divino cultui impendere docebantur, pro exiguis secundum legem impendiis ^u bonorum omnium ferre ,jacturam, ^x et pro pecudum sanguine suum ipsorum Deo consecrare. Jam vero palam affirmat ipse Paulus, ^y sibi a Petro, Joanne, et Jacobo in signum consensus datas dexteras : quod ni verum fuisse, nunquam ausus esset dicere ; cum ab ipsis adhuc viventibus mendacii potuisset argui. His ergo quos dixi exclusis, qui vix Christianorum nomine censerit possunt, tot reliquorum cœtuum manifestissimus in recipiendis his libris consensus (supra ea quæ modo diximus de miraculis quæ scriptores ediderunt, et de singulari Dei curatione circa res hujus generis) æquis omnibus sufficere debet, ut fides narratis habeatur : quippe cum aliis quibusvis historicorum libris, quibus nulla ejus generis adsunt testimonia, credi soleat, nisi valida ratio in contrarium afferatur ; quæ hic certe nulla est.

3. viii. xii. 12. 2 Cor. i. 4,
8. ii. 4. vi. 4. 1 Thess. i. 6.
2 Thess. i. 6.

^t Singulos dies divino cultui
impendere docebantur] Act. ii.
46. v. 42. 1 Tim. v. 5. 2
Tim. i. 8.

^u Bonorum omnium ferre jac-
turam] 2 Cor. vi. 4. xii. 10.

^x Et pro pecudum sanguine
suum ipsorum Deo consecrare]
Rom. viii. 36. 2 Cor. iv. 11.
Philip. i. 20.

^y Sibi a Petro, Joanne, et
Jacobo in signum consensus
datas dexteras] Gal. ii. 9. Adde
1 Cor. xv. 11. 2 Cor. xi. 5.
xii. 11.

§. XI. *Solutio objectionis; quasi his libris contineantur impossibilia,*

Nam si quis dicat, quædam in his libris narrari quæ fieri non possint; ^{*} cum jam supra ostenderimus, esse quædam quæ ab hominibus præstari non possint, a Deo autem possint, (quæ scilicet nullam in se repugnantiam includunt,) atque earum rerum in numero esse etiam illas quas maxime miramur prodigiosas virtutes, et mortuorum in vitam revocationem, evanescit ista objectio.

§. XII. *Aut a ratione dissona.*

Neque magis audiendi sunt, si qui dicant dogmata quædam in his libris reperiri quæ a recta ratione dissonent. Nam primum refellitur hoc tanta multitudine virorum ingenio, eruditione, sapientia valentium; qui horum librorum auctoritatem secuti sunt, jam inde a primis temporibus. Tum vero quæcunque in primo libro ostensa sunt congruere rectæ rationi; (puta Deum esse, et quidem unicum, perfectissimum, immensæ virtutis, vitæ, sapientiæ, bonitatis; facta ab ipso quæcunque subsistunt; curam ejus ad opera omnia, praesertim ad homines pertingere; posse eum, etiam post hanc vitam, præmia reddere sibi obtemperantibus; frœnum injiciendum sensuum cupiditatibus;

^{*} *Cum jam supra ostenderimus]* Libro ii.

cognitionem esse inter homines, ac proinde sequunt ut alii alios diligent;) omnia hæc in his libris apertissime tradita reperias. Ultra hæc pro comperto aliquid affirmare, aut de Dei natura aut de ejus voluntate, ^a solo ductu humanæ rationis, quam sit intutum ac fallax, docent tot dissonantia non scholarum modo inter se, sed et singulorum philosophorum placita. Neque vero id mirum. Nam si ^b de mentis suæ natura differentes in longissime distantes opiniones dilabuntur; quanto magis necesse fuit id accidere de supra illa, tantoque supra nos posita mente definire aliquid cipientibus? ^c Si Regum consilia indagare rerum prudentes periculosum aiunt, nec ideo nos assequi; quis est, qui ita sit sagax, ut quid Deus velit ex earum rerum genere quas libere velle potest, id suapte conjectura speret se posse apprehendere? Quare optime Plato ^d horum nihil sciri posse dicebat sine oraculo. Jam vero nullum proferri potest oraculum, quod tale revera esse majoribus testimoniis constet, quam

^a Solo ductu humanæ rationis, quam sit intutum ac fallax] Matth. xi. 27. Rom. xi. 33, 84, 85. 1 Cor. ii. 11, 16.

^b De mentis suæ natura differentes in longissime distantes opiniones dilabuntur] Vide in operibus Plutarchi librum iv. cap 2. seqq. de Placitis Philosophorum; Stobæum, in Physis, cap. xl.

^c Si Regum consilia indagare rerum prudentes periculosum aiunt, nec ideo nos assequi] Habet id Tacitus, Annalium vi. 8.

^d Horum nihil sciri posse dicebat sine oraculo] Locus est Phædone, p. 64. D. paria in Timæo, p. 1047. D. Bene Ambrosius, Ep. xii. t. v. col. 199. K. ed. Paris. 1614. Cui magis de Deo, quam Deo credam?

ea sunt quæ in libris Novi Foederis continen-tur. Tantum abest ut probetur, ne asseritur quidem, Deum quicquam de natura sua homi-nibus prodidisse, quod his libris repugnet: peque de voluntate ipsius ulla potest proferri, quæ credibilis sit, posterior significatio. Nam si quid in eo genere rerum, quæ aut plane sunt mediæ, aut certe non omnino per se de-bitæ, nec plane turpes, ante Christi tempora aliter imperatum aut permissum fuit; id his libris non obstat, ^{cum in talibus legibus poste-} riores prioribus derogent.

§. XIII. Solutio objectionis, quod his libris quæ-dam inter se repugnantia contineantur.

Solet a nonnullis objici, esse quandam in his libris interdum sensuum discrepantiam. Sed contra, quisquis hanc rem æquis animis volet dijudicare, reperiet hoc quoque argumentis pro eorum librorum auctoritate posse adjici;

* Cum in talibus legibus poste-riores prioribus derogent] Λι μεταγνήσιαι διατάξις ἀρχηγότηται τοῦ προ αὐτῶν στοί. Constitu-tiones tempore posteriores plus valent prioribus: dictum est Modestini, L. ultima. D. de Constitutionibus principum. Tertullianus, de Exhortatione Castitatis, cap. vi. Puto autem etiam humanas constitutiones atque decreta posteriora priuatinis prævalere. Idem, Apologetico, cap. iv. Veterem et squal-lentem silvam legum novis prin-cipialium recriptorum et edicto-rum securibus truncatis et cœdi-tis. Et de Baptismo, cap. xiii. In omnibus posteriora conclu-dunt, et sequentia anteceden-tibus prævalent. Plutarchus, Symp. ix. Quest. xiii. "Εἰ το δογματικὸν εἴησαν, οὐ το ευδήκασθαι εἰσιλογίας, πολιότητα τὰ ὑπερηφανίαν καὶ βεβαιότητα τὸν πόρταν. Εἰ in decretis et in legibus, et in contractibus ac pactis, posteriora prioribus vali-diora ad firmiora habentur.

quod in rebus, quæ aliquod dogmatis aut historiæ momentum in se habent, manifestissima est ubique consensio: qualis nulla alibi inter ejusdem sectæ scriptores reperiatur, ^f sive Judeos sumas, ^g sive Græcos Philosophos, ^h aut Medicos, ⁱ sive Romanos Jurisconsultos: in quibus omnibus sæpiissime reperias non modo pugnare inter se qui sectæ sunt ejusdem, ^k ut Platonem et Xenophontem; sed et ^l eundem sæpe scriptorem nunc hoc nunc illud, velut sui oblitum aut quid statuat incertum, asseverare. At hi de quibus agimus scriptores credenda eadem inculcant, eadem dant præcepta, etiam de Christi vita, morte, reditu in vitam: summa ubique est eadem. Quod vero ad exiguae aliquas circumstantias et ad rem nihil facientes attinet, facillime fieri potuit, ut

^f Sive Judeos sumas] Quorum diversissimas sententias tum alibi videoas, tum apud illarum literarum doctissimum Manassem Israëlis filium, libris de Creatione et Resurrectione.

^g Sive Græcos Philosophos] Vide dictum modo librum de Placitis Philosophorum.

^h Aut Medicos] Vide Galenum, de Sectis, et de Secta optima; et Celsum, initio de re medica: tum vero Spagiricos adde.

ⁱ Sive Romanos Jurisconsultos] Nota olim discordia Sabianorum et Proculianorum: nunc eorum qui Bartolum et

sequentes eum, quicunque Cujaicum et alios literatores sequuntur. Vide et Gabriellii sententias communes, communissimas.

^k Ut Platonem et Xenophonem] Vide epistolam Xenophontis ad Æschinem Socraticum, p. 1000. D. ed. Lut: Par. 1625. Athenæum, xi. 15. p. 504. seqq. Laërtium, Platonis vita, iii. 34. Gellium, libro xiv. 3.

^l Eundem sæpe scriptorem nunc hoc nunc illud, velut sui oblitum aut quid statuat incertum, asseverare] Ostendere id multi in Aristotele: in Romanis Jurisconsultis alii.

non desit commoda conciliatio, sed nos lateat
ob res similes diversis temporibus gestas, no-
minum ambiguitatem, aut hujus hominis aut
loci plura nomina, et si quid his simile est.
Imo hoc ipsum scriptores illos ab omni doli
suspicione liberare debet; ^m cum soleant qui
falsa testantur, de compacto omnia ita narrare,
ut ne in speciem quidem quicquam diversum
apparet. Quod si ex levi aliqua discrepantia,
etiam quæ conciliari nequiret, totis libris fides
decederet; jam nulli libro, præsertim histori-
rum, credendum esset: cum tamen et Polybio,
et Halicarnassensi, et Livio, et Plutarcho, in
quibus talia deprehenduntur, sua apud nos de
rerum summa constet auctoritas: quo magis
sequum est, ut nihil tale eorum fidem destruat,
quos videmus ex ipsorum scriptis pietatis et
veri semper fuisse studiosissimos.

**§. XIV. Solutio objectionis ex testimonii ex-
trinsecis; et ostensem, ea magis esse pro his
libris.**

Alius restat modus testimonia refellendi,
ex contrariis extrinsecus testimoniis. At ego

= Cum soleant qui falsa tes-
tantur, de compacto omnia ita
narrare, ut ne in speciem quidem
quicquam diversum appareat] Hoc est quod dicit Imperator
Adrianus, videndum in testi-
bus utrum unum eundemque
meditatum sermonem attule-

rint, L. testium. D. de Testi-
bus. Speculator, lib. i. partic.
4. de Teste, §. 1. n. 81. Exac-
tissima circumstantiarum om-
nium notitia in teste non est
necessaria. Vide Luc. i. 56. iii.
23. Joh. ii. 6. vi. 10, 19,
xix. 14.

cum fiducia affirmo, talia repertum non iri; nisi forte eo referre quis velit dicta multo post natorum, et quidem talium qui, inimici-tias adversus Christianum nomen professi, sub testium nomine non veniunt. Imo contra, quanquam eo opus non est, multa habemus testimonia, quæ historiæ istis libris traditæ par-tes aliquot confirmant. Sic Jesum cruci af- fixum, ab ipso et discipulis ejus miracula pa- trata, et Hebræi et Pagani memorant. De Herode, Pilato, Festo, Felice, de Joanne Baptista, de Gamalièle, de Hierosolymorum excidio extant scripta luculentissima Josephi, edita paulo post annum a Christi abitu quadra- gesimum: cum quibus consentiunt ea, quæ apud Thalmudicos de iisdem temporibus le- guntur. Neronis sævitiam in Christianos Ta- citus memoriæ prodidit. Extabant olim et libri tum privatorum, ⁿ ut Phlegontis, ^o tum et

ⁿ Ut Phlegontis] Libro xiii. Chronicorum sive Olympiadum, his verbis: Τῷ Δ. Ἰησοῦ τοῖς Κ. Ολυμπιαδῶν δύδεται Ιανουάριον ἀλίτιον μεγίστην τῶν ὥρων περίορον καὶ νῦν ἀρχή τ'. τῆς ἡμέρας δύναται, ἅσι καὶ ἀρι- γεις οὐ δύκαντο φανῆναι εἰσερχόμενος τοις μέγιστοις κατὰ Βασιλεῖαν γνώσσους τὰ πολλὰ Νικαιαῖς νοτίοτερψι.

Quarto autem anno CCII. Olympia- piadis, magna et excellens in- ter omnes, quæ ante eam acci- derant, defectio Solis facta:

^o dies hora sexta ita in tenebrosum noctem versus, ut stellæ in cœlo visæ sint: terraque motus in Bi- thynia Nicæa urbis multas ades subvertit. Habes hanc in Chronicis Eusebii et Hierony- mi. Sed et Origenes memini- nit, tract. xxxv. ad Matthae- um, et aduersus Celsum, ii. 38.

^o Tum et Acta publica] Ter- nullianus, Apologetico, cap. xxi. Eum mundi casum relatum in arcanis vestris habetis.

Acta publica ad quæ Christiani provocabant; quibus constabat p de eo sidere quod post Christum natum apparuit, de terræ motu, et solis deliquio contra naturam plenissimo lunæ orbe, circa tempus quo Christus crucis supplicio affectus est.

§. XV. *Solutio objectionis de mutata scriptura.*

Quid amplius opponi his libris possit, sane non video: nisi forte non tales mansisse, quales ab initio fuerant. Fatendum est, ut aliis libris, ita his quoque accidere potuisse, accidisse etiam, ut excriptorum incuria aut perversa cura literæ quædam, syllabæ, verba mutantur, omitterentur, adderentur. Sed q ini-

p De eo sidere quod post Christum natum apparuit] Chalcidius Platonicus, in Commentario ad Timæum, p. 219. Est quoque alia sanctior et venerabilior historia; quæ perhibet ortu stellæ cuiusdam non proibit mortesque denuntiatas, sed de scensum Dei venerabilis ad humanae conservationis rerumque mortalium gratiam: quam stellam cum nocturno itinere insperissent Chaldaeorum profecti sapientes viri, et consideratione rerum cælestium satis exercitati, quæsisse dicuntur recentem ortum Dei; repartaque illa majestate puerili, veneratos esse, et vota Deo tanto convenientia

nuncupasse.

p Iniquum est, ob talem, &c.] Liquet hoc hodie quam maxime ex adcuratissimis collectionibus variarum lectionum Novi Testamenti, et præsertim ex editione Joannis Millii. Quantacumque sit varietas, nullum propterea dogma inde novum nascitur, aut antea receptum evertitur. Nulla etiam historia, quæ quidem alicuius sit momenti, ad veritatem Religionis quod adtinet, antea credita ex libris Novi Testamenti eliminatur, aut ex variis lectionibus antea ignota colligitur. Quod dicimus de Novi Testamenti Libris,

quum est, ob talem, quæ per multa tempora non potest non accidere, exemplorum diversitatem, tali instrumento aut libro moveri controversiam; cum et mos postulet et ratio, ut, quod plurima et antiquissima exempla ostendunt, id cæteris præferatur. At vero dolo aut alio quovis modo omnia exempla vitiata, et quidem in iis quæ ad dogma aut insigne aliquod historiæ caput pertinerent, nunquam probabitur; neque enim aut instrumenta sunt quæ id doceant, neque testes illorum temporum: quod si quid, ut jam modo dicebamus, serius multo dictum est ab iis qui in horum librorum discipulos atrocissima odia exercebant; id pro convitio, non pro testimonio habendum est. Et sufficere quidem hæc quæ diximus possent adversus eos, qui Scripturæ mutationem objiciunt; [¶] cum qui id affirmet, præsertim adversus Scripturam diu lateque receptam, is quod intendit probare ipse debeat: at nos, quo magis patescat illius objectionis vanitas, ostendemus id, quod illi factum fingunt, nec factum esse, nec potuisse fieri. Evidimus supra libros eorum esse Scriptorum, quorum nomina præferunt: quo posito, sequitur non esse alios libros pro aliis suppositos.

idem de Veteri Testamento *lateque receptam, is quod intendit probare ipse debeat*] L. ult. C. de Edicto Divi Adriani tollendo.

[¶] *Cum qui id affirmet, præsertim adversus Scripturam diu*

Pars quoque aliqua insignis mutata non est. Nam, cum ea mutatio aliquid sibi deberet habere propositum, ea pars a cæteris partibus librisque non itidem mutatis notabiliter discreparet: quod nunc nusquam conspicitur; imo, ut diximus, admirabilis est ubique sensuum consonantia. Tum vero, ut primum Apostolorum aliquis aut virorum Apostolicorum aliquid edidit, dubium non est quin Christiani magna diligentia, ut ipsorum pietatem et studium conservandæ propagandæque ad posteros veritatis decebat, exempla sibi inde plurima sumpserint; quæ proinde sparsa sint, quam late patebat Christianum nomen per Europam, Asiam, et Ægyptum, quibus in locis Græcus sermo vigebat: imo et archetypa nonnulla, ut jam ante diximus, ad annum usque ducentesimum servata sunt. Non potuit autem liber aliquis in tot exempla diffusus, custoditus non privata tantum singulorum sed et communis Ecclesiarum diligentia, falsariam manum reipere. Adde jam, quod proximis statim sæculis versi sunt hi libri in sermonem Syriacum, Æthiopicum, Arabicum, Latinum; quæ versiones etiamnum extant, et a Græcis libris in

* * *Falsarium manum*] Quæ omnia nimirum exemplaria pervaderet, et versiones omnes corrumperet: nam aliqui potuerunt, hic, illuc, homines pravi, aut dogmatibus suis perverse addicti, exemplaria sua corrumpere; quod non Marcion modo fecit, sed et librarii nonnulli rectius sentientes: quod ostendimus in Arte nostra Critica, part. iii. sect. 1. cap. 14. *Clericus.*

nulla alicujus momenti re discrepant. Jam vero habemus et Scripta eorum, qui ab Apostolis ipsis aut ab eorum discipulis instituti fuerunt; qui loca non pauca ex his libris affectarunt eo, quem nos nunc quoque legimus, sensu. Neque vero quisquam fuit in Ecclesia tantæ auctoritatis per illa tempora, cui mutare quicquam volenti paritum fuisse: quod satis ostendunt Irenæi, Tertulliani, et Cypriani liberæ dissensiones ab iis, qui in Ecclesia maxime eminebant. Post hæc quæ dixi tempora, sequuti sunt alii multi magnæ eruditionis, magnique judicii; qui, post diligentem inquisitionem, hos libros, ut in originaria sua puritate persistantes, receperunt. Jam et illud, quod de diversis Christianorum sectis modo dicebamus, hoc quoque aptari potest; illas omnes, saltem quæ Deum mundi opificem et Christum legis novæ auctorem agnoscunt, uti his libris ita ut eos nos habemus. Quod si qui instituissent partem aliquam interpolare, eos tanquam falsarios cæteri detulissent. Neque vero ullam sectam id unquam habuisse licentia ut hos libros mutando ad sua placita aptaret, vel inde satis colligas, quod omnes sectæ et adversus omnes hinc sibi argumenta depromunt. Tum quod de divina providentia attigimus, ad partes præcipuas non minus quam ad totos libros pertinet; ei non convenire, ut siverit Deus tot millia hominum pietatis studiosa et æter-

nam salutem sincepto proposito quærentia, induci in eum errorem quem vitare omnino non possent. Et hæc quidem pro Novi Fœderis libris dicta sunt; qui si soli extarent, satis esset unde veram religionem disceremus.

§. XVI. *Pro auctoritate librorum Veteris Fœderis.*

Nunc, cum Deo visum fuerit etiam Judaicæ religionis, quæ vera olim fuit et Christianæ non exigua testimonia præbet, instrumenta nobis relinquere, non abs re erit his quoque fidem suam astruere. Esse autem hos libros eorum quorum dicuntur, pari modo constat quo id de nostris libris probavimus. Hi autem, quorum nomina præferunt, aut Prophetæ fuerunt, aut viri fide dignissimi: qualis et Esdras; qui eos in unum volumen collegisse creditur, quo tempore adhuc Prophetæ vivebant Aggæus, Malachias, Zacharias. Non repetam hic, quæ in Mosis commendationem dicta sunt supra. Neque vero pars tantum illa prima a Mose tradita, ut primo libro ostendimus, sed et recentior historia multos Paganorum habet astipulatores. Sic ^t Davidis et Solomonis no-

^t *Davidis et Solomonis nomina, et fœdera cum Tyriis præferebant Phœnicum annales.* Vide, quæ ex iis recitat Josephus, Antiquæ historiæ lib. viii. c. 2. ubi addit, volentem exempla habere epistolarum, quas inter se scripsere Solomo et Iromus, petere ea posse a publicis Tyri archivorum custodibus. [Noli tamen hoc credere, sed vide quæ diximus ad 1 Reg.

mina, et foedera cum Tyriis præferebant Phœ-

v. 3. Cl.] De Davide locus est insignis ex iv. historiarum Damasceni, Josepho citatus, Antiquae historiae lib. vii. cap. 6. Mox à ταῦτα πολλῷ χρόνῳ ἤγειρο τῶν ἱγχαρίων τις, "Ἄδας οὐμάς, πλούτος ἰσχύντας, Δαμασκός τις ἢ τῆς Ἀλλήλης Συρίας ή Φαινίκης Ἰερασίλιος" πόλιμος δὲ ξενίγυπτος πρὸς Δαβὶδον βασιλία τῆς Ἰudeas, καὶ πολλοῖς μαχαῖραις προδίαις, ὑσάτῃ τι παρὰ τὸν Εὐφράτον ἐν ἡπτάταις, ἀμφοτέλεστος ἵππος βασιλεὺς βάρους τι πανταχόδηρος. Τελευτήσαντος δὲ τούτου, ἀπέγονοι ἦτορ διαστύγιος Ἰερασίλεων, ἵπποις παρὰ τὴν πατέρας θέμα τῇ σερῆῃ καὶ τόνυμα τοῦτο παδιχομένου, μάστιξ οἱ Πτολεμαῖοι ἐν Λιγύθει τῷ. Μίγιστος δὲ πάντων δυνάμεων ὁ γρίπος, ἀμαρτιών των βασιλέων πάντων τούτων προστάτας οὐτε ποτε φρεγίσας ἦτορ Ἰudeas ἱεράθεος τῶν ὑπὸ Σαμαρείτων καλυμμένων. *Multo post hæc tempore indigenarum quidam, Adadas nomine, præpollens factus, et Damacum et Syriae præter Phoenicem catena regno tenuit: sed, suscepito in Davidem Iudeas regem bello, cum multis præliis concurrisset, postremo ad Euphratem commissio vicitus est, præstantissimus regum habitus animi virtute et roboris excellētia. Eo mortuo, posteri ejus in decem stirpes regnarent, simulque cum paterno imperio nomen ejus acceperunt; quomodo Ægypti reges Ptolemai dicuntur. Tertius horum, cum multum insalubritate, reparare volens novo decorē avi cladem, in Iudeas prefectus Samaritidem populatus est. Priorum historias huius*

partem habes 2 Sam. viii. 5.
1 Chron. xviii. posteriorem
1 Reg. xx. ubi Josephum
vide. Adadus ille Josepho *Ader*
dicitur, *Adores* Justino ex Tro-
go, xxxvi. 2. Plura de Davide
ex Eusebico nobis dat Euse-
bius, *Præparat.* Evang. lib. iv.
cap. 80. Idem Josephus, eo-
dem lib. viii. 2. et priore contra
Apionem, §. 17. hunc locum
profert ex Dii hist. *Phoenicia :*
'Ασείαλων τιλιστεπάρος, ἐνὶ νησὶ
αὐτῇ Εἴρωμεν Ιεανίλιντον. Οὗτος
τὰ πρός ανατολάς μηδὲ τῆς πό-
λιος προσίκαστος, ἐν μείζονι τὸ
ἄστον πατείκιν καὶ τῷ 'Ολυμπίᾳ
Διὸς τὸ ιέρον, καθ' οὗτοῦ ἐν ιε-
ρῷ, χώρας τὸν μεταξὺ τόπους,
ευηψίᾳ τῇ σύλλι, όχρεων αἰα-
θύμων λιόσμοις ἀνατολάς δὲ αἰσ-
τον Λίσσων ὑλοτόμησιν πρὸς τὴν
τοῦ ιεροῦ κατασκευήν. Τὸν δὲ τυ-
ραννόντα Ἰσαρούλμαν Σολομῶνα
πίμφιοι φασὶ πρὸς τὸν Εἴρωμον
αἰνιγματα, όχι περὶ αὐτοῦ λαβεῖν
εἰδεῖν τὸν δὲ μὴ δυνατόντα λῦ-
σαι τὰ αἰνιγματα πολλὰ τῶν
χρημάτων εἰς τὸ ἱπερήμερον αἴνα-
λλασσαν εἶνα δὲ 'Ασδρόμον τοια,
Τύριον ἄλλα, τὰ προτιθέντα λῦ-
σαι, όχι αὐτὸν ἄλλα προσβαλλεῖν, ἀ-
μη λύσαντα τὸν Σολομῶνα πολ-
λά τῷ Ειρόμῳ προσαποτίσαι
χρήματα. *Abibalo mortuo, reg-
navit filius ejus Iromus. Hic ad ortum regionem urbi addidit,*
ipsamque urbem veterem fecit
majorem; etiam Jovis Olympii
templum, quod seorsim in insula
erat, aggerato quod intercedebat
spatio, ubi annexuit, ornavitque
*donariis aureis: ac Libanon ascen-
so, ibi ad templorum structuram*
arbores cecidit. Ait autem et qui His-

nicum Annales. u Nabuchodonosori et alio.

rossolymis tunc regnabat Solomo-nem ad Iromum enigmata mis-sisse quædam, et cupisse ab ipso alla accipere: sed Iromum, cum enigmata illa solvere nequiret, magnam pecuniam promulcta peperdisse: postea vero Abdemo-num, hominem Tyrium, soluisse ea quæ proposita fuerant, ac proposuisse vicissim alia; quæ cum solvere Solomon nequisset, Irom ab eo magnas pecunias persolutas. Addit deinde Me-nandri Ephesii, qui Regum tam barbarorum quam Grae-corum res prescripsit, locum illumst: Τιλιστήνας δὲ Α-βελάν, διδέξατο τὸν βασιλίαν, πόλιν αὐτῷ Ελεύθερος, βώσας ἵη την τράκοντα τίσσαρα. Οὗτος ἦνως τὸν εὐρύχωρον, τόν τε χρυσοῦν κίονα τὸν ἐν τοῖς τῷ Διός θεοῦ θρόνῳ. Ἔπικα μὲν ξύλον ἀπιλθῶν ἔπειν ἄτο τῷ λιγυρίνῃ ὅρες Λιθάνια, καθέριν ξύλα τοις τὸν ιρρᾶν τίγας· καθέλιν τι τὰ ἄρχαντα ιρρά, καὶντος ταὺς φραδόμυ-σιν. Τό τι τῷ Ἡρακλίν γέ τῆς Ἀσάρτης τίμιος ἀνέριστον πρά-τη τι τῷ Ἡρακλίν οὐγρὸν ἴτο-νόστο, ἢ τῷ Περιτίῳ μῆνι ὑπά-το τῷ τῆς Ἀσάρτης, ἀπότοι Τιρυοῖς ἰτερράτουν μὴ ἀποδέσται τὸν Φόρον: δε γέ ὑποτάξεις ἱαυτῷ, πά-λιν ἀνέρερψιν. Ἐπει τέτοιο δὲ τις ἦν Ἀβδημονος παῖς νιάτιρος, δε ἱνάκα τὰ προβλήματα ἀ ἴπ-τασσοι Σολμάν, ὁ Ἰρρεσολίμων βασιλίυς. Ψυφίζεται δὲ ὁ χρόνος ἀπὸ τέτοιο τῷ βασιλίων ἔχει τῆς Καιρχηδόνος πτίσιας ὑπως. Τι-λιστήναντος Ειρόμου διδέξατο τὸν βασιλίαν Βαλιάρεος ὁ νιός· δε, βώσας ἵη την τισσαράκοντα τρία, Ισαείλιουν ἵη τη ἵττα.

τοις Ἀσάρτης ὁ τέτοιος μόνος, βώ-σας ἵη την τισσαράκοντα τρία, Ισαείλιουν ἵη τη ἵττα. Τέτοιος οἱ τῆς τροφῆς αὐτοῦ πόλι τίσσαρις ἵη την τισσαράκοντα τρία ἀπάλιστος ὁ τρισεβύτερος Ισαείλιουν ἵη τη δίκα δύο. Μηδὲ δε "Ἄσαρτος ὁ Διελαπατάρτης" ὁς, βώσας ἵη την πιντήκοντα τίσσαρα, Ισαείλιουν ἵη τη δώδικα. Μηδὲ τέτοιος ὁ ἀδιλφὸς αὐτοῦ Ἀσέρυμος, βώσας ἵη την τισσαράκοντα πίντη-κοντα, Ισαείλιουν ἵη τη ἵττα. Οὗτος ἀπάλιστος ἀπὸ τοῦ ἀδιλφοῦ Φίλητος ὁς, λαβὼν τὴν βασι-λίαν, ἡρξεν μῆτρας ἐπτὰ, βώσας ἵη την πιντήκοντα. Τέτοιος ἀπόλιτος Εἰδάναλος ὁ τῆς Ἀσάρτης ἵπον-δε, βασιλίστας ἵη την τριάκοντα δύο; Ισιοντος ἵη την ιζύκοντα ἀντα. Τέτοιος διδέξατο Βαδίζορος μόνος ὁς, βώ-σας ἵη την τισσαράκοντα πίντη, Ισαείλιουν ἵη τη ἵττα. Τέτοιος διαδεχό-χος γύγον Μάργυπος ὁ μόνος ὁς, βώσας ἵη την τριάκοντα δύο, Ισαεί-λιουν ἵη τη ἵττα. Τέτοιος διαδεχό-χος γύγον Φυγμαλίων βώσας; δε ἵη τη πιντήκοντα ἵττα, Ισαείλιουν ἵη την τισ-σαράκοντα ἵττα. Εν δὲ τῷ τοις αὐτοῖς ιδόμοντος ἵττα ὁ ἀδιλφὸς αὐτοῦ φυγῆτα ἐν τῷ Λιβύῃ πόλιν φραδόμυνος Και-ρηδόνα. Mortuo Abibalo, succe- sit in regnum filius ejus Iromus; qui vixit annos XXXIV. Hic ag-geravit latam quæ dicitur regio-nem: idem auream columnam posuit, quæ in Jovis est templo. Deinde materiam excidit e monte Libano, cedrinas arbores ad templi tecta; templisque veteri-bus dejectis, fecit nova. Etiam Herculi: et Astartes delubra sa-cravit: sed Herculis prius, men-se Peritio; deinde Astartes, quo tempore Tityis arma intulit tri-buta non solventibus: eosque sibi

rum Chaldæorum Regum Berossus non minus,

cum subiecisset, reversus est. Hac estate Abdemonus vixit juvenis, qui victor fuit explicando problemata missa a Solomone Hierosolymorum Rege. Tempus autem ab hoc Rege ad conditam Carthaginem sic putatur. Mortuo Iromo, regnum ejus accepit filius ejus Baleazarus; qui visit annos XLIII. regnavit VII. Post hunc Abdastratus ejus filius annos visit XXIX. regnavit IX. Hunc matricis ipsius filii quatuor de insidiis interfecere: quorum qui maximus natu erat regnavit annos XII. Post quos Astartus Delicastarti filius; qui vixit annos LIV. regnavit XII. Post hunc frater ejus Aserymus vixit annos LIV. regnavit IX. Hic a fratre Pheleto occisus fuit: qui, accepto regno, imperavit menses VIII. visit annos L. Hunc interemit Ithobalus Sacerdos Astartæ; regnavitque annos XXXII. visit LXVIII. Successit ei filius Badesorus; qui vixit annos XLV. regnavit VI. Hujus successor fuit filius Matgenus: visit is annos XXXII. regnavit IX. Exceptit hunc Phygnalion: visit annos LXVI. regnavit XLVII. Septimo hujus anno soror ipsius profuga urbem in Africa struxit Carthaginem. Locum hunc Menandri, sed contractiorem, posuit Theophilus Antiochenus, libro ad Autolycum tertio, §. 22. Tertullianus, Apologeticus, capite 19. Reseranda antiquissimarum etiam gentium archiva: Ægyptiorum, Chaldaeorum, Phœnicum: advocating municipes eorum, per quos noti-

tia subministrata est. Aliqui Manethon Ægyptius, et Berossus Chaldaeus; sed et Iromus Phœnix Tyri rex: sectatores quoque eorum Mendesius Ptolemæus, et Menander Ephesius, et Demetrius Phalereus, et Rex Juba, et Apion, et Thallus. Iromi illius et Solomonis ei coœvi mentionem etiam apud Alexandrum Polyhistorem, Menandrum Pergamenum, et Lætum in Phœnicis extitisse ait Clemens, Strom. 1. p. 140. fin. unde corrigendus Tatianus; apud quem, §. 37. Χαῖτος pro Λαῖτος scribitur, diciturque is in Græcum transtulisse quæ Phœnices Theodotus, Hypsicrates, et Mochus scripserant. Azælis Syriæ Regis, qui nominatur 1 Reg. xix. 15. 2 Reg. viii. 13. xii. 17. xiii. 3, 24. memoria Damasci divinis honoribus conservata; tradente Josepho, Antiquæ historiæ libro ix. cap. 2. est. idem nomen apud Justinum ex Trogo, xxxvi. 2. De Salmanasare (qui decem tribus in servitatem avexit, ut narratur 2 Reg. xvii. 3. et sequentibus; et Samariam cepit, 2 Reg. xviii. 9.) locus est Menandri quem diximus Ephesii, apud Josephum, libro eodem nono, cap. 14. Καὶ Ἐνιλαῖος ὄντα Ἰεράπελου ἵπη τρίποντα ἔξ. Οὗτος, ἀποσάντων Κιτταίου, ἀναπλιύσας προσηγάγετο αὐτῷ πάλιν. Ἐπὶ τότε πίμψας ὁ τῶν Ἀσσυρίων βασιλεὺς, Ισῆλος Φοινίκην πολεμῶν ἄπασαν ὅτις, σπουδαίος εἰρήνη μετὰ πάτην,

quam Hebræi libri, meminerat. *y Qui Va-*

άπειχάροντι ὄπίσμ. Ἀπέιπε το Τυ-
ρίων Σιδών, ότι Δεκη, ότι οἱ Παλαι-
τύρος, ότι πολλαὶ ἄλλαι πόλις,
αἵ τῷ τοῦ Ἀσσυρίου ἱαντάς βα-
σιλᾶς παρέδοσαν. Διὸ Τυρίων ὡς
ὑποταγήτων, πάλιν ὁ βασιλὺς
ἴστης ὑπέρεψε, Φανίκαν
συμπληρωσάντων αὐτῷ ταῦς ἐξ-
ποντικῶν ὑπεικάστων ὑπακοσίνες.
αἷς ἵππιλιώναρτες Τύροι πανελ-
δίκα δύο, τῶν μονάρχων ἀντιπάλων
διαπαρισσόν, λαριβάντων αἰχ-
μαλάτης ἄνδρας τοῖς πεπακοσίνες.
Ἐπιτελέν δὲ πάντων ἴν Τύρῳ τιμὴ
διὰ ταῦτα. Ἀναζήκεις δὲ ὁ τῶν
Ἀσσυρίους βασιλὺς πατέσσης φύ-
λακας ἵστη τῷ ποταμῷ καὶ τῷ
ὑδραγωγῷ, οἱ διακολύσσοντες Τυ-
ρίους ἀρύνανται· καὶ τοῦτο θρίσι
πίνει γενέμενον ἵππετέρον, πί-
νοντες οἱ φριάτων ὄρυκταν. Elu-
læsus nomine apud Tyrios regnauit
annos XXXVI. Hic Cittæos,
qui ab imperio suo defecerant,
classe eo vectus ad obsequium
reduxit. Sed in hoc misit Rex
Assyriorum, Phœnicenque om-
nem bello incurvavit: mox ta-
men, pace cum omnibus facta,
rediit retro. Etiam descivere a
Tyriorum imperio Sidon, Arce,
Palaetus, multæque urbes aliae,
quæ se Assyrio Regi dediderunt.
Cum tamen non ob id se dederent
Tyrii, Assyriorum rex bellum eis
rurus intulit; cum accepisset a
Phœnicibus naves sexaginta, re-
miges octingentos: in quas in-
vecti Tyrii navibus duodecim,
disjectis hostium navibus, homi-
nes fecere captivos quingentos.
Aucta hinc apud Tyrios rerum
omnium pretia. Cum abiret Rex
Assyriorum, constituit custodes

ad flumina et aquæ ductus, qui
Tyrios ab aquæ haustu arcerent:
toleratumque id Tyriis per an-
nos quinque, bibentibus interim
ex puteis quos foderant. Addit
Josephus eodem loco, ipsum
hujus Regis nomen Salmania-
sarum extitisse ad sua tempora
in Tyriorum archivis. Senna-
cheribi (qui Judæam prope om-
nem, exceptis Hierosolymis,
subegit; ut narratur 2 Reg.
xviii. 13. 2 Paral. xxxii. 1.
Esaï. xxxvi. 1.) et nomen et
expeditiones in Asiam et Æ-
gyptum in Berossi Chaldaicis
repertas, testatur idem ille Jo-
sephus, lib. x. cap. 1. ejus-
dem Σαναχερίβη Sennacheribi
meminit et Herodotus, libro
ii. §. 141. vocatique Arabum
et Assyriorum Regem. Balade
Babyloniorum Regis mentio
est 2 Reg. xx. 12. et Esaïe
xxxix. ejusdem nomen in
Berossi Babylonicis extitisse,
testatur Josephus, Antiquæ
historiæ lib. x. cap. 8. Herodo-
tus prelii illius in Mageddo,
quo Nechao Rex Ægypti Ju-
deos vicit, (quæ historia est 2
Reg. xxiii. 29. 2 Paral. xxxv.
22.) meminit dicto libro ii.
159. his verbis: Καὶ Σύρους
περὶ ὃ Νικᾶς συμβαλὼν ἐν Μαγ-
δόλῳ ἵνεται. Et cum Syris (ita
semper Judeos vocat Herodo-
tus, ut et alii) Necos con-
gressus in Magdolo eos vicit.

"Nabuchodonosori] De hoc
Berossi locum nobis servavit
Josephus, Antiquæ historiæ x.
11. et adversus Apionem, lib.
1. §. 19. conferendum cum Eu-

phres Ægypti rex Jeremiæ, ⁊ Apries est Hero

sebio; qui et in Chronico circa hec tempora, et Præparatio-
nis libro ix. cap. 40. et 41. hunc, et qui sequetur Abyde-
ni, locum producit: Ἀλέξανδρος δὲ
ἐπαρχὸν αὐτῷ Ναβοπαλλάσσαρος,
ὅτι ὁ τεταγμένος Σατράπης ἦν
τοῦ Διογένους καὶ τοῖς πόλεσι τῆς
Συρίας τὴν ποίησιν καὶ τὴν Φοι-
νικῶν σόπιας ἀποτάπτης γέγονεν,
καὶ δυνάμεων αὐτὸς ἦται κακοπα-
θεῖς, τερπνός τῷ νῦν Ναβοχοδο-
νούρᾳ ὅτι ἐτοπίσατο τὸν θόλον μέσην
τοῦ τοῦ δυνάμεως, ἔξιτιμψεν
ἴσ' αὐτός. Συμμίκης δὲ Ναβοχο-
δονούρῳ τῷ ἀποτάπτῃ, καὶ παρε-
τάξαμένος, αὐτῷ τοῦ Ιουδαίου, καὶ
τὴν χώραν ἔκεκρης ὑπὸ τὴν αὐ-
τῷ βασιλείᾳν ιστίσσει. Τῷ το-
πῳ αὐτῷ επί τοις Ναβοπαλλά-
σσαρῷ, πατέρι τοῦ τοῦ λαρῶν ἀ-
ρχοτάπτητο, ἵνα τῷ Βαβυλωνίᾳν τό-
λι μεταπλάξαι τὸν βίον, ἵνα τοῦ
βασιλικότοις ἴποσι Ιννία. Αἰδο-
μένος δὲ μετ' ἐπολι τοῦ τοῦ
πατρὸς τελευτὴν Ναβοχοδονού-
ρος, κατασήσας τὰ πατέρα τὴν
Διογέντος πράγματα καὶ τὴν
λαοῦ τὴν χώραν, καὶ τὸν αἰχμαλώ-
τον Ἰουδαίον τοις καὶ Φοινίκων καὶ
Σύρων καὶ τοῖς κατὰ τὴν Λή-
γοντος Ιδίων συντάξας τοῖς τῶν
φίλων, πετά τῆς δυνάμεως καὶ
τῆς λαοῦ τὴν ὄφισιν, ἀκαροίζει-
νε τὸν Βαβυλωνίαν, αὐτὸς δεμή-
σσες ὀλυμπός παριγίνετο διὰ τῆς
Ιράμης εἰς Βαβυλωνίαν. Καταλαβὼν
δὲ τὰ πράγματα διαικέμενα ὑπὸ¹
Χαλδαίων, καὶ διατηρημένα τὴν
βασιλείαν ὑπὸ τῷ βιττίσιν αὐτῷ,
κυριώντας ἵξελοκλήρου τῆς πα-
τρικῆς ἀρχῆς, τοῖς μὲν αἰχμα-
λώτοις πατέρας ιστίσσειν
διοικέσθαι πόλιν καὶ ιστίσσειν
τερπνόν, περιβάλλοτο τρούς μὲν
τῆς ἵπει τολμαῖς περιβόλους, τρούς
δὲ τῆς ἵπει τόπου, τὸν μὲν ἕ-
πετης πλινθύν καὶ ἀεφάλτη, τὸν
δὲ ἕξ αὐτῆς πλινθύν. Καὶ τυχόντας
ἀξελόγους τὴν πόλιν, καὶ τὸν
πολὺντας ποσμόντας ισραπετεῖς,
προσπατεσκύνεις τοῖς πατρικοῖς
βασιλίοις ἡτερα βασίλισσα Ιχό-
μιτα ἴστισσαν, ὑπεράγοντα ἀνά-
τηρα καὶ τὴν πολλὴν πολυτέλειαν
μαρτὰ δὲ ἴσται ἴσται, ἵνα τις ἐπ-
γῆται πλὴν ὄντα γ' ὑπερβολὴν
ὡς μηγάλα καὶ ὑπερῆφατα συντι-
λίσθι δημίραις δίκε πίντη. Ἐν δὲ
τοῖς βασιλίοις τέτοις ἀστάλημά-
ματα λίθια οὐψιλὰ ἀνακοδομή-
σσας, καὶ τὴν ὄψιν διπόδες ἐμοι-
τάπτην τοῖς ὅρισι, καταφυτίσσας
δινδύμοις παντοποτοῖς ἰζυργάτα-
το, καὶ πατικενάσσας τὸν καλύ-
μαντον κρημασόν παρέδιεν διὰ
τὸ τὸν γυναικεῖον αὐτῷ ιστίδυμῆν
τῆς ὄρισις διαδίσιων, ὡς ταῦχαμ-
μένην ἐν τοῖς πατέραις Μηδίαι τόποις.
Μήτρα τὸ ἀρξαθεῖ τῷ προσιρη-
μίνει τούχεις ίμπεσσὸν εἰς ἀρμ-
τίαν, μετηλλάξατο τὸν βίον,
βιβασιλικὸν ἵτη τισσαράκοντα
τρία. Cum audisset pater ejus
Nabopallasarus, eum, qui in *Æ-
gypto Syriaque Cœle et Phanice*
*præpositus fuerat, Satrapen de-
fecisse; ipse, ferendis laboribus*

doto. Jam ^a Cyri, et successorum ejus ^{b ad}

per etatem inpar, filio Nabuchodonosoro adhuc juveni tradidit partem exercitus, ut deserto rem belli peteret. Hic autem, cum eum aggressus esset prælio, ipsum cepit, regionemque omnem iterum sub imperium redigit. Sub id tempus evenit ut pater Nabopallasarus, cum morbum contraxisset, in urbe Babylone de vita decederet; postquam regnarat annos xxix. Nabuchodonosor post id, simul patris morbum intellexit, rebus Ægypti vicinarumque gentium bene ordinatis, amicis quibusdam commisit captivos ex Judæis Phœnicibus ac Syris et ex Ægypti populis, una cum exercitu rebus que alii servari dignis reportando Babylonem: ipse cum comitibus paucis, breviore per desertum via, Babylonem se contulit. Ibi cum reperisset res a Chaldaëis administrari, et ipsum regnum asservari ab eorum potissimo, totumque patria quod fuerat imperium adeptus esset; captivis concepsit, jussit illis idoneas per Babylonicum imperium colonias assignari: ipse vero de belli manubius Beli aliqua templo ornavit, urbemque Babyloniam que jam erat, nova altera addita, instauravit cum in modum, ne possent posthac qui ad obsidendam venirent urbem ab acto flumine eam aggredi; ternaque monia urbi interiori, totidem exteriori circumdedit, partim ex cocto latere et bitumine, partim ex latere solo. Bene munita urbe, portisque magnifice ornata, ad paternam regiam novam

*adjecit, supereminente et altitudine et omni splendore, quem longum sit exequi: sufficerit dicere, hoc opus, et magnitudine et omni rerum paratu extimum, intra dies perfectum esse quindecim. In hac regia ex lapide sublimia extulit ambulacra, speciemque dedit montibus persimillem, omnis etiam generis arboribus ibi consitis, addito et paradiso pensili; quod uxor ejus, in Mediae locis educata, montium aspectu delectareter. Sed inter hæc opera morbo impicitus morde vita excessit, cum regnasset annos XLIII. Uxor illa Nabuchodonosori est Nitocris Herodoto, libro ejus primo, §. 185. ut docuit magnus Scaliger in præclara temporum Emendatorum appendice, p. 14. Interpretatur hæc Curtius, libro v. 4. seqq. quem vide: partim et Strabo, lib. xv. p. 687. A. et Diodorus, libro ii. 10. Berossus, ex quo hæc et alia supra protulimus, Beli Sacerdos fuit post Alexandri Magni tempora; cui ob divinas prædictiones Athenienses publico in gymnasio statuam inaurata lingua statuere: memorante Plinio, Historiae Naturalis libro vii. cap. 87. Librum ejus *Babylonica* vocat Athenæus, xiv. 10. p. 689. C. Tatianus, §. 36. (qui et ipse Nabuchodonosori Berōsum meminiisse affirmat,) et Clemens, *Chaldaica*, Strom. i. p. 142. Ex iis Rex Juba profitebatur accepisse se que de rebus Assyriis scripsit; ut notat*

Darium usque, pleni Græcorum libri. Mul-

Tatianus. Meminere ejus et Vitruvius, ix. 7, 9. et Tertullianus, Apologetico, cap. xix. et scriptor Chronicus Alexandrinus, circa initium. Nabuchodonosori mentionem alteram ex Abydeno Assyriorum scriptore nobis tradidit Eusebius, tum in Chronicus, p. 41. tum in fine noni de Preparatione. Verba haec sunt. *Μαγιστρίνη δὲ φησι Ναβυχόδονος ερεῖ, Ἡμαλίας ἀλικάρπειον γιγενέσται, ἵνα τι Λιβύην καὶ Ἰόνιον γραπτούσας ταύτας δὲ χωράμενον, ἀποδεσμὸν αἰνιῶν τις τὰ διξά τη Πόντου πατεσθείσα. Μιτά δὲ λίγητερος τρές Χαλδαῖοι, ὡς ἀκα-
τές ἦν τὰ βασιλεῖα πατεσχή-
δεῖν Θεῷ ὅτις δὲ φθιγκάμενος
δὲ μάτια ἔπειτο. Ἐγὼ Ναβυχό-
δονος, ὡς Βασιλάναι, τὸν μίλ-
λων ὑμέν προσγεγίλλα συμφο-
ρην, τὴν οὐτε Βῆλος ἴμεις πρόγονος,
οὐτε βασιλεῖα Βῆλοις ἀποστέλλει
μόρια πτίσαι εδίνοι. "Ηέτοι Πί-
στοι ήμενος, ταῦτοι ὑπερτιμοῦσι δι-
πλοὺς χρέωματος συμπάχειον ἰτ-
άμει δὲ διλοσύνην δὲ δὲ συνάντησον
τοις Μάδης, τὸν Λασσύμον αὐχημα.
Ὄτις μὲν μη, πρόσθιον δὲ δύναται τοῖς
πολιάτας, χάρακοις τινα ἢ Σά-
λασταν ισοδιάποιντα ἀσένους
πρέπεισον ἢ μη ἄλλας ὁδὸς τρα-
φίσαται φίσεσθαι διὰ τῆς ἱρήν,
ἴνα δὲτοις δέσια οὐτε πάτας διδρά-
ωσι, Σάρρις δὲ νομὸς Ἰχνοῦ καὶ
δρυθεὶς πλάζονται, ἵνα τι πίτησον
παλι χαράδρους μένον ἀλώμινον
ἴμι τι, πρὸς τοις βαλλοδαι-
ταῖς, τίλοις ἀρμένον πυρῆσσα.
Ο μὲν Στεπίστας παραχρῆμα ἥφα-
ντο. Megasthenes auctor est Na-
buchodrosorum Hercule ipso for-*

*torem fuisse; belloque usque in
Africam et Hispaniam illato,
quos inde deportaverat collocasse
ad destram Ponti oram. Præ-
terea vero narrant de eo Chal-
dei, quondam cum regiam con-
scendisset, numine aliquo affla-
tum cum haec prædisisse: Ego
Nabuchodrosorus, O Babylonii,
imminentem vobis prænuntio ca-
lamitatem; quam ut arceant
Parcae, nunquam eas aut Belus
generis nostri auctor, aut regina
Belitis permovere poterunt. Per-
sicus veniet mulus; qui, vestris
Diis auxiliantibus, servitium
imponet: hujus mali adjutor erit
Medus, Assyriorum gloriatio.
Utinam eum, antequam cives
prodat, Charybdis aut mare ab-
sorptum funditus interimat; aut
ipse alio raptus erret per soli-
tudines, ubi neque urbes neque
hominum ulla sint vestigia, ubi
serpescantur, circumvolventque
libere aves, ut ibi inter rupe
faucesque solus vagetur: uti-
namque et ego felicem exitum
sortitus fuisse, priusquam haec
animo meo obversarentur. Haec
ubi effatus erat, statim disper-
it. Confer haec postrema cum
iis, quae in Danielis libro de
hoc Nabuchodonosoro habemus.
Prima illa ex Megasthene eti-
am Josephus habet, libro x.
Antique historiæ, cap. 11. et
ait extare Indicorum iv. Ha-
bet ex Abydeno etiam haec de
Nabuchodonosoro Eusebius,
P. E. ix. 41. Λίγισται δὲ πάντα
μιν τοις ἀρχῆς ὕδας οἷαι, Σάλασ-
ταν καλιπάνην Βῆλος δὲ φίση
παῖσσαν, χωραν ιάσην ἀστεῖ-*

taque alia ad Judæorum gentem pertinentia

μαντική καὶ Βαβυλῶνια τάχις περιβαλλοῦ τῷ χρόνῳ δὲ ιππωμάνη ἀφαιρεθῆναι ταχίστα δὲ αὖδες Ναβοχοδονόσορος, τὸ μέρος τῆς Μανιδονίας ἄρχης διαμόντα, ἵνα χαλκέτινος. *Fama est ubi nunc est Babylon omnia aquam fuisse, dictam Mare: id sustulisse Belus, agrosque distribuisse virtutim, et mænia circumjecisse Babylonī, quæ tempus aboleverit: nova autem mænia structa a Nabuchodonosoro: eaque manasse ad imperium Macedonum tempora, portis aneis.* Postea: Ναβοχοδονόσορος δὲ, διαδικάμενος τὴν Δέλτην, Βαβυλῶνα μίνιστρος τριπλῷ περιβόλῳ ἐν τοπογειδίᾳ ἡμίσησ τὸν τι Ἀρμακάλην παταμὸν ἔζησαντα κίρας Εὐφράτου, τὸν τι Ἀκράπανον. Ταῦτα δὲ τῆς Σισταρηνοῦ πόλεως λακκοῖς ὄρχαμνοις, περίμετρον μὲν τεσσαράκοντα παρασταργίων, βάθος δὲ ὄργυιών εἶχε, πύλας διπλεῖς, τὰς ἀνίγνωτες ἀρδισκοὺς τὸ πεδίον παλίνεις δὲ αὐτας ὀχευογόμορας. Ἐπιτίχιστος δὲ γὰρ τῆς ἱερᾶς θαλάσσης τὴν οἰκλωσιν, δὲ Τερρόντα πόλιν ἔκτισσε, κατὰ τὰς Ἀράβωνας οἰσθολάς· τὰ τι βασιλίσσια δίνδεις πάσησι, πορμαγὸν παραδίσους ἐσομάσσας. *Nabuchodonosorus, ubi in imperium successerat, Babylonia munivit trinis mænibus intra dies quindecim: et Narmalcam annem qui divergunt est Euphratis, simulque Acracanum annem divertit. Tum in gratiam civitatis Sipparenorum fossam effecit, quæ in ambitu haberet paravangas XL. in altum vicies quantum patent sparsæ manus; appropositumque septa, quibus apertis*

irrigaretur ager: ea septa appellavit aqueductum normas. Maris quoque Rubri elevationem operibus circumdatius repressit: Teredonem condidit, ad reprehendens Arabum impetus; regiam præterea instruxit arboribus, quæs paradiseo pensiles vocent. Confer Danielem, iv. 30. Strabo, libro xv. p. 687. A. ex eodem Megasthene hoc affert: Ναβοχοδονόσορος δὲ, τὸν παρὰ Χαλδαῖον οὐδοκιμότερα Ήρακλίνον μᾶλλον, ποιὶ τὸν τοῦλον ἰλάσα. *Nabuchodonosorus, cuius apud Chaldaeos fama Herculem vincit, ad Colandas venisse cum exercitu.* Fuere et alii qui ejus Regis historiam attigere, sed quorum nunc nomina tantum supersunt; Diocles Persicorum secundo, Philostratus tum in Indicis, tum in Phoenicicis; qui Tyrum ab eo obsessam ait per annos XIII. ut Josephus nos docet, tum Antiquæ historiæ dicto jam loco, tum adversus Apionem priore, §. 20. et 21. ubi ex Phœnicum Actis publicis hæc profert: Ἐττὶ Εἰδικάλου τοῦ βασιλίου ἴτολίσκης Ναβοχοδονόσορος τὴν Τύρον ἐπι τρία καὶ δύο. Μετὰ τούτου Ιεσούσιους Βασάλητη δίκαια. Μετὰ τούτου δικαστι κατειδόσσοντος καὶ ιδικασαν αὐτοῖς, Ἐκνίσαλος Βασλάχη μῆνας δύο, Χίλιος Ἀβδαῖον μῆνας δύο, Ἀβδαῖος ἄρχηρις μῆνας τριῶν Μύτγονος δὲ Γεράσατος τοῦ Ἀβδηλίμη δικαστι ἐπι τῇ δὲ μεταξὺ Ιεσούσιους Βαλάτορες δικαστές ἦσαν. Τότε τελετέσσατος, ἀποστίλαντος μετατίμψαντο Μίρσαλος ἐπι τῆς Βαβυλῶνος καὶ

affert Josephus, in libris contra Apionem; qui-

Iεσαίλιων ήτη τίσσαιρα. Τέτοιοι τις λαούσιους, μεταπέμψατο τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Εἰρηνόν, ὃς ἱβραϊσίωντος ἦτη ἄποστος. Ἐπὶ τόντο Κίρος Πέρσων ἰδνάτινεν. Ἰθοβαῖον ἀριδ Tyrios regnante, Nabuchodonosorus Tyrum obediit per annos XIII. Post hunc regnavit Baal annos X. Post hunc iudices constituti sunt; qui Tyrum rexere, Ecnibus Baslachi menses duos, Chelbes Abdæi menses decem, Abbarus Sacerdos menses tres: Mytgonus et Gerastratus Abdælimi iudices fuere per annos sex; sed medio inter hos tempore annum unum cum potestate regia Tyro præfuit Balatorus. Quo mortuo, misere Tyrii qui ex Babylone Merbakum advocarent: regnavit is annos IV. Hoc quoque mortuo, advocarunt fratrem ejus Irotum, qui regnavit annos XX. Hujus temporibus Cyrus apud Persas potens fuit. Hac supputatio quam pulchre cum sacris libris congruat, vide Josephum dicto contra Apionem libro, §. 21. Sequitur ibidem apud Josephum de Hecatæo, §. 22. Παλλὰς μὲν γὰρ ἡμῶν, φοιτὶ, ἀκαστάρις εἰς Βαβυλῶνα Πίστεις πρότερος αὐτῶν ἵτοίσισι μηδιάδες. Nostrorum ille multa milia ait a Persis Babylonem translata. Et de bello Sennacheribi, et de deportatione per Nabuchodonosorum facta, vide Demetrii locum apud Clementem, Strom. i. p. 146. [Hecatæi auctoritas parum ad rem facit, cum sit spurius. Vide Ger. Joan. Vossium, de Historicis Græcis. Clericus.]

* *Et aliorum Chaldaeorum Regum Berous non minus, quam Hebrei libri, memineral] Apud Berousum post modo prolatæ hæc sequebantur, Josepho duobus quos indicavimus locis id referente. Τῆς δὲ βασιλίσιας πύριος ἐγένετο ἡ νίας αὐτοῦ Εὐα-μαραθδούχος. Οὗτος προστὰς τὴν πρεγμάτων ἀνόμως χ' ἀστιγγών, ἵππουλισθιν ὑπὲ τοῦ τῷ ἀδιλ-φῶν ἔχοντος αὐτοῦ Νηριγλισσερό-ρην, ἀντρίδην, βασιλίσιας ἦτη δύα. Μετὰ δὲ τὸ ἀναριθμῆναι τούτοις, διαδικέμαντος τὴν ἀρχὴν ὁ ἵππος-λίσσας αὐτῷ Νηριγλισσερόρης Ιεσαίλιων ήτη τίσσαιρα. Τούτου μὲν Λαβεροστάρχοδος ἵππουλισθιν τῆς βασιλίας, παῖς δέν, μῆτρα Ιενία· ἵππουλισθιδής δὲ, διὰ τὰ πολλὰ ἴμφατίν καποδῆη, ὑπὲ τῶν φίλων ἀπετυμπανίσθη. Λα-λορίου δὲ τούτου, συνιλθόντις εἰ-τειπουλίσκαντις αὐτῷ ποτῷ τὴν βασιλίσσαν περιθηκας Ναβονηδη-τινὶ τὴν ἐκ Βαβυλῶνος, ὅπις ἦ-το αὐτῆς ιστοντάσιος. Εἴτε τό-του, τὰ πεζὰ τὸν ποταμὸν τιχη-τῆς Βαβυλωνίαν πόλιμες οἱ ὄντες τλινδοὺς χ' ἀσφάλτου πατεινορά-θη. Οὕτης δὲ τῆς βασιλίσσας αὐτῆς ἡ τῆς ιπτακαπάτῳ ἵτη, προξε-ληλυθὸς Κύρος ἐκ τῆς Περσίδος μετὰ δυνάμιν πολλῆς, χ' πατα-στρεψάμενος τὴν Λαστὴν Ασίαν ἄπασαν, ἔρμησον ἵτη τῆς Βαβυλωνίας. Λιοθέμιος δὲ Ναβονηδης τὴν ἱρόδον αὐτοῦ, ἀπαντήσας μετὰ τῆς δυνάμιν πολιταξάμενος, ἥττεδής τῇ μάχῃ παῖ φυγὼν ἀλιγοστὸς, ευτελίσθη εἰς τὸν Βορραπτηνὸν πόλιν. Κύρος δὲ, Βαβυλῶνα πατειλαβόμενος, πολ-*

bus jungi possunt, ^c quæ ex Strabone et Trogo

συντάξεις τὰ ἦν τῆς πόλεως
τύχη κατασκοπίαις διὰ τὸ λίαν
αὐτῷ προγνωματικὴν χρησάλωτος
φαῦται τὴν πόλιν, ἀνίζεις ἐπὶ¹
Βάρσηποι, ἵπποι πορκήσαν τὸν
Ναβόνιδον. Τοῦ δὲ Ναβονίδου ἡχ'
διπομίνατος τὴν πολιορκίαν,
ἀλλ' ὑγκυρίσαντος αὐτὸν πρότερον,
χειροπέμπεις Κύρος φιλαν-
θρώπους, παῖς δέ τοι πρότερον αὐτῷ
Καρμανίαν, ἕξιετοιψί τοι τῆς
Βασιλείας. Ναβόνιδος μὲν ὁτ,
εἰς λαπτὸν τοῦ χρόνου διαγνώμονος
ἴσιειν τῇ χωρᾳ, δίστρεψε τον
βίον. Regnum accepit filius ejus
Evilmaradochus. Hic cum ini-
que ac per malam libidinem res
administraret, petitus insidiis
Neriglissoroori qui sororem ejus
in matrimonio habebat, interiit;
postquam per annos regnaverat
duos. Eo sublatto, regni compos-
factus interactor ejus Neriglis-
soroorus imperium tenuit per
annos quatuor. Hujus filius La-
borasoarachodus, puer adhuc,
regnum tenuit menses novem:
sed, quia pravæ in illo indolis
multa signa apparerent, insidiis
amicorum trucidatus est. Hoc
mortuo, cum inter se coiissent
ejus facinoris participes, com-
muni consensu regnum detulere
ad Nabonidum ex Babylonii
unum, qui et ipse in eadem con-
juratione fuerat. Hoc regnante,
melliora facta sunt ea quæ ad am-
nem erant ex latere et bitumine
Babylonis mania. Cum vero
regni ejus annus ageretur deci-
mus et septimus, venit ex Persie
de multo cum exercitu Cyrus;
reliquaque Asia subacta, in Ba-
byloniam perrexit. Adventu ejus

cognito, Nabonidus occurrit
magno etipse exercitu; prælio-
que facto vinctus, cum paucis fu-
git, conclususque se in urbem Bor-
sippenorum. Cyrus autem, Baby-
lone capta, constituit exteriora
eius munimenta diruere; quod
civitatem viderat ad res novas
mobilem, urbem vero capi diffi-
cilem: inde in Borsippum pro-
ficiuntur, ad obsidendum Nabon-
idum. Verum is obsidionis non
tolerans se dedidit: Cyrus be-
nigne exceptum a Babylonia es-
ire eum ad Carmaniam habitan-
dam jussit. Atque ibi Nabon-
idus, transacto vita cetero,
diem suum obiit. Abydeni, post
ea que modo attulimus de
Nabuchodonosoro, verba hæc
nobis servavit Eusebius dictis
locis: 'Ο δὲ εἰ πάτης Εὐλμαρυ-
χὸς ἴσασίλιος. Τὸν δὲ ἐπιδεῖπ-
τακτήριας Νηριγλισσάρης λίπει
παιδὶ Λαβοσσαράσπον. Τέτοιος δὲ
ἀποδανόντος βιαῖος μέρη, Ναβα-
νίδαχον ἀποδικῆσι βασιλία,
προσπάντα εἰ ἔδιν. Τοῦ δὲ Κύρου,
ἱλαν Βασιλῶν, Καρμανία ἀγε-
μονίην δωρίσαται. Post hunc filius
regnavit Evilmaluruchus. Hu-
jus interactor, qui affinis ipse
fuerat, Neriglissares, filium re-
liquit Laborasoarachodus. Hoc viol-
enta morte extincto, Babylonii
Nabannidachum regem faciunt,
cum rege mortuo nullo junctum
sanguine. Cyrus hunc, cum Ba-
bylona cepisset, Carmania præ-
fecit. Evilmaradochus iste no-
minatur, 2 Reg. xxv. 27.
De ceteris vide Scaligerum,
in dicta Appendice ad Emend.
Temp. pp. 14. seqq. Ista de

supra attulimus. Nos vero, qui Christiani su-

Babylone a Cyro capta con-
gruant cum istis Herodoti, i.
190. Οὗτοι Κύρος ἡλαυνεὶ πέποντες
τὸν Βαβυλῶνα εἰ δὲ Βαβυλόνης
ἴσχεται τοιούτων. ἴμινον αὐτοῖς.
Ἐπειδὴ δὲ λγίστοις ἡλάνων ἀγχῆ
τοῦ πόλεως συνιθαλότες εἰ δια-
βαλάνων, γέ τον οὐδέποτε τῷ μάχη
παστιλθόντες εἰς τὸ ἄστον. Sic
Cyrus in Babylonem mouit: Ba-
byloni autem educto contra ex-
ortitos cum expectarunt. At post-
quam Cyrus urbi appropinquau-
vit; pugnarunt cum eo Ba-
byloni, sed prælio victi in intima
urbis se receperunt. Cum qui-
bus confer Jeremiam, li. 20,
30, 31. de fuga ad Borsippa
eundem Jeremiam, li. 30. De
exiccate amnis alveo Herodotus
consentit Jeremias, li. 32. Verba Herodoti, i. 191.
Τὸς γὰρ ποταμὸν διώρυχον, πίεσ-
γενον εἰς τὴν λίμνην ἵνα τὸν
τὸν ἀρχαῖον πίεσθεν διαβατὸν θρα-
τινον, ὑποσηκαντος τὸν ποτα-
μόν. Amnum diffidit, parte ejus
in lacum palustrem deducta; ac
sic veterem alveum fecit per-
petuum, aqua derivata. An ea,
quæ de Belesi Chaldeo narrat
Diodorus, lib. ii. 24. seqq.
ad Danielem possint referri,
(cui nomen Chaldaeum fuit
שְׁמַנְתָּלָכְ, Dan. i. 7.) cogite-
mus. [Veritas eorum, quæ de
Chaldaeis Regibus in Scriptura
leguntur, egregie confirmatur
Chronologia Canonis Astrono-
mici Nabonassari; de quo vide
Joan. Marshamum, in Chro-
nico Canone. Clericus.]

**¶ Qui Vaphres Ἑgypti rex
Jeremias]** Ita Septuaginta et

Eusebius vertunt, quod in He-
braeo, Jeremias xliv. 30. est
υγέππ: Fuit is Nabuchodo-
nosoro coetus.

¶ Apries est Herodoto] Lib.
ii. 161.

¶ Cyrus] Vide loca jam al-
lata: Diodorum Sicalum, lib.
ii. 38. seqq. Ctesiam Persicis,
apud Photium, cod. lxxii. Justi-
tinum, libro i. cap. 5. et seqq.
Sub Cyro jacta Templi Hiero-
solymitani fundamenta, sub
Dario consummatum opus,
Beroso teste probat Theophili-
lus Antiochenus, iii. 29.

¶ Ad Darium usque] Codo-
mannum. Vide eosdem, et
Æschylum Persis, et scriptores
rerum Alexandri. Sub hoc
Dario summus Hebraorum
Sacerdos fuit Jaddus, Nehem.
xii. 22. is qui Alexandro victori
iuit obviam; narrante Jo-
sepho, Antiquæ historiæ libro
xi. 8. 5. His ipsis temporibus
vixit Hecataeus Abderita, ce-
lebratus Plutarcho, libro de
Iside, p. 353. B. et Laertio, in
Pyrrhone, ix. 69. Is de Judeis
librum scripsit singularēm; unde
egregiam et urbis Hiero-
solymorum et Templi descrip-
tionem deprompsit Josephus,
adversus Apionem libro priori-
re, §. 22. quem locum habet
et Eusebius, Præparationis E-
vangelicæ lib. ix. cap. 4. Ut-
terque horum etiam Clearchi
habent locum, qui Aristotelis
verbis Judaicam sapientiam
commendat. Laudatores eti-
am Judæorum rerumque Ju-
daicarum testes Josephus dic-

mus, omnino non est quod de eorum librorum fide dubitemus; cum ex illis pene singulis testimonia extent in libris nostris, quæ in Hebræis itidem reperiuntur. Neque Christus, cum plurima in legis doctoribus et temporis sui Pharisæis reprehenderet, unquam eos accusavit falsimoniæ in libros Mosis aut Prophetarum commissæ, aut quod suppositis mutatis libris uterentur. Post Christi tempora Scripturam in iis quæ momentum habent vitiatam, neque probari potest; neque vero credibile fiet, si quis recte cogitaverit, quam longe lateque sparsa esset per orbem terrarum gens Judæorum illos ubique libros custodientium. Nam primum ab Assyriis abductæ in Medium decem tribus, duæ postea: et ex his quoque, post concessum a Cyro reditum, multi in terris exteris subsederunt.
^d Macedones in Alexandriam magnis commo-

to libro nominat Theophilum, Theodotum, Mnaseam, Ariosthanem, Hermogenem, Euemerum, Cononem, Zopyriōnem, et alios.

^c Quæ ex Strabone et Trogo supra attulimus] Libro i.

^d Macedones in Alexandriam magnis commodis eos invitarunt] Hecatœus Josepho descriptus, in libro priore contra Apionem, §. 22. de Judeis loquens: Οὐκ ἀλίγα δι (nempe μυράδις, ex precedentibus) γρατὰ τὸν Ἀλιξάνδρον θάστατον εἰς Ἀιγυπτον καὶ Φανίκην μετίστησεν, διὰ τὴν ἡ, Συρία τάσσειν.

Non pauca etiam millia post Alexandri mortem in Ægyptum et Phœnicen migrarunt, ob extortas in Syria seditiones. Adde Philonem, in Flaccum, p. 752. B. "Οἱ ἐποίησαν μυράδαν ικατὸν τὴν Ἀλιξάνδρου πατὴν χώραν, Ἰudeῶν κατεύκνητις, ἀπὸ τῆς περὸς Δεύτην καταβαθμῆ μίχῃ τῶν ὁρίων Αἰθιοπίας. Non minus decies centenis millibus Judeos in Alexandria et regione circumsita habitare, ab Afrique descensi ad fines Æthiopias. Adde Josephum, libro xii. cap. 2, 3. et sequentibus; lib. xiii. cap. 4—8. xviii. 10. Et ha-

dis eos invitarunt. Antiochi sævitia, Asmoneorum civilia arma, externa Pompeii et Sossii multos disjecerunt. Plena Judæis erat ^c Cyrenaica: plenæ ^f urbes Asiæ, ^g Macedoniæ, ^h Lycaoniæ; etiam insulæ ⁱ Cyprus, ^k Creta, atque aliæ. Jam ^l Romæ numerus eorum ingens vel ^m ex Horatio, ⁿ Juvenali, et ^o Martiali dis-

bebant Judei Alexandriae jus civitatis: Josephus, xiv. 17.

^c *Cyrenaica*] Josephus, Antiquæ historiæ libro xvi. 10. et alibi. Act. vi. 9. xi. 20.

^f *Urbes Asiæ*] Josephus, xii.

3. xiv. 17. xvi. 4. Act. xix.

^g *Macedoniæ*] Act. xvii.

^h *Lycaoniæ*] Act. xiv. 19.

ⁱ *Cyprus*] Act. xiii. 5.

^k *Creta*] Act. ii. 11.

^l *Romæ*] Josephus, xviii.

Historiæ Antique, cap. 5. Act. xviii. 2. xxviii. 17.

^m *Ex Horatio*] Lib. i. Sat. iv. fin.

— *Nam multo plures sumus: ac veluti te Judei cogemus in hanc concedere turbam.*

Sat. v. 100.

— *Credat Judæus Apella.*

Sat. ix. 69.

— *Hodie tricesima sabbata, &c.*

ⁿ *Juvenali*]

Quidam sortiti metuentem sabbata patrem,

Et quæ sequuntur, Sat. xiv. 96.

^o *Martiali*] iv. 4. 7.

Quod jejunia sabbatariorum.

Et alibi: ut vii. 29. 5. et 84. 4. xi. 95. xii. 57. 18. Adde Rutilium, Itinerarii libro i. 395.

Atque utinam nunquam Judæa subacta fuisset

Pompeii bellis, imperioque Titi:

Latius excisa pestis contagia

serpunt,

Victoresque suos natio victa

premit.

Quod ex Seneca desumptum, qui dixerat de iisdem Judæis: *Cum interim usque eo sceleratissime gentis consuetudo convalluit, ut per omnes terras recepta sit. Victi victoribus leges dederunt. Locus est apud Augustinum, de Civitate Dei libro vi. cap. 11. Sceleratissimam gentem vocat tantum per legum, quæ Dei unius cultum damnabant, neglectum, ut supra notavimus: quo nomine et Socratem culpabat Major Cato. Adde latissime sparsi Judei nominis testem Philonem, in Legatione, p. 791. F.*

"Οὐαὶ Ἰσραὴλ τῷ πολεμοῦσαν ἀλλὰ ὁλίγη δια φάναι πᾶσαι η σικεμένη πολιχνται γὰρ ἀνά τι τὰς ἡπτίους καὶ πόνους ἀπάντας, ἀς τῶν αἰθριῶν μὴ πολλῆ τιν δοκεῖ λαττεῖδαι. Quanta illa gens est hominum numero; quam

catur. Tam dissitis inter se cœtibus imponat nulla arte potuit; nec magis ipsi in falsum convenire. Adde quod, p trecentis ferme ante Christum annis, cura Ægypti regum, Hebræorum libri in Græcum sermonem ab his, qui LXX. dicuntur, versi sunt; ita ut jam et a Græcis, sermone quidem alio at sensu in summam eodem, possiderentur, eoque minus mutationem reciperent. Quin et in Chaldaicum, et in Hierosolymitanum translati sunt iidem libri; ^q partim paulo ante, ^r partim non multo post Christi tempora. Secutæ deinde versiones in Græcum aliæ, Aquilæ, Symmachi, Theodotionis; quas cum illa interpretum LXX. Origenes contulit, et post eum alii, nulla historiæ aut rerum pondus habentium diversitate. Philo Caligulæ ævo floruit: Josephus ad Vespasianorum tempora provixit. Ut terque ex Hebræorum libris ea afferunt, quæ nos hodieque legimus. His autem ipsis tem-

non ut cæteras una continet attributa regio, sed paulo minus terra tota. Diffusa enim est per terras continentis perque insulas omnes, ita ut videri possit ipsis indigenis non multo minor. Dion Cassius, libro xxxvii. 17. de Judeorum genere: Καλυπτίνη πάν τολλάκις, αύξηθε δι τοι τωλίσσον ὅσι και ταρρόνιαν τῆς νομίσωτε ικυκῆσαι. Cohibita sæpe, nihilominus aucta plurimum: ita ut et libertatem Institutorum suorum evicerit.

^p Trecentis ferme ante Christum annis] Vide Aristæum; et Josephum, libro xii. 2.

^q Partim paulo ante] Ut ab Onkeloso, forte et ab Jonathane.

^r Partim non multo post] Ut a scriptore Thargumi Hierosolymitani; et Josepho cæco, aut quisquis ille est qui Jobum, Psalms, Proverbia, et quæ Hagiographa dicantur, verit; unus, sive plures.

poribus magis magisque spargi cœpit Christiana religio: quam profitentium ^s multi Hebræi erant, ^t multi Hebræas literas addidicerant; quibus proinde promptum fuit, si quid a Judæis falsi fuisset admissum, (in parte, inquam, insigni,) id ipsum collatis libris antiquioribus reprehendere apertumque facere. At non modo id non faciunt; sed etiam plurima adducunt ex veteri Fœdere testimonia plāne in eum sensum, quo apud Hebræos extant: quos sane Hebræos cuiusvis potius criminis, quam, non dicam falsi, sed vel negligentiae circa hos libros convincas; ^u cum eos summa religione describere ac conferre soleant, etiam ut literas quoties quæque occurrat numeratas habeant. Addatur ultimo loco et hoc minime spernendum non mutatæ per Judæos de industria Scripturæ argumen-

^s *Multi Hebræi erant]* Aut vicihi Hebræis; ut Justinus, qui fuit Samarita.

^t *Multi Hebræas literas addidicerant]* Ut Origenes, Epiphanius, maxime vero Hieronymus.

^u *Cum eos summa religione describere ac conferre soleant]* Josephus, priore contra Apionem, §. 8. Δῆλος δὲ ιστὶ ἡγγύη, πῶς ἡμῖν τοῖς ιδίοις γράμμασι πεπιστεύκαμεν. Τοιότου γὰρ αἰώνος οὖτις παρεχόμενός, οὐτι προσθύμιοι τις οὐδέ, οὐτε ἀφειλοῦσι αὐτὸν, οὐτε μεταθύνουσι τετόλμους. Quantam vero fidem nos scriptis apud nos receptis habeamus, rebus ipsis appareat. Cum enim tot

sæcula transierint; nemo aut addere quicquam, aut demere, aut mutare aliquid est ausus. Vide legem, Deut. iv. 2. Thalmudem, titulo Schebuoth. [Intelligenda hec sunt de temporibus, qua Massoretharum statutem sequuta sunt. Alioquin antea, et stante Republica et post eam eversam a Chaldaeis, non tam diligenter fuisse, quam vulgo creduntur, liquet cum ex L. Cappelli Critica Sacra, tum ex virorum doctorum commentariis in V. T. adeoque ex ipsis Grotii adnotationibus. Nos quoque ad libros historicos V. T. rem demonstravimus. Clericus.]

tum, quod Christiani ex iis ipsis quos Judæi legunt libris evincunt, et quidem, ut confidunt, valide, suum Magistrum Jesum esse illum ipsum Messiam, qui Judæorum majoribus jam olim sit promissus. Quod vel maxime ne fieri posset cassisent Judæi, post ortum inter ipsos et Christianos certamen; si unquam in eorum potestate fuisset, mutare quæ vellent.

HUGO GROTIUS

DE

VERITATE

RELIGIONIS CHRISTIANÆ.

LIBER QUARTUS.

§. I. *Refutatio specialior Religionum a Christiana
discrepantium :*

QUARTUS liber (initio facto ab ea voluptate, quam plerique homines capiunt ex spectaculo alieni periculi, cum ipsi extra periculum positi sunt) ostendit, summam Christiani hominis in hac vita eam esse debere; ut non modo de reperta veritate sibi gratuletur, sed et aliis, qui in variis errorum anfractibus palabundi versantur, opem ferat, et eos tanti boni participes faciat. Quod nos aliquo quidem modo conatos facere libris prioribus, quia veri demonstratio in se contineat erroris refutationem: sed tamen, cum singula religionum genera

quæ se Christianis opponunt, Paganismus puta, Judaismus, et Mahumetismus, præter id quod inter se habent commune, proprios quosdam errores habeant, et peculiaria quædam argumenta quæ nobis soleant opponere; non abs re fore, si specialem adversus hæc singula disputationem instituamus, rogatis lectoribus, ut et a studiis, et a longa consuetudine, tanquam bonæ mentis impedimentis, judicium liberent, quò æquiore animo de iis, quæ dicenda sunt, cognoscant.

§. II. Ac primum Paganismi. Unum tantum esse Deum: Mentes creatas bonas esse, aut malas: Bonas non colendas, nisi ad præscriptum summi Dei.

Ac primum adversus Paganos dicimus: si plures Deos statuant æternos et æquales, id jam primo libro satis refutatum; cum docuimus, unum duntaxat esse Deum rerum omnium causam. Quod si Deorum nomine vocent mentes creatas homine superiores, eas aut bonas esse aut malas. Si bonas dicant, primum constare ipsis deberet hoc, an bonæ sint; a ne forte periculose labantur, inimicos pro

* *Ne forte periculose labantur, inimicos pro amicis, trans fugas pro legatis recipientes]*
2 Cor. xi. 14. Porphyrius, secundo de abstinendo ab animali-
tatis, §. 41, 42. Διὰ μή τοι

τὸν ἴναγτίων γέ ἡ ἀπασσα γονεῖα
ἰκτιλεῖσθαι. Τέτης γάρ μάλιστα
γέ τὸν προειδῶτα αὐτῶν ἴκτυμάσι,
οἱ τὰ κακὰ διὰ τῶν γονεῖων
τάσσονται φαντασίας ἴκτυμάσινται.
ὅτι γάρ ἴκανοι διὰ τῆς τραπεζῆς

amicis, transfugas pro legatis recipientes: tum vero ratio exigit, ut evidens aliquod in ipso cultu discrimen sit inter Deum sumnum et has mentes. Deinde sciendum esset, quis inter eas mentes sit ordo, quid a quaque boni expectari possit, quo quamque honore affici velit rex summus: quæ omnia cum desint in

γίας ἀπατήσου. Δι' αὐτῶν φίλερα καὶ ἱρωτικὰ κατασκηνάζεσθαι εἰ καποδιάμονος. Ακολούσια γάρ τέσσερα, γέ τολέστων ἰλαΐς γέ δόξῃς διὰ τέσσερα καὶ μάλιστα ἡ ἀπάτη. Τὸ γάρ ψῦχος τέτοις εἰκόνος βέλοντας γάρ εἶναι θεῖαι, γέ το προετοῖς δύναμις αὐτῶν δοκεῖ θεῖαι εἶναι. Per illos oppositos Dii omnis ars malefica perficitur. Nam qui per malas artes animis illudere ac res pravas efficere student, illos spiritus et eorum praesidem maxime colunt: posse sunt enim hi prodigiorum specie imponere. Per hos philtra et alia ad amores pertinientia miseri homines sibi querunt. Omnis enim mala libido, et opum spes et gloria ab his maxime spiritibus; præcipue vero fraudes. Mendacium enim his proprium: Dii siquidem esse volunt; et qui eorum princeps est, Deus ipse haberi. Idem, Epistola ad Aenebonem Ægyptium, §. 24. Oi δὲ εἶναι μὴ θεῶν τιθυτῶν τὸ ὑπόκειον γίνεται ἀπατηλῆς φύσισι, παντομορφῶν τι καὶ πελόρεστον, ὑπερεργόμενον καὶ θεῖαι γέ δαιμονίαις γέ ψυχὴς τιθυτήτων γέ διὰ τέτοιο πάντα δύναθαι τὸν δοκέντων ἄγαδον ἢ κακῶν εἴναι τοις εἰσι τὰ γε ἔττοις ἄγαδα, ἄπει τοῖς κακὰ ψυχὴν, μηδὲ καθέ-

παξ συμβαλλόνται δύνανται, μηδὲ εἰδίναι ταῦτα ἐλλὰ πανορχαλύνονται, γέ ταῦτά τοις καὶ ἵπτοδίζουν πελλάκτις τοῖς εἰς ἀρετὴν ἀφίκουμένοις· πλήρεις ταῦται τόφοι, γέ χαίρουν ἀτμοῖς γέ θυντίαις. Illi vero illud quidem extra controversiam ponunt, esse genus quoddam spirituum omni fraudulentia inserviens, multiforme, versutum; quod modo Deos simulat, modo Dæmonas, modo mortuorum animas: eoque modo omnia eos posse immittere, quæ bona quæque mala habentur; ad vera autem bona, quæ in animo consistunt, nihil eos posse, neque eorum eos habere notitiam; sed male uti otio, ludificari et impedire eos qui in via sunt ad virtutem: plenos esse fastus, gaudentes nidoribus ac victimis. Arnobius, libro iv. adversus Nationes, p. 127. Si Magi, haruspicum fratres, suis in actionibus memorant antitheos sæpe obrepere pro veris: esse autem hos quosdam materiis ex crassioribus spiritus, qui Deos se fingunt. Idem sensus est, ne nimium multa transcribam, apud Jamblichum, de mysteriis Ægyptiorum lib. iii. cap. 31. et libro iv. capp. 7, 13.

ipsorum religione; satis hinc appareat, quam ea nihil in se certi habeat, quantoque facerent tutius si ad unitus Dei summi cultum se trans-ferrent: (quod sapientis hominis esse officium,
^b etiam Plato dixit:) eoque magis; quia, cum bonæ mentes Dei summi ministræ sint,^c non possit eas non sibi addictas habere qui Deo utatur propitio.

§. III. Malos spiritus adoratos a Paganis probatur, et ostenditur quam id sit indignum.

At vero non bonas sed malas fuisse mentes quibus Paganorum cultus impendebatur, non levibus constat argumentis. Primum, ^d quod cultores suos non rejecerunt ad cultum summi Dei; imo eum cultum quantum poterant sustulerunt, aut saltem omnibus modis se summo Deo in cultu æquari voluerunt. Secundo, quod unius summi Dei cultoribus mala maxima procurarunt, concitatis in ipsorum poenas magistratibus et populis. Nam cum poëtis impune liceret Deorum parricidia et adulteria canere, et Epicureis divinam providentiam e rebus tollere, neque ulla esset religio alia tam ritibus dissona quæ non in societatem admitteretur, ut

^b *Etiam Plato dixit]* Μετὰ Διὸς ἡμῖν: ἀλλοι δὲ μετὰ ἄλλων δαυρόνων. Cum Jove nos: cum aliis Diis alii. Citat Origenes, contra Celsum viii. 4.

^c *Non possit eas non sibi addictas habere qui Deo utatur*

propitio] Pulchre hoc exequitur Arnobius, libro iii. init.

^d *Quod cultores suos non rejecerunt ad cultum summi Dei]* Bene hoc exequitur Augustinus, de Civitate Dei libro x. cap. 14, 16, 19.

Ægyptiaca, Phrygia, Græca, Thusca sacra Romæ; soli Judæi passim ^e deridiculo erant, ut ex Satyris et epigrammatis appareat, ^f interdum et relegabantur: ^g Christiani vero præterea etiam atrocissimis afficiebantur suppliciis. Cujus rei non alia potest redi causa, quam quod hæ duæ sectæ unum Deum venerarentur; cujus honoris recepti Dii adversabantur, non tam inter se quam illius æmuli. Tertio, ex modo cultus, qui bonam honestamque mentem non deceat; ^h per sanguinem humanum, ⁱ per nudorum hominum in templis cursationem, per ludos ^k et saltationes plenas spurcitæ: qualia nunc etiam conspiciuntur apud Ameri- cæ et Africæ populos, Paganismi tenebris obstitos. Imo, quod est amplius, et olim fuerunt et nunc sunt populi, qui malas mentes adorant, quas tales norunt ac profitentur; ^l ut

^e Deridiculo erant] Ut curti, recutiti, sabbatarii, nubium et coeli adoratores, clementes in porcos.

^f Interdum et relegabantur] Josephus, xviii. 5. Tacitus, Annalium ii. 85. Seneca, epistola cix. Actor. xviii. 1. Suetonius, Tiberio, cap. xxxvi.

^g Christiani vero præterea etiam atrocissimis afficiebantur suppliciis] Tacitus, Annalium xv. 44. quo et illa pertinent Juvenalis, i. 155.

— Tæda lucebis in illa,
Qua stantes ardent qui fixo
guttore fumant,

ⁱ Et latus medium sulcus diducit arenam.

^h Per sanguinem humanum] Vide quæ hac de re dicta lib. ii. 12.

^j Per nudorum hominum in templis cursationem] Ut in Lupercalibus. Livius, lib. i. 5. Plutarchus, Antonio, p. 921. B. et alii.

^k Et saltationes plenas spurcitæ] Ut in Floralibus. Ovidius, Fastorum iv. 945. seqq. et v. 183. seqq. Adde Tatianum, §. 22. Origenem, octavo contra Celsum, §. 60.

^l Ut Ariamanum Persæ] Plu-

Arimanium Persæ, Græci Cacodæmonas, ^m Ve-joves Latini, et nunc alios Æthiopum et Indorum quidam: quo nihil potest magis impium excogitari. Nam cultus religiosus quid est aliud, quam testimonium summæ bonitatis, quam agnoscas in eo quem colas? qui si malo spiritui impenditur, falsus est ac mendax, et in se continet rebellionis crimen; cum debitus regi honos non modo ei subtrahitur, sed et in desertorem ejus atque hostem transfertur. Stulta autem est persuasio, qua fingunt, Deum bonum id non vindicaturum, quia id a bonitate alienum esset: nam ⁿ clementia, ut justa sit, suos habet limites; et ubi scelera modum excedunt, pœnam justitia ex se quasi necessario producit. Neque minus culpandum, quod metu adductos se dicant malis mentibus præstare obsequium: cum is, qui summe bonus est, sit etiam summe communicativus, ac proinde etiam naturarum cæterarum productor. Quod si est, sequitur, ut in naturas omnes, tanquam opificia sua, jus supremum habeat; ita ut ab eorum nulla aliquid possit fieri, quod ipse plane impedire cupiat. Quibus positis, facile colli-

tarchus, de Iaide et Osiride, iii. 24. de Natura Deorum: p. 369. E. Diogenes Laërtius, in præfatione, §. 8. [Vide Thomam Stanleium, de Philosophia Persarum: et quæ nos notavimus. Clericus.] ^m Vejoves Latini] Cicero,

Gellium, v. 12.
ⁿ Clementia, ut justa sit, suos habet limites] Quomodo diliges, nisi timeas non diligere? Tertullianus, adversus Marcionem, i. 27.

gitur, ei, qui Deum summum ac summe bonum faventem habeat, malos spiritus non amplius nocere posse, quam Deus ille, boni aliquujus causa, velit pati ut fiat. Neque vero a malis spiritibus quicquam impetrari potest, quod non rejiciendum sit: quia ^o malus, bonum cum simulat, tunc est pessimus; et p*hos*-tium munera insidiæ sunt.

§. IV. Contra cultum exhibitum hominibus vita functis, in Paganismo.

Fuerunt et Pagani, et sunt nunc etiam, qui vita functorum hominum animis cultum exhibere se aiunt. Sed primum, hic quoque cultus distinguendus notis conspicuis fuerat a summi Dei cultu: tum vero, inanes sunt ad illos preces, nisi ab illis animis aliquid nobis tribui possit; de quo nihil cultoribus constat, nec quicquam est, cur magis id dicant fieri, quam non fieri. Illud vero pessimum, quod quibus hominibus hunc honorem habuerunt, ii compeniuntur magnis vitiis fuisse insignes; ebriosus Bacchus, mulierosus Hercules, impius in fratrem Romulus, in patrem Jupiter: ita ut illorum honos ad Dei veri, et probitatis ipsi

^o *Malus, bonum cum simulat, 674.
tunc est pessimus]* Syri mimi ver. 402. ed. Francof. 1610.

^p *Hostium munera insidiæ sunt]* Sophocles, in Ajace, ver.

Ἐχθρῶν ἄδεια δῆτα, κ' εἰς ὄντος μα.
Dannosa ab hoste dona, quin nec dona sunt.

placentis ignominiam redundet; ^q dum vitiis, satis per se ab blandientibus, addit ex religione commendationem.

§. V. Contra cultum exhibitum astris, et elementis.

¹ *Vetustior isto fuit cultus astrorum, et, quæ elementa dicimus, ignis, aquæ, aëris, terræ: ne ipse quidem magno vacans errore. Nam cultus religiosi pars maxima sunt preces; quæ adhiberi, nisi stulte, non possunt nisi apud naturas intelligentes. Tales autem non esse eas quæ elementa dicimus, sensu quodammodo apparet. De astris si quis aliud affirmaverit, nihil habebit quo id probet; cum ex astrorum operationibus, quæ naturarum sunt indices, nihil tale possit colligi: imo contrarium satis aperte colligitur ex motu, non vario qualis est eorum quæ voluntatem habent liberam, ² sed rato atque præscripto. Jam vero alibi ostendit*

[^q Dum vitiis, satis per se ab blandientibus, addit ex religione commendationem] Exemplum vide in Eunicho Terentiana, Actu iii, scena 5. 43. Cyprianus, epistola ii. §. 6. Deos suos quos venerantur, imitantur. Finis miseris et religiosa delicate. August. ep. ccii. Nihil homines tam insociabiles reddit viæ perversitate, quam illorum Deorum imitatio, quales commendantur et describuntur literis eorum. Chalcidius, ad Timæ-

um, p. 221. Itaque factum, ut, pro gratia quæ ab hominibus debetur divinae providentiae, origo et ortus sacrilegio panderetur. Vide locum totum.

¹ *Vetustior]* Sunt rationes, quæ suadeant Idolatriam ceperisse a cultu Angelorum et Animorum humanorum; quas vide in Indice Philosophie Orientalis, ad vocem *Idolatria. Clericus.*

² *Sed rato atque præscripto]* Quo argumento motus qui-

dimus, astrorum cursus ad hominum usus esse temperatos: unde homo agnoscere debuit, se Deo et similiorem parte sui potiore, et cariorrem esse; ac proinde nobilitati suæ injuriam se facere, si se iis rebus subjiciat quas Deus ipsi donaverit: cum contra pro illis Deo gratias agere debeat; quod ipsæ pro se non possunt, aut posse non docentur.

§. VI. *Contra cultum animantibus mutis exhibitum.*

Illud vero indignissimum, quod et ^t ad bestiarum cultum delapsi sunt homines, Ægyptii præsertim. Quanquam enim in quibusdam aliqua se ostendit quasi umbra intelligentiæ; ea tamen ipsa nihil est, si ad hominem spectetur: cum nec internos conceptus distinctis vocibus scripturaque explicit, neque opera diversorum generum faciant, neque ejusdem generis opera diverso modo; multo minus numerorum, dimensionum, cœlestiumque cursum cognitionem assequantur. ^u Contra vero,

dam rex Peruanus negabat Solem esse posse Deum. Vide historiam Incarum.

^t *Ad bestiarum cultum delapsi sunt homines, Ægyptii præsertim]* De quibus Philo, in Legatione, p. 783. D. Oi ζώα, ς λόντες, ς λίοντας, ς προσδιέλυτος, ς ἀλλα πλάσια θηρίας ς τυδεα ς χιρωνία ς τεττα θιετλατεύεται. Qui canes, lupos, leones, crocodilos, aliaque aquatica, terres-

tria, volucria animantium pro Diis habent. Adde longam ea de re Dissertationem, lib. i. 88. seqq. Diodori Siculi.

^u *Contra vero, homo validissima queque animantia, feras, aves, pisces, capit solertia ingeni sui]* Euripides, Æolo; ex Plutarcho, de Fortuna, p. 98. E. de Solertia Animalium, p. 959. D. et ex Stobæo, Serm. lii. p. 360. init.

homo validissima quæque animantia, feras, aves, pisces, capit solertia ingenii sui; partim etiam sub leges suas subigit, ut elephanta,

*Βραχὺ τοι οὐδίνος ἄνερος·
Ἄλλὰ πωκιλαῖς πραπέδαις
Δαμᾶ φύλα πόντα,
Χθονίον τ' ἀρίστα τι παιδιύ-
ματα.*

*Vix erigua est, quamcunque
hominis
Natura dedit: sed consiliis
Variis artes, que nata mari
Et que terra cæloque, do-
mant.*

*Antiphon, apud Aristotelem:
Τίχην πραπέμεν ὁ φύσις πρα-
τεύει.*

*Natura quorum supererat, arte
hæc vincimus.*

Non male hinc explices, quod est Gen. i. 26. et Psal. viii. 6. Latiorem hac de re dissertationem qui desiderat, videat Opianum, initio quinti de pisces; et Basilium, in Hexaëmeron Homilia x. Origenes, contra Celsum libro iv. 78. Kad intakimē ði òrōs, tina grōtos ñ σύνοισι μίγα βοῶδημα ḥμιν δί-
dotai, καὶ παντὸς ὅπλου κρήττον
ἢ δοκὶ ἵχυν τὰ Θηρία. Ἡμίς
γῦν, εἰ πολλῷ τῷ σώματι τὸν
ζῶν ἀσθενίσσου, τινὸν δὲ καὶ τὸ
ὑπερβολὴν βραχύτερον, πραπέμεν
διὰ τὴν σύνοισι τὸν Θηρίον, καὶ
τὸς τηλικύττες ἐλίφαντας Θηρύ-
ομεν τὸ μὲν περικότεν τίθασ-
σινοδαι, ὑποτάσσοντες τῇ ἡμε-
τέρῃ ἡμιρρότητι· κατὰ δὲ τὸν μὴ
περιπόταν, ή μὴ δοκύνταν ḥμιν
χρήσιν παρίχυντες τὴν τιθασ-
σιν, οὗτοι μετὰ τῆς ἡμιτίκας
ἰσάμδα ἀσφαλίσας, ἦσι ὅτι μὲν
βελόμεντα ἵχομεν τὰ τουαῦτα

*Θηρία πατακικλισμένα· οὗτοι δὲ
χερζομεν τροφῆς τῆς ἀπὸ τῶν
συμάτων αὐτῶν, οὗτοι καὶ τὰ μὲν ἀγράτα τῶν
δῶντα. Δῆλα δὲ πάντα τὰ λογικῆ
δῶν, καὶ τὰς φυσικὰς αὐτῷ συν-
στοις πατακικλινον ὁ δημιουρός.
Vel hinc videoas, quam validum
nobis auxilium datum est intel-
lectus; quantoque præstet omnibus
armis, quibus instructas fe-
ras videmus. Nos enim, corpora
habentes multo imbecilliora, et
immensum minora aliquorum
animantium corporibus, horum
tamen potimur vi mentis, et elo-
phantes illos tantos venamur:
quæque sunt ita nata ut manu-
escere possint, ea nostra natura
mansuetæ subdimus; que vero
aut talia non sunt, aut nullam
ex mansuetudine utilitatem no-
bis promittunt; ea cum nostra
securitate ita tractamus, ut cum
lubet ea teneamus conclusa; ubi δὲ
corum carne ad victimum indigo-
mus, ea non minus facile quam
mansuetæ animalium interfici-
mus. Apparet igitur a summo
opifice facta cuncta serva ani-
manti ratione utenti, et agnato
ei intellectui. Claudius Neapo-
litanus, apud Porphyrium, de
non esu animantium primo,
§. 19. sic de homine loqui-
tur: "Ος τῶν ἀλέγων διοτέλει· πάντων, ἣς ὁ Θεὸς ἀνθρώπων·
Qui mutis animantibus omnibus
dominatur, non minus quam ho-
minibus Deus."*

leones, equos, boves; ex iis, quæ maxime sunt noxia, utilitates sibi deducit, ut medicamenta ex serpentibus; hunc certe usum ex omnibus habet, quem ipsæ ignorant, quod corporum compagem situmque partium speculatur, et, tum species tum genera inter se comparans, hic quoque suam dignitatem discit, quanto humani corporis perfectior cæteris nobiliorque structura est: quæ si quis recte consideret, tantum abest ut pro Diis animantia colat cætera, potius sese illorum quasi Deum quendam sub summo Deo constitutum arbitrabitur.

§. VII. *Contra cultum exhibitum iüs rebus, quæ substantiæ non sunt.*

Adoratas legimus a Græcis, Latinis, atque aliis etiam, eas res, quæ non subsistunt, sed aliarum rerum sunt accidentia. Nam (ut scœva illa, * Febrim, Impudentiam, et similia, omittam) Sanitas nihil est aliud, quam partium corporis recta temperies: Fortuna bona, similitudo eventus cum hominis desiderio: Affectus vero, (quales Amor, Metus, Ira, Spes, atque alia,) ex consideratione rei, vel bonæ vel malæ, facilis vel difficilis, motus quidam in ea animi parte, quæ corpori per sanguinem maxime connectitur; qui sui juris non sunt, sed Voluntatis tanquam Dominæ imperio subsunt,

* *Febrim, Impudentiam]* Cicero, de Legibus, ii. 11.

cerne quod durationem ac directionem eorum attinet. Virtutes vero (quarum diversa sunt nomina, circa utilis electionem Prudentia, in periculis subeundis Fortitudo, in abstinentia alieni Justitia, in voluptatum moderatione Temperantia, et porro alia) pronitates quædam sunt ad rectum in animo longa exercitatione adulteræ; quæ ipsæ ut augeri, ita et neglectu minui, imo et interire in homine possunt. ¹Honor vero, cui et ipsi tempa dicata legitimus, aliorum est de aliquo tanquam virtute prædicto judicium; quod sæpe et malis contingit, et bonis non contingit, ingenita hominibus errandi facilitate. ²Hæc ergo, cum non sub-

¹ Honor vero, cui et ipsi tempa dicata legitimus] Cicero, dicto loco; Livius, lib. xxvii. 25.

² Hæc ergo, cum non subsistant, &c.] Posset forte aliquis cultum hunc Ethnicon sic interpretari; ut diceret ab iis non tam res, quæ vocibus vulgo significantur, quam viam divinam unde manant, aut Ideas quasdam quæ sunt in Dei intellectu, cultas fuisse. Sic Febris coluisse dici possent, non eam quæ morbus est et in corpore humano sedem habet; sed vim immittendæ et sedandæ Febris, quæ Deo inest: *Impudentiam*, non viatum hominum animis inhærentem; sed Dei mentem, quæ patitur Impudentiæ hominum aliquando quidpiam non male cedere, eamque coercere et paenit adficere potest. Similia de ceteris dici queant, ut de Amore, Metu, Ira, Spe, quæ *Adfectus* sunt; quos Deus incitare, aut cohibere potest: vel de *Virtutibus*, quæ sunt in Divino Nominе perfectæ, et quarum tenues tantum adumbrationes in hominibus videntur, ex Ideis earum Virtutum, quæ consummatissimæ Deo sunt, prognatas: deque *Honore*; qui non tam est existimatio hominum, quam Dei ipsius suffragatio, qua Virtutem in honore esse apud homines vult. Sed Ethnici ipsi numquam sunt rem ita interpretati; et absurdum est, sub nominibus obscuris et quæ plebem fallere possunt, Dei attributa et Ideas, quasi personas quasdam, colere. Simplicius et rectius multo fuit

sistant, ac proinde rebus subsistentibus dignitate comparari nequeant, neque precum aut venerationis intellectum habeant ullum, pro Diis colere a recta ratione alienissimum est; cum ob haec ipsa is colendus sit, a quo haec dari conservarique possunt.

**§. VIII. Solutio objectionis Paganorum, sumptas
a miraculis apud ipsos;**

Solent a Paganis ad religionis suæ commendationem miracula afferri: sed adversus quæ multa excipi possint. Nam, qui sapientissimi inter ipsos Paganos fuere, multa horum, ut nulla idonea testium fide suffulta, ^b planeque conficta, rejiciunt. Quædam, quæ facta dicuntur, contigerunt in recessu, nocte, coram uno aut altero; quorum oculis falsa rerum specie per astus sacerdotum imponi facile potuit. Sunt et alia, quæ admirationem tantum sui conciverunt apud ignaros rerum natura-

ipsum Numen, sine ambagi-
bus, venerari. *Clericus.*

^a *Ut nulla idonea testium fide suffulta, planeque conficta, rejiciunt]* Livius, initio: *Quæ ante conditam condendamve urbem pœtis magis decora fabulis, quam incorruptis rerum gestarum monumentis traduntur; ea nec affirmare, nec refellere in animo est. Datur hæc venie antiquitati; ut, miscendo humana divinitate, primordia urbium augstiora faciat.*

^b *Planeque conficta, &c.]*

Multo satius esset in hac re-
sponsione adquiescere, quam
concedere miracula, aut ea
quæ a miraculis secernere
vulgo homines non poterant,
facta esse. Talia sunt oracula,
prodigia, et curationes mor-
borum; quæ, si facta essent,
a veris miraculis vix distingui
quivissent, certe a vulgo ho-
minum. Vide hac de re dicta
a nobis in Prolegomenis Hist.
Ecclesiasticæ, sect. ii. cap. 1.
Clericus.

lium, præcipue occultarum proprietatum; quale quid accideret, si quis apud populos ejus rei ignaros magnete ferrum duceret: ^c quibus artibus Simonem et Apollonium Tyanæum valuisse, a multis proditum est. Non negem, conspecta et quædam his majora, quæ ex causis naturalibus sola humana vi non potuerint elici: sed talia tamen quæ vim vere Divinam, id est, omnipotentem non desiderarent; cum ad eas sufficerent Spiritus inter Deum hominemque interpositi, qui pro sua celeritate, efficacia, atque solertia, facile possent dissita transferre, et quamvis diversa componere ad effectus tales qui homines in stuporem darent. Sed Spiritus, per quos id effectum est, bonos non fuisse, ac proinde nec bonam religionem, jam ex iis, quæ supra diximus, appareat: tum inde etiam, ^d quod certis carminibus invitox se cogi

^c Quibus artibus Simonem et Apollonium Tyanæum valuisse, a multis proditum est] Tatianus, §. 16. Εἰσὶ μὲν δέ καὶ νόοι καὶ στρεψίς τῆς ἐν ἡμῖν ὅλῃς δαιμόνων διὰ αὐτῶν τούτων τὰς αἰτίας, ιστὰν ευμβάντεσσι, λαυτοῖς προσγένεσιν. Sunt enim morbi et dissidia quædam in materia hac nostra: ea cum eveniunt, dämones eorum causas sibi ascribunt.

^d Quod certis carminibus invitox se cogi dicerent] Oraculum Hecates, apud Porphyrium, in Eusebio, P. E. v. 8.

"Ἐλεθος μετάνοει τοῦ πελου-

φρέδημονος οὐχίς,
"Η, Θητῶν φύσις οὐρα Σιάν
ὑπαδημοσύνης.
Advenio precibus sapientibus
indigetata,
Quas genus humanum manitu
reperere Deorum.

Item:
Τίπτει μ' ἀπὸ θύεσσος ἀπὸ κι-
νίσσος μὲν χατζήσιν
Θυεδάμην; Εκάπτη με Σιάν
ἰπιδημας ἀνάγνη;
Cujus egens Hecates me sum-
mo ex æthere tractam
Carmine vinxisti, superos cui
cogere fas est?
Et Apollinis apud eundem:

dicerent; cum tamen inter sapientissimos etiam Paganorum constet, in verbis nullam tales vias esse posse sitam, sed suadendi tantum, idque pro modo significationis. Est et illorum nequitiae indicium, quod ^c in amorem s^epe hujus aut illius hunc illumve renitentem se pellecuros suscipiebant; aut vana pollicitatione aut effectu injuriosi, ^f cum hoc etiam humanae leges tanquam beneficium interdicant. Neque est quod miretur quisquam, passum esse summum Deum ut mira quædam a pravis Spiritibus ederentur; ^g cum deludi talibus præstigiis meriti essent, qui a veri Dei cultu pri-

Κλῦθι μή εἰ λίλορες, ιωτὶ^{μ'} λιθόνες ἀράχυγη.

Invitum me audi, quando me lege ligasti.

Hi sunt secretarum artium ritus, quibus affantur necio quas potestates; ut Arnobius loquitur, libro ii. p. 49. fin. κατηγορίας δέλει ταῖς ιωδαῖς πεποικότοις, quasi eas sibi famulas carminibus fecissent; ut Clemens explicat, Protr. p. 18. init. Minarum formula est apud Jamblichum, in Mysteriis Ægyptiorum, lib. vi. cap. 5—7. Habet eademi Lucanus, lib. ix. 158. seqq. in verbis Minoris Pompeii; et ex Porphyrio Eusebius, lib. v. cap. 10. Preparat. Alias formulas communionum habes, apud Lukanum, ubi de Erichtho, vi. 730. seqq. agit; et Papinium, ubi de Tiresia, Theb. iv. 500. seqq.

^c *In amorem s^epe hujus aut*

illius hunc illumve renitentem se pellecuros suscipiebant.] Vide Pharmaceutriam Theocriti et Virgilii. Vide Porphyrii confessionem apud Eusebium, lib. v. Præparat. cap. 7. et apud Augustinum, libro x. de Civitate Dei, cap. 11. Vide eundem Porphyrium, lib. ii. 42. de non esu animantium; et Origenem, contra Celsum lib. vii. 69.

^f *Cum hoc etiam humanæ leges tanquam beneficium interdicant]* L. ejusdem. §. adjectio. D. ad legem Corneliam de Sicariis et Veneficis. L. si quis aliquid ex metallo. §. qui abortionis. D. de Poenis. Paulus, sententiarum lib. v. tit. xxiii.

^g *Cum deludi talibus præstigiis meriti essent, qui a veri Dei cultu pridem defecerant]* Deut. xiii. 8. & Thess. ii. 9, 10. Ephes. ii. 2, 3.

dem defecerant. Tum vero impotentiae eorum argumentum, quod eorum opera nullum insigne bonum secum afferebant. Nam et si qui visi sunt in vitam revocati; non permanesrunt in vita, nec viventium functiones exercuerunt. Quod si quid aliquando a divina pollentia procedens in Paganorum conspectu appa- ruit; non tamen prædictum est, id eventurum ad probandam ipsorum religionem: unde nihil impedit, quo minus divina efficacia causas sibi longe alias propositas habuerit. Exempli cau- sa, si verum est per Vespasianum cæco vi- sum esse redditum; factum id est, ^h ut is hac re ve- nerabilius Imperium Romanum facilius adipis- ceretur, lectus quippe Deo judiciorum ipsius in Judæos minister: similesque aliorum pro- digiorum causæ existere potuerunt, ⁱ quæ cum Religione nihil haberent commune.

^h Ut is hac re venerabilius Imperium Romanum facilius adipisceretur] Tacitus, Historiarum iv. 81. *Multa miracula evenere, quis caelstis favor et quædam in Vespasianum inclinatio numinum ostenderetur.* Dixerat ante, Historiarum i. 10. *Occulta lege fati et ostentis ac responsis destinatum Vespasiano liberisque ejus imperium, post fortunam credidimus.* Suetonius eadem miracula narra- turus sic præfatur, cap. 7. *Auctoritas et quasi majestas quædam, ut scilicet inopinato et quasi novo principi, deerat: hæc quoque accessit.* Eundem Sue-

tonium vide paulo ante, cap. 5. Josephus de eodem Vespasiano, libro belli Judaici iii. cap. 27. Τοῦ διηγέροντος αὐτὸν τις ἡγεμονίας ἦδη, καὶ τὰ σκῆπτρα δὲ ἱερῶν ὑψίστων προδικούντως. Deo jam illum ex- citante ad principatum, aliisque etiam signis ei sceptra præsig- nificante.

ⁱ Quæ cum Religione, &c.] Sed vide examen miraculo- rum, quæ in gratiam Vespasi- anii et Hadriani facta fingun- tur, Histor. Ecclesiastica no- træ sœcul. ii. ann. 138. Cle- ricus.

§. IX. *Et ab oraculis.*

Eadem ferme omnia aptari possunt et ad id solvendum, quod de oraculis opponunt; præcipue quod diximus, meritos eos homines ut sibi illuderetur, contemptis illis notitiis, quas cuique ratio aut vetustissima traditio suggerit. Tum vero, ^k verba oraculorum ferme ambigua, et quæ facile interpretationem ex qualicunque eventu acciperent. Quod si quid definitius prædictum ab illis, non tamen necesse est ab omniscia mente profectum: cum aut talia sint quæ ex causis naturalibus jam existentibus præsentiri poterant, ^l sicut Medici quidam venturos morbos prædixerunt; aut probabiliter ex eo quod plerumque evenit conjectari, ^m quod et

^k *Verba oraculorum ferme ambigua*] Vide *Enomai* hac de re loca apud Eusebium, lib. v. cap. 20—26. Hinc *Phœbus dictus Græcis Λέξις. Flexiloqua et obscura oracula Apollinis dicit Cicero, de Divinatione, ii. 56. Utrum eorum accidisset, inquit, verum oraculum fuisset.* [Multa oracula post eventum forte facta sunt, nec pauca sunt rationes suspicandi multas fraudes adhibitas a vatibus. Qua de re elegantissimum libellum Gallice scripsit D. de Fontenelle, quem vide; ut quæ ad eum defendendum dicta sunt Bibliotheca Selectæ Vol. xiii. et que Latine, ante omnes, ea de re scripsit Anton. van Dale

in libro de Oraculis. *Cf.*]

^l *Sicut Medici quidam venturos Morbos prædixerunt*] Chalcidius, ad Timæum, p. 275. *Aut enim alitum volatu, aut extis, aut oraculis homines præmonentur: prædicente aliquo propitio dæmone, qui sit eorum omnium quæ deinceps sequuntur scius; perinde ut si Medicus, juxta disciplinam medendi, dicat vel exitum vel sanitatem. Et terra motus Anaximander et Pherecydes.* Plin. lib. ii. cap. 79.

^m *Quod et a rerum civilium peritis factum sæpe legimus*] Scriptor vites Attici, §. 16. *Ei rei sunt indicio (præter eos libros, in quibus de eo facit mentionem, [Cicero] qui in vul-*

a rerum civilium peritis factum s^epe legimus. Quod si quando etiam apud Paganos aliquorum vatum opera usus est Deus ad ea prædicenda, quæ causas certas nullas extra Dei voluntatem habere poterant; non id pertinuit ad confirmandam religionem Paganicam, sed magis ad eam evertendam: qualia suntⁿ quæ apud Maronem extant Ecloga quarta, ex Sibyllinis carminibus deprompta; ^o quibus ille,

gus jam sunt editi) sexdecim volumina epistolarum, ab Consulatu ejus usque ad extremum tempus ad Atticum missarum: quæ qui legat, non multum desideret historiam contextam illorum temporum. Sic enim omnia de studiis principum, vitiis ducum, mutationibus reipublicæ perscripta sunt, ut nihil in iis non appareat; et facile existimari possit, prudentiam quodammodo esse divinationem. Non enim Cicero ea solum, quæ vivo se acciderunt, futura prædixit; sed etiam quæ nunc usu veniunt, oecinit ut vates. Cicero vere de seipso, Fam. libri sexti epistola sexta: Quo in bello nihil adversi accidit, non prædicente me. Quare quem, ut augures et astrologi solent, ego quoque augur publicus ex meis superioribus prædictis constitui apud te auctoritatem auguri et divinationis mee; debet habere fidem nostra prædictio. Non igitur ex alitis involatu, nec ex cantu sinistro oscinis, ut in nostra disciplina est, nec ex tripudiis solitinis aut somnis tibi auguror;

sed habeo alia signa, quæ observem. Sic Solon prædixit a Munychia maxima mala Athenis fore: Thales, in vico tunc despecto forum aliquando Milesiorum futurum. Plutarchus, Solone, p. 84. F.

ⁿ *Quæ apud Maronem extant Ecloga quarta] Vide Augustinum, de Civitate Dei lib. x. cap. 27.*

^o *Quibus ille, id nesciens, &c.] Sibyllarum vaticinia omnia aut dubia, aut confusa esse jam satis constat. Ideoque nollem Virgilium, Sibylæ interpres, quasi vaticinia per imprudentiam fundentem haberi; ut Caiphamus, qui nescius est vaticinatus. Sibylla neacio quæ, aut potius qui sub ejus larva latebat, ætatem auream prædixerat reddituram; ex eorum sententia, qui omnia renovatum iri putabant, et similia iterum eventura: qua de re vide quæ dixit Grotius, lib. ii. 10. et notas ad eum locum. Itaque nec Sibylla hac in re vates fuit, nec Virgilius vaticinia de Christo exscriptæ.*

id nesciens, Christi adventum et beneficia nobis depingit. Sic in iisdem Sibyllinis erat, Pro rege agnoscendum qui vere rex noster esset, et ab Oriente venturum qui rerum omnium potiretur. ¹ Apollinis oraculum apud

Vide Servium ad locum, et Is. Vossii illius Eclogae interpretationem. *Clericus.*

² Pro rege agnoscendum qui vere rex noster esset] Cicero meminit, ii. 54. de Divinatione.

³ Ab Oriente venturum qui rerum omnium potiretur] Suetonius, de Vespasiano cap. 4. Tacitus, Historiarum v. 18.

⁴ Apollinis oraculum apud Porphyrium legitur] Vide Augustinum, de Civitate Dei lib. xix. cap. 28. et Eusebium, Praeparationis ix. cap. 10. Idem Porphyrius, in libro de Oraculis, apud Eusebium, p. E. ix. 10. Τὴν δὲ τοῦτον ὁ θεὸς Αἰγυπτίων ἴμαρτύρησε, Φοίνικες τοι γέ Χαλδαῖοι, Λυδοὶ τοι γέ Εβραιοί. *Vera via repertores Deus* (Apollo scilicet) *esse testatur* *Ægypticas, Phoenicas, Chaldaicas, Lydos, et Hebraeos.* Paræneticus ad Græcos, inter Justini opera, hoc citat oraculum, §. 11, 24.

Μῆνες Χαλδαῖοι σοφίαν λάχου,
ἥδ' ἔξ 'Εβραιοι,
Ἄνθροι μέντος ἄνακτα σιβαζό-
μυνα θιὼν ἀγρούς.
*Soli Chaldaei sapiunt, et He-
braea virtutem gens,*
*Qui puro haud genitum vene-
rantur pectore numen.*

Et illud, §. 38.

'Ο πεντετονάς μερόπτων,

⁵ Άδάμ τι καλίσσει.
Qui primum finxit mortalem,
Adamque vocavit.

De ipso Iesu Hecates oracula sunt duo; quæ ex Porphyrio transcripsit Eusebius, in Evangelica Demonstratione, lib. iii. 7.

"Οττι μὲν ἀθανάτην ψυχὴν μετὰ
σῶμα προσεῖναι,
Γούνασκι σοφίη τετημένες
ἀλλά γε ψυχὴν
'Αντεος τινεῖην προφειράτη
ἰτι, ιτινε.
Morte carere animas exutas
corpore novit
Quemcumque exornat sapien-
tia: sed piactate
Est anima illius quæ longe
excelluit omnes.
Σῶμα μὲν ἀθανάτην βασάνοις
αἰτι προσέβληται.
Ψυχὴ δὲ τινεῖται τις ἀρέπων
πάλοι ζει.
Illius invalidos corpus tulit
usque dolores:
Est anima ascendit cœlestia
tempora piorum.

Eorundem meminit ex eodem Porphyrio Augustinus, libro xix. cap. 28. de Civitate Dei; ubi et aliud affert oraculum, quo Apollo dixerit, legem omnium Deorum esse patrem, quem valde sancti honorant Hebrei.

⁶ Apud Porphyrium] Possunt hæc recte dici in Porphyrium,

Porphyrium legitur; quo ait, cæteros Deos aërios esse Spiritus, colendum autem unum Hebræorum Deum: cui dicto si parent Apollinis cultores, jam tales esse desinunt; si non parent, suum Deum mendacii accusant. Adde jam, quod, si Spiritus illi suis oraculis consultum voluissent humano generi, ante omnia generali proposuissent vivendi normam; et certam fidem fecissent remunerationis, quæ maneret ita viventes: quorum neutrum ab ipsis factum est. Contra, ^t laudati sæpe eorum carminibus reges, quamvis improbi; ^u pugilibus decreti honores divini; ^x pellecti homines in amores etiam non legitimos, ^y ad mala lucra captanda, ^z ad cædes faciendas: quæ multis exemplis demonstrari possent.

eisque qui paria de iis Oracula sentiebant; et quasi argumentum *ad hominem*, ut loquuntur Dialectici, proferri. Sed, cum facta non esse hec oracula non constet, imo vero graves sint rationes credendi commenticia esse, apud Christianos vim nullam habere possunt. *Clericus.*

^t *Laudati sæpe eorum carminibus reges, quamvis improbi]* Vide ea quæ affert Enomæus, apud Eusebium, *Præparationis Evangelicæ lib. v. capp. 32. et 35.*

^u *Pugilibus decreti honores divini]* Ibidem, cap. 34. de Cleomedæ. Habet hoc et Origenes, contra Celsum iii. 3.

^x *Pellecti homines in amores etiam non legitimos]* Ostendimus jam supra, §. 2.

^y *Ad mala lucra captanda]* Vide Eusebium, *Præparationis lib. v. cap. 22.*

^z *Ad cædes faciendas]* Onomæus oracula hujus generis recitat; quæ reperies dicto jam Eusebii libro, cap. 19. et 27.

§. X. *Rejicitur Paganica religio ex eo, quod sponte defecerit, simul hac humana auxilia defuerunt.*

Tum vero ingens nobis, præter ea quæ supra sunt allata, argumentum suppeditat contra se Pagana religio; eo quod, ubicunque humana vi destituta est, plane concidit, tanquam sublato quo uno stabat. Nam, si oculos circumferas per quotquot sunt Imperia Christianorum aut Mahumetistarum, videbis Paganismi nullam nisi in libris memoriam. Imo docent historiæ, etiam illis temporibus cum Imperatores aut vim et supplicia, ut priores, aut eruditio[n]em et solertiam, ut Julianus, adhiberent ad sustentandam religionem Paganicam, in dies ei aliquid decessisse: non opposita vi ulla; non generis fulgore; (fabri enim filius a vulgo Jesus habebatur;) non literarum flore, cuius expers fuit oratio Christi legem docentium; non donis; (pauperes quippe illi erant;) non ulla assentatione, cum contra omnia commoda spernenda, nihil non adversi ejus legis causa subeundum dicerent. Vide quanta fuerit Paganismi imbecillitas, cum talibus auxiliis destructus sit. Neque tantum credulitas Paganorum evanuit ad illam doctrinam; sed et ipsi Spiritus ad Christi nomen ^a excesserunt e cor-

^a Excesserunt e corporibus, compresserunt vocem] Actor. v. 16.
viii. 7. xvi. 18.

poribus, compresserunt vocem, et interrogati de silentii causa ^b dicere sunt coacti, nihil se posse ubi Christus invocaretur.

§. XI. Responsio ad id, quod religionis ortus et interitus astrorum efficacie ascribitur.

Fuere Philosophi, qui ut ortum ita interitum religionis cujusque astris ascriberent. Sed ipsa, quam isti scire se profitentur, sideralis scientia tam diversis sub normis traditur; ^c ut nihil in ea certi reperiatur, praeter hoc ipsum, certi esse nihil. Non de illis loquor effectibus, qui ex naturali necessitate causarum sequuntur: sed de his, ^d qui ab humana procedunt voluntate; quæ ita suapte vi libera est, ut nihil ei necessitatis extrinsecus imprimi possit. Quod si ex impressione tali necessario sequeretur actus voluntatis, jam vis in anima delibrandi atque eligendi, ^e quam sentimus ipsi,

^b *Dicere sunt coacti, nihil se posse ubi Christus invocaretur]* Vide egregiam hac de re Bardesanis Syri Dissertationem; quam repertis apud Eusebium, *Præparationis lib. vi. cap. 10.* et eam, quam in *Philocalia de Origene collecta, cap. xxiii.*

^c *Qui ab humana procedunt voluntate; quæ ita suapte vi libera est, ut nihil ei necessitatis extrinsecus imprimi possit]* Vide Alexandri Aphrodisii *hac de re librum.*

^d *Quam sentimus ipsi]* Eusebium vide, *Præparat. Evang. lib. vi. cap. 6.*

frustra esset data; ^f omniumque legum præmiorumque ac pœnarum æquitas sublata, cum neque culpa neque meritum esse possit in eo quod plane sit inevitabile. Tum vero, cum actiones voluntatis malæ quædam sint, si certa necessitate ex cœlo procedunt, eo quod cœlo cœlestibusque corporibus vim talem Deus attribuerit; jam sequetur, Deum, qui perfectissime bonus est, ^g malitiæ moralis veram esse causam: et (cum lege posita profiteatur se detestari malitiæ, cuius vim effectricem atque inevitabilem inseruerit ipsis rebus) velle eum duo, quæ inter se sunt contraria; ut idem fiat, et non fiat: et peccari in eo, quod quis agat divino impulsu. ^h Probabilius ab aliis dicitur,

^f *Omniumque legum præmiorumque ac pœnarum æquitas sublata]* Justinus, Apologeticus ii. §. 48. *Ei μὴ προσίστειν ἐλαυνίης τὸ φύγειν τὰ αἰρχά ταις αἱρέσθαι τὸ καλὰ δίκαια τῆς θεοφάνειας γίνεσθαι, ἀνατίνει τοὺς τὸν ὑπωδότητον πρεσβύτερους.* Nisi enim electione libera facultatem habet humanum genus, ut turpia fugiat, honesta sumat; in neutrā partem ipsi ascribinda actionis causa. Vide et quæ ibidem sequuntur. Tatianus, §. 7. *Ἐλαυνίης τῆς προσιέσθε—ὅταν ὁ μὲν φαῦλος δικαίως κολάζηται, δὲ αὐτὸν γιγνόμενος μοχθηρός· ἐδὲ δίκαιος ἵταινήται, κατὰ τὸ αὐτιέσσιον τῷ θεῷ μὴ παρεῖται τὸ βέλημα.* In hoc data voluntati libertas:

ut qui malus est puniatur justus, quippe sua culpa factus improbus; qui vero justus est laudetur, ut qui eadem libertate conservet divinae violare præcepta. Adde Chalcidii hac de re disputationem in Timæo, pp. 235—280.

^g *Malitiæ moralis veram esse causam]* Contra quam dixit Plato, de Republica x. p. 768. E. *Αἴτια ιλομίνως οὓς δὲ ἀνατίνεις.* Causa penes optantem: *Deus extra culpana:* ut vertit in Timæo Chalcidius, p. 245. quod cum Mose congruere ait Justinus dicto loco, §. 44.

^h *Probabilius]* Sed omnium verissime qui influxus illos pernegan, nec quidquam in Astris agnoscent; præter ca-

astrorum influxibus ærem primum, deinde et corpora nostra contingi; et qualitates quasdam imbibere, quæ plerumque in animo excitent respondentes sibi appetitiones: ab his autem voluntatem illici, et iis obsequi sëpe. Verum hoc, ita concessum, nihil facit ad eam, quam tractare coepimus, quæstionem. Nam Christi religio, cum homines vel maxime abducatur ab iis quæ corpori placent, ex corporis affectibus ortum habere non potuit; ac proinde nec e visiderum, quæ, ut diximus, in animum non agunt nisi per eos affectus. Prudentissimi Astrologorum ⁱ eximunt a siderum legibus viros vere sapientes ac bonos: at tales revera fuere, qui primi Christianam religionem suscepérunt; quod vita ipsorum probat. Quod si eruditioni quoque et literis aliquam vim damus, adversus corporis contagium; fuerunt semper inter Christianos etiam, qui hac laude florérunt. Tum vero siderum effectus, ut doctissimi fatentur, certas mundi plagas respiciunt, et temporarii sunt: hæc autem religio jam per mille sexcentos annos durat; nec in una, sed in dissimili

lorem, ac lucem, quibus addere licet totius molis pondas. Atqui hæc ad annum proprie nihil faciunt. Clericus.

ⁱ Eximunt a siderum legibus viros vere sapientes ac bonos] Zoroaster, in Oraculis, fol. 10.

p. 2. ed. Ven. 1593. Μὴ σύγιεται τὸν αἰματούντων. Fatum augere noli. Ptolemeus, Καρπῆ, i. p. 204. Δύναται ὁ ἵερος πολλὰς ἀπετρίψασθαι λιγύιας τῶν ἄριστων. Potest vir sapiens multas astrorum efficiencias avertire.

tissimis mundi partibus, et quæ longe sub alio sunt siderum positu.

§. XII. Ostenditur præcipua Christianæ religionis probari a sapientibus Paganorum: et, si quid in ea est difficile creditu, paria apud Paganos reperiri.

Eo vero minus Pagani habent quo Christianam religionem oppugnant, quod ejus partes singulæ tantæ sunt honestatis, ut suapte luce animos quasi convincant; ita ut inter Paganos quoque non defuerint qui dixerint singula, quæ nostra Religio habet universa: utpote ^k Religionem non in ritibus, sed in animo esse

^k Religionem non in ritibus, sed in animo esse positam] Mennander, apud Clem. Strom. v. p. 258. Euseb. P. E. xiii. 18.

Θεῷ δὲ θύντας τίλιος δίκαιος ἄν, Μὴ λαμπρὸς ἀν ταῖς χλωμύ-
σιν ἀε τῇ παρδίᾳ.
Deo sacrificio semper ingenio
probo,
Neu tu album vestem magis
quam mores induas.

Cicero, de Natura Deorum ii. 28. *Oultus autem Deorum est optimus, idemque castissimus atque sanctissimus plenissimumque pietatis; ut eos semper pura, integra, incorrupta et mente et voce veneremur.* Idem, de Legibus ii. 10. *Caste jubet lex adire ad Deos: anima videlicet, in quo sunt omnia.* Persius, Satyra ii. 71.

Quin damus id superis, de magna quod dare lance

*Non possit magni Messala
lippa propago;
Compositum jucundusque animi,
sanctosque recessus
Mentis, et incœcum generoso
pectus honesto?
Hoc cedo, ut admoveam tem-
plis, et farre litabo.*

Qui versus respicere videntur Pythiae oraculum, quod est apud Porphyrium, de non esse animalium secundo, §. 16. ubi aliquid a viro pio oblatum Hecatombis alterius præferatur. Eodem libro, §. 19. hanc habet pars argumenti Porphyrius: Νῦν δὲ τεθῆντα μὴ λαμπρὰν περὶ σῶμα μὴ καθηὔη ἀμφισσαμένος, ἐπειδὴ μέρους τὸ τῶν θυσιῶν ἀγνόν ὅντας δὲ τὸ σῶμα μετὰ τῆς ιερᾶς της λαμπρυνάμενοι, μὴ πα-
θαρὰς πακάντες τὴν φυχὴν ἰχεο-
τες, ἵστον τρέπες τὰς θυσίας, οὐδὲ

positam: ¹ adulterum esse etiam, qui adulte-

διαφέρειν τομέωσιν. ὅπερ εἰ τῷ Θεοτάτῳ τὸν εἰς ἡμῖν χάρισμα πάλιται τὸν Θεόν διακείμενον κα-
θαρόν, ἀπει συγγενῆ περιφέρει.
Ἐτούτην ἐπιδιάχει προσήγγειαν τοῦ
Ἀγίου χρὴ τοῦ θεοῦ Θωμᾶς ίντες
ίστηται
“Ἐδημερεῖς ἀγαπών δὲ τοι, Φρε-
νίν ὄστια.

*Nunc vero candida quidem
anæctos veste, sed corpore im-
pure, idoneos negant qui pure
sacrificent: ubi vero et corpore
et vestitu nitentes quidam ani-
mam interim a malis purum non
habent, et sic ad sacra accedunt;
tamen nihil referre existimant: quasi
non Deus maxime delectetur, eo
quod in nobis divinissimum est
bene se habente, ut quicum ipsi
sit cognatio. At vero in Epi-
dauri Templo prescriptum erat:*

*Castus odorati venias ad limi-
na templi,
Fus jubet : at castum est,
sancta fovere animo.*

Et aliquanto post, sectione
scilicet 34. Θηρί μὲν τῷ λιτή-
ώσαι, ὡς τὸς ἀπὸ τοφὴς ἴση,
μηδὶν τῶν αἰσθητῶν μητὶ θυ-
μαντης, μῆτη ἵππουμάζεται.
Οὐδὲν γάρ ιστι οἶνοι, ὃ μὴ τῷ
τελεῖ φύσις ιστι αἴσθατος. Διό
ἄδελ λόγος τόντορ εἰς κατὰ Φωνήν
εἰσιν; οὐδὲ δὲ οἶνος, ὅταν πάθει
ψυχῆς ηὔ μιμολυμένος. Deo ei-
quū super omnia est, ut vir qui-
dam sapiens dixit, nihil corum
qua materia habent aut ado-
lerī, aut indigetari debet. Ni-
hil enim est materia particeps,
quod non impurum sit materia
carenti. Quare nec sermo illi
convenit, qui voce exprimitur:

ac ne ille quidem internus, si ex animi perturbationibus vitium contraxerit. Iterum ibidem, §. 46. *Où γάρ δὲ οὐ μόνοις, οὐδὲ ἀνθρώποις θεοῖς ἀφορομένοις, διὸ τὸ τοιούτοις καθάρεψαι δύνανται, διὸ τοῦ πειθάσθαι πειθάσθαι οὐ τῷ τοῦ πειθαρχῷ, τῷ κάρεσσαν εἶναι, τῷ λογιστοῖς τῷ λεπτοῖς ἀκριβῶς χρήσην τοῦ διεμετέτοντο ἄλλοις προσήκουσι διατηρεῖν, τῷ μετὰ ἀλλού διετίσαιν τοῦ πειθαρχοῦ τῷ πειθαρχῷ πειθαρχόν.* Neque enim convenit, ut in iis templis, quae homines Deos dicunt, etiam pedum vincula pura requirantur, et sine macula calcei; in templo vero summi Patris, Mundo hoc scilicet, non oporteat puram servare illam exterrnam nostri corporis ultimam et pellibus vestem, eaque quam castissima versari in illo Patris templo. Ne hoc quidem ex eodem libro omittam, §. 60. *Πλεονῆς δὲ, ὅτι τόποις θείων οὐ τυχεῖν οἱ θεοί, αἰσ δὲ τὸ οὐρανὸν αὐτούς τοὺς προσοντεῖς μιγόντες θεούς λαμπάντες οὐδὲν πειθαρχοῦ αἰτῶν τοι καὶ τοι πραγμάτων διάλυψιν ποὺς οὐ σωθεῖν, τῷ στοιχεῖ, τῷ δίκαιος οἶεν;* Qui vero persuasus est, vicitius illis non egere Deos, sed ad annum spectare offendentis; optimumque eis censeri sacrificium, reclama tum de diis tum de rebus sententiam; quomodo non is temperans, pius, justusque evadat? Ubi tria ista nota, quae apud Paulum, Tit. ii. 12. *εὐθέων, τῷ δικαιοῖς, τῷ πιστοῖς, temperanter, juste, et pie.* Zaleucus, in legum antelooquio, apud Diодорum Siculum, xii. 20. "Εγκ

rium committere voluit: ^m non reponendam injuriam: ⁿ uni marito unam uxorem jungendam.

*τὸν ψυχὴν καθαρὰς πάσης κα-
νίας· ὃς τὸν θεόν οὐ χαρίζεται
τὸν πεποντὸν Θεούς τι καὶ δα-
πάνας, ἀλλὰ τοῖς τὸν ἀγαθὸν
ἀνδρῶν δικαῖοις τι καὶ παλαιᾶς
λειτουργίασι. Omnis malitia pu-
ra mens esto: neque enim gau-
dient Dii pravorum hominum sa-
craeficiis et impendiis, sed justis
et honestis honorum actionibus.* Seneca, Lactantio prolatus,
lib. vi. Institutionum, cap.
25. 8. *Vultus Deum cogitare
magnum et placidum et majes-
tate leni verendum, amicum et
semper in proximo? Non immo-
lationibus et sanguine multo co-
lendum; sed mente pura, hone-
stoque proposito. Non templa
illi, congestis in altitudinem
saxis, extruenda sunt: in suo
cuicunque consecrandus est pecto-
re. Sensem eundem habes apud
Dionem Pruseensem, Oratione
tertia, p. 45. ed. Lutet. 1604.* Thucydides, lib. i. 70. Μῆτρα
ἱερῷ ἀλλοι τι ἡγεμόνει, οὐ τὸ
τὸ δίοντα πρᾶξαι. *Neque diem
festum aliud quid putare, quam
officium facere.* Diogenes: *Ἄντε
ἔργος εἰς πάντας ἡμίκους ἱερῶν
ἴγεται;* *Vir bonus nonne om-
nem diem festum habet?*

¹ *Adulterum esse etiam, qui
adulterium committere voluit]* Ovidius, Amor. iii. 4. 5.

*Quæ, quia non licuit, non fa-
cit; illa facit.*

*Ut jam servaris bene corpus,
adultera mens est:*

*Omnibus exclusis, intus adul-
ter. erit.*

Seneca pater, Contr. vi. decl.

8. *Incesta est etiam sine stupro,
quæ cupit stuprum.* Philoso-
phus, de Benefic. iv. 14. *Non
immerito in numerum peccan-
tium refertur, quæ pudicitiam
timori præstítit, et non sibi.*

^m *Non reponendam injuriam]* Plato, Critone, p. 36. E. Ma-
ximus Tyrius, Dissertatione
secunda. Menander, apud Sto-
benm, Serm. v. init.

*Οὐτος κράτερός ἐστιν ἀνὴρ, ὁ
Γοργία,*

*"Οτις ἀδικισθεὶς πληντεί-
σαται βροτῶν.*

*O Gorgia, ille vir virorum
est optimus,
Qui melius aliis callet ferre
injurias.*

Ariston Spartianus, apud Plu-
tarachum, Ap. Lac. p. 218. A.
Dicenti cuiquam, regium esse
amicis bene, inimicis male fa-
cere; imo, inquit, amicis bene
facere, inimicos amicos redde-
re. Et apud eundem, p. 978. F.
Dion ille, Siciliae liberator, phi-
losophici studii veram demon-
strationem in eo ait positam,
non ut quis in amicos benignus
sit; sed si quis, injuria affec-
tus, sit exorabilis et clemens
in eos qui peccarunt.

ⁿ *Uni marito unam uxorem
jungendam]* Vide quæ supra
ex Sallustio et aliis ad hanc
rem attulimus. Euripides, An-
dromache, ver. 177.

*—οὐδὲν γάρε καλὸν,
Δυοῖν γυναικῶν ἀνδρέ' οὐ' ἡνίας
ἴχειν.*

*Αλλ' οὐς μίαν βλέποντες ἀ-
ναίας κύπερν*

dam: ^o fœdus matrimonii debere esse perpetuum: ^p hominis officium esse homini cuivis benefacere, ^q præsertim egenti: ^r juramento, quantum fieri potest, abstinendum: ^s contentos

Στίχος, ἔτις μὴ κακὸς εἰ-
κεῖται θέλησι.

—non etenim decet,
Unum imperare feminis binis
virum:

Contentus uno conjugis vivat
et toro,

Quicunque cupiet rite cura-
tam domum.

In ejusdem tragedie choro,
ver. 464. seqq. plura sunt in
hunc sensum.

^o *Fœdus matrimonii debere*
esse perpetuum] Quale fuit a-
pud Romanos, ad annum ur-
bis vicesimum et quingentesi-
mum; Valerio Maximo teste,
lib. ii. cap. 1. 4. Anaxandrides
in hunc sensum, apud Sto-
bæum, serm. lxxii. init.

'Ο γὰρ δίκαιός ἐστιν αἰσχύνη
ἔχων.

Reciprocum tamen hoc nunquam
vacat infamia.

^p *Hominis officium esse homi-*
ni cuivis benefacere] Terentius,
Heautontimorumeo, i. 1. 25.

Homo sum: humani nihil a
me alienum arbitror.

Inter nos cognationem quandam
natura constituit, ait Florenti-
nus Jurisconsultus, L. Ut vim.
D. De Justitia. Eodem spectat
*proverbium, *Homo homini Deus*,*
apud Erasmus, Adag. Chil. i.
Cent. i. 69. ex Plinio, N. H.
ii. 7. Cicero, de Officiis primo,
*§. 16. *Hominibus inter ipsos,**
**omnibus inter omnes*, societa-*
tem esse ait.

^q *Præsertim egenti]* Horati-
tius, lib. ii. Sat. 2. 103.

Cur eget indignus quoquam
te divite?

In Mimo, ver. 94.

Bona comparat præsidia mi-
sericordia.

^r *Juramento, quantum fieri*
potest, abstinendum] Pythago-
ras, in vita apud Jamblichum, §.
47. Μηδεὶς πάτερ χρήσασθαι τὸν
Θεῖον τὸν ὄφον ἀλλὰ ταῦτα
περιχωρίζεις λέγει, ὅτι πα-
χεῖται ὅφος μέντοι πιστός. *In ju-*
rejurando nullo Deo abuti: tali
vero quemque sermone uti, ut
nec jurato sibi credatur. Quod
ipsum late ad aureum carmen
explicat Hierocles, pag. 29.
seqq. M. Antoninus, lib. iii.
5. in viri boni descriptione:
Μῆτις ὄφος δίσμενος. *Cui jura-*
mento uti non sit opus. Sopho-
cles, Edipode Coloneo, ver.
677.

Οὐ ταὶ εἴ ὁφ' ἔργα γ', μὲν πα-
κῶν, ποτέ ποτε.

Nolo te adigere jurejurando,
ut malum.

Clinias Pythagoricus trium ta-
lentorum litem perdere ma-
luit, quam jurejurando rem
veram affirmare. Narrat Be-
silius, de legendis Graecorum
libris, t. i. p. 498. B. ed. Paris.
1638.

^s *Contentos nos in vinctu et*
vestitu esse debere ad naturam
necessariis] Euripides, apud A-
thenaeum, iv. 15. Stob. Serm. v.

nos in victu et vestitu esse debere ad naturam necessariis. Quod si quid est in Christiana religione creditu difficile, apud sapientissimos Paganorum paria inveniuntur: quod de animorum immortalitate, et reditu corporum in vitam supra ostendimus. Sic Plato, a Chaldaeis edoctus, ^t divinam naturam distinguit in Patrem, Mentem paternam, (quam et Dei germen vocat, Mundi opificem,) et Animam qua

*'Επι τι δι βροτοῖς πλὴν
δυοῖς μόνοι,
Δύμητρος ἀπεῖται πάματις Σ'
ιδηρχίου;
"Απει πάρεσι, καὶ πίστις ἡμᾶς
τρέψιν.*

*Homini quid est necesse præ-
terquam duo,
Cereale germin utque lim-
pharum lates?
Quae sunt parata semper, et
vitæ satis.*

Lacanus, iv. 381.

—*Satis est populus flavius-
que Ceresque.*

Aristides: *Ἐσθῆτος γὰρ, ὄμηρος,
καὶ εὐθύνη, καὶ τροφὴ διόρθωσι.*
*Opus nimium habemus ueste,
tecto, et alimentis.*

^t *Divinam naturam distin-
guit* Plato, epistola ad Dio-
nysium, p. 1269. F. Vide et
Proclum in Timaeum, lib. iii.
Theol. Platon. cap. 18. seqq.
Primum principium Plato vo-
cat *Patrem*; secundum prin-
cipium, *omnium Causam et
Præsidem*; in epistola ad Her-
miam, Erastum, et Coriscum:
idipsum *Mentem* vocat Plo-
tinus, libro περὶ τριῶν ἀρχῶν
ἰποτάσιων: Numenius, Δημο-

*γὸς Opificem, item Flūm: A-
melius, Λόγος.* Ut videre est
apud Eusebium, libro xi. cap.
17—19. Vide et Cyrilum,
libro contra Julianum iii, iv,
et viii. pagg. 97, 145, 274.
Chalcidius, ad Timaeum, pag.
277. primum nominat *sum-
mum Deum*; secundum, *Men-
tem*, vel *Providentiam*; tertiu-
m, *Animam Mundi*, vel *Men-
tem secundam*. Mox tria hæc
sic discriminat: *Jubens, Ordinans, Intimans*. De secundo sic
idem, p. 135. *Ratio Dei Deus*
est humanis rebus consulens; qua
*causa est hominibus bene beate-
que vivendi, si non concessum*
*sibi munus summo a Deo negli-
gant.* Pythagorici ternarium
masnerum perfectum summo Deo
assignant, ait Servius, ad Eclogam ix. 75. Unde non abit
quod habet de iisdem Pytha-
goricis Aristoteles, primo de
Cœlo, in ipso initio. [Copio-
sius de hisce egit vir longe-
doctissimus Rod. Cudworthus,
Anglici Operis, de Systemate
intellectuali mundi, lib. i. cap.
4. quod consuluisse non pa-
nitibit. Clericus.]

sancta contineantur. Cum humana natura **divinum** jungi posse, ^u Julianus, tantus Christianorum hostis, credidit; et exemplum dedit in **Aesculapio**, quem volebat ad tradendam hominibus medendi artem de coelo venisse. **Crux** Christi multos offendit: at quae de Diis non narrant Paganorum auctores? alios famulos regum fuisse; fulminatos alios, dissectos, vulneratos. Et vero, laetius esse honestum quoties magno sibi constat, sapientissimi ipsorum dixer. ^x Plato de Republica secundo, quasi præ-

* *Julianus, tantus Christianorum hostis, credidit]* Libro vi. p. 200. A. Ο γὰρ Ζὺς, ἡ μὲν τοῦ νοτοῦ, ἡ δὲ λαυρὸν τὸν Ἀσκληπιοῦ ἱγίνεσθαι τοῖς δὲ τὴν γῆν, διὸ τῆς ἡλιας γονίας ζῶσι, ἐνθρόνοι. Οὐτοις, ἵστη γῆς ἡ δὲ ἔρημη πομαῖμαν πέριδον, ἴσουδες μὲν περὶ τὴν Ἐπίδανον ἴφάν, &c. Jupiter, inter ea quae intellectu percipiuntur, de se **Aesculapium** genuit: eundem terris cerni dedidit, per Solis vitam genitabilem. Hic vero, ex calo in terram progressa facto, unica specie apud Epidaurum apparuit. Porphyrius, verba ejus referente Cyriollo libro quem diximus viii. p. 287. D. Γίνος οἴται τι θιάν, οἱ δὲ γε τρίατοι κατὰ καιρὸς τοῖς ἀνθεώτας. Genus quoddam Deorum esse, quod suo tempore in homines mutetur. Quae hac de re fuerit Egyptianorum sententia, vide Plutarchum, viii. Symp. quæst. 1. Adde his locum Actorum, xiv. 11.

* *Plato de Republica secundo, quasi præscius, ait]* Graeca sic

habent, p. 594. B. Ματρύονται, γριβλώσιται, διδήσιται, ικανθλόσιται τὸν ἑφθαλμόν τιλυστῶν, πάντα κακὰ παθόν, ἀνασχινδυλιαθόσιται. Unde Cicero illud sumpat, et in tertium de Republica librum retulit: *Bonus ille vir vexatur, rapiatur; manus ei denique afferantur, effodiuntur oculi; damnatur, vinciantur, uratur.* Lactantius memorat, lib. v. Institutionum, cap. 12. 5. Idem, libro vi. cap. 17. 28. hunc nobis locum Senecæ servavit: *Hic est ille homo honestus; qui, sive toto corpore tormenta patienda sunt, sive flamma ore recipienda est, sive extendenda per patibulum manus, non querit quid patiatur, sed quam bene.* Talem nobis et Euripides ob oculos ponit istis versibus, in Syleo; apud Philonem, *Quod omnis probus liber*, p. 672. F. et Eusebium, P. E. vi. 6.

Πίμπρα, πάτα. Οι σάρκας, ή πληνθητί με

scius, ait, ut vere justus exhibeatur, opus esse ut virtus ejus omnibus ornamenti spolietur; ita ut ille habeatur ab aliis pro scelesto, illudatur, suspendatur denique. Et certe, summa patientiae exemplum ut extaret, aliter obtineri non poterat.

Πλάνη πελαστὸν αἴμα· πρόσθι·
γὰρ κάτω
Γῆς εἰσὶν ἀρρεῖ, γῆ τ' ἄποι·
τὸς αἰθίρα,
Πρὸς οἴκοις τοι θῶντ' ἀπαγ-
γέλλει λόγον.
*Ure hæc cremaque membra,
et impletor mei*
Potans rubentem sanguinem :
in terram prius
Descendet æther, terra se in
cælum feret,
Quam noster unquam sermo
aduletur tibi.
Tali vere convenit illud *Æs-*

chyli, Platoni memoratum dicto loco :

Οὐ γὰρ δοκεῖν ἀριστος, ἀλλ'
μηνις Θίλιαι·
Βαθὺς ἀλεπος διὰ φρενὸς παρ-
πάμενος,
'Αφ' οὐ τὰ πιδιὰ βλαστάνει βα-
λιμάτα.
Namque allaborat esse, non
credi optimus;
Sulcos profundos corde de-
mersos gerens,
Unde illa sese pulchra consi-
lia exerunt.



HUGO GROTIUS

DE

VERITATE

RELIGIONIS CHRISTIANÆ.

LIBER QUINTUS.

§. I. *Refutatio Judaismi, incipiens ab allocutione ad Judæos.*

QUALE est, quod ex obscuro specu enitentibus paulatim se ostendit, inter lucem tenebrasque medium; talem se nobis ex densa Paganismi caligine gradum moventibus Judaismus offert, pars et primordium veri. Quare Judæos compello, ne nos aversi audiant. Cognitum nobis, ^aesse ipsos progeniem sanctorum virorum, quos Deus et per Prophetas et per Angelos suos invisere solebat: ex eadem gente

^a *Esse ipsos progeniem sanctorum virorum]* Sumpta hæc, et quæ sequuntur, ex Rom. ix, x, xi. Adde Matth. xv. 24.

natum Messiam, et primos Christianismi doctores: Ipsorum esse arborem, cui nos sumus inoculati: custodes esse ipsos oraculorum Dei; quæ nos non minus ipsis veneramur, ac cum Paulo suspiria pro ipsis ad Deum emittimus, orantes ut quamprimum veniat illa dies, cum, ablato ^b velamento quod vultui eorum impendet, clare nobiscum visuri sunt ^c complementum legis; cumque, ut habent veterum yaticinia, nostrum, qui alienigenæ sumus, quilibet ^d Hebræi viri pœnulam apprehendet, rogans ut concordi pietate colamus unicum illum Deum, Deum Abrahami, Isaaci, et Jacobi.

§. II. Ostenditur, Judæos debere miracula Jesu habere pro sufficienter probatis.

Primum ergo rogantur, ne iniquum existiment in causa aliena quod in sua æquum judicent. Si quis Paganus ab ipsis quærat, cur credant miracula a Mose facta; nihil dicant aliud, quam inter suos adeo perpetuam constantemque ejus rei fuisse famam, ut non potuerit, nisi ex testimonio eorum qui vidissent, proficisci. Sic ^e ab Eliseo auctum apud vi-

^b Velamento] 2 Cor. iii. 14—16.

^c Complementum legis] Rom. iii. 21. viii. 4. x. 4. xiii. 8. Gal. iii. 24.

^d Hebræi viri pœnulam] Za-

chariae viii. 20. et sequentibus: Esaie ii. 2. xix. 18. et 24. Michæe iv. 2. Osee iii. 4, 5. Rom. xi. 25.

^e Ab Eliseo auctum apud viduam oleum] 2 Reg. iv.

duam oleum, ^f purgatum subito a mala scabie Syruin, ^g hospitæ filium ad vitam revocatum, et similia alia credunt Judæi; non aliam sane ob causam, quam quod testes bonæ fidei id proditum ad posteros transmiserunt. ^h De Eliæ vero in cœlum raptu, unius Elisæi, tanquam viri omni exceptione majoris, testimonio fidem habent. At nos de Christi ascensu in cœlum ⁱ duodecim proferimus testes vitæ inculpatæ; ^k de Christo post mortem in terris viso, multo plures: quæ si vera sunt, verum sit necesse est et Christi dogma: planeque nihil a Judæis pro se afferri potest, quod non et nobis pari aut potiori jure possit aptari. Sed, ut testimonia omittamus, res prodigiosas a Christo factas ^l ipsorum Thalmudistarum et Ju-dæorum confessio est: quod ipsum sufficere debet. Neque enim potest Deus dogmati per hominem promulgato auctoritatem efficacius conciliare, quam miraculis editis.

- ^f *Purgatum subito a mala scabie Syruin*] Ibidem, cap. v.
^g *Hospitæ filium ad vitam revocatum*] Dicto cap. iv.
^h *De Eliæ vero in cœlum raptu*] Dicto libro, cap. ii.
ⁱ *Duodecim proferimus testes*] Marc. xvi. 19. Luc. xxiv. 52.
- ^j *Actor. cap. i.*
^k *De Christo post mortem in terris viso, multo plures*] Matth. xxviii. Marc. xvi. Luc. xxiv. Joh. xx. xxi. 1 Cor. xv. 6.
^l *Ipsorum Thalmudistarum et Ju-dæorum confessio est*] Vide quæ allata ad librum ii. 4.

§. III. Solvitur, quod objiciunt facta hæc miracula ope dæmonum;

At, ope Dæmonum facta ab eo prodigia, dixerunt aliqui: verum hæc calumnia supra jam refutata est; eo quod ubi Christi dogma innotuit, omnis potestas Dæmonum confracta est. Quod addunt aliqui didicisse Jesum in Ægypto magicas artes; speciem veri multo minorem habet quam similis Paganorum ad-versus Mosem accusatio, ^m quam apud Plinium ⁿ et Apuleium videmus. Nam fuisse Jesum unquam in Ægypto, non constat nisi ex discipulorum libris; qui addunt, infantem adhuc inde rediisse: at, Mosem magnam ætatis adultæ partem in Ægypto exegisse, ^o et ipsius P et aliorum narratione certum est. Sed et Mosem et Jesum valide purgat hoc crimine lex utriusque, ^q tales artes diserte vetans ut Deo invisas. Tum vero si Christi et ejus discipulorum tempore usquam aut in Ægypto aut alibi extitisset ars ulla magica, qua possent ea fieri quæ de Christo prædicantur, muti omnes subito

^m *Quam apud Plinium]* Libro xxx. cap. 1.

ⁿ *Et Apuleium]* Apologetico ii. p. 318. ed. Lugd. Bat. 1594.

^o *Et ipsius]* Exod. ii. iv. et sequentibus.

^p *Et aliorum narratione certum est]* Manethonis, Chære-

monis, Lysimachi apud Josephum contra Apionem primo; Justini, Taciti.

^q *Tales artes diserte vetantur]* Exod. xxiii. 18. Levit. xx. 6, 27. Num. xxviii. 23. Deut. xviii. 10. 1 Sam. xxvii. 9. 2 Reg. xvii. 17. xxi. 6. Act. xiii. 8—10. xvi. 18. xix. 19.

sanari, claudis gressio, cæcis visus dari; Imperatores, ¹ Tiberius, ² Nero, atque alii, qui ad inquirenda talia nullis impendiis pepercérunt, haud dubie eam deprehendíssent. Et si verum est ³ quod tradunt Judæi, senatores magni Synedrii gnaros fuisse magicarum artium, ut reos possent convincere; sane (cum iidem Jesu inimicissimi fuerint, et honori ejus maxime per miracula crescenti invidentes) aut opera similia ex eadem arte edidissent ipsi, aut certis argumentis apertum fecissent ipsius opera non aliunde proficisci.

§. IV. Aut vi vocum.

Quod vero Judæorum nonnulli prodigia Jesus ascribunt nomini cuidam arcano, quod a Solomone in Templo positum duo leones per mille et amplius annos custodierint, quodque ab Jesu sublectum sit; non mendaciter modo, sed et impudenter confictum est: cum de illis leonibus, re maxime insigni atque admiranda, nec libri Regum, nec Paralipomena, nec Josephus quicquam prodant; sed nec Romanj,

¹ *Tiberius*] Tacitus, Anna-
lium vi. 20. Suetonius, ejus
vita, capp. lxiii. et lxix.

² *Nero*] De quo Plinius, li-
bro xxx. cap. 8. in Magiæ
historia: *Non citharæ tragicæ
que cantus libido illi major fuit.*
Postea; *Nemo unquam ulli arti*

*impensis favit. Ad hæc non
opæ illi defuere, non vireret, non
discendi ingenitum. Mox narrat
magiciæ œenis initiatum a Ti-
beritate rege.*

³ *Quod tradunt Judæi*] Thal-
mud; titulus de Synedrio, et
titulus de Sabbato.

qui cum Pompeo Templum intrarunt ante Jesu tempora, tale aliquid compererint.

**§. V. Ostenditur, divina fuisse Jesu miracula ;
quia is docuit cultum unius Dei, qui
Mundi est opifex.**

Verum posito, a Christo edita esse prodigia ; (quod Judæi fatentur;) dicimus, ex ipsa lege Mosis sequi, fidem ei adhibendam. Dixit enim Deus, Deut. xviii. futurum, ut post Mosem alii quoque Prophetæ a Deo excitarentur, iisque obediendum a populo ; nisi id fieret, graves pœnas denuntians. ^u Certissimæ autem Prophetarum notæ sunt prodigia : neque enim illustriora alia animo concipi possunt. At Deut. xiii. dicitur, si quis Prophetam se ferens prodigia ediderit ; ei non credendum, si populum ad novum Deorum cultum pelliciat : nam illa prodigia ut fiant, in hoc tantum a Deo permitti, ut experiatur an satis constans sit populus in veri Dei cultu. Ex quibus locis collatis inter se ^x Hebræi interpretes recte colligunt, omni ei ^y qui miracula faciat creden-

^u *Certissimæ autem Prophetarum notæ sunt prodigia]* Et futurorum prædictiones, quæ et ipsæ prodigiis recte accentur. Deut. xviii. 22.

^x *Hebræi interpretes]* Vide Mosem Maimonidem, et alios productos in Conciliatore Ma-

nassis, quæstione iv. ad Deuteronomium.

^y *Qui miracula faciat]* Cum jusque prædicta impleantur. Hoc argumento valide pugnat Chrysostomus, v. adversus Judeos, p. 360. fin. et seqq. et sermone Christum esse De-

dum, extra quam si a veri Dei cultu abducatur; quia in eo solo casu prædictum sit, ne miraculis quamvis speciosis fides habeatur. Jesus autem non modo falsos Deos colit non docuit; sed contra hoc tanquam crimen gravissimum diserte vetuit, docuitque nos et Mosis et qui eum secuti sunt Prophetarum scripta venerari: quare nihil est, quod miraculis ejus objici possit.

*§. VI. Solutio objectionis sumptae ex discrepantia
inter legem Mosis et legem Jesu: ubi
ostenditur lege Mosis perfectiorem
aliam dari potuisse:*

Nam quod quidam objiciunt, legem Jesu aliqua in parte a Mosis lege discrepare; id non sufficit. Nam ipsi Hebræorum doctores normam hanc ponunt; ^a ad imperium Prophetæ, id est, miracula facientis, qualemunque præceptum intrepide posse violari, excepto illo de unius Dei cultu. Et sane potestas leges condendi, quæ penes Deum fuit cum per Mosem

um, p. 630. seqq. in tomo vi. Saviliano.

^z Sed contra hoc tanquam crimen gravissimum diserte vetutis] Marc. xii. 29, 32. Joh. xvii. 8. Act. xv. 20. 1 Cor. v. 10, 11, 13. vi. 9. x. 7. xii. 2. 2 Cor. vi. 16. 1 Thess. i. 9. 1 Joh. v. 21.

^a Ad imperium Prophetæ, id est, miracula facientis, quale-

cunque præceptum intrepide posse violari] Ponitur hæc regula in Thalmude, titulo de Synedrio. Sic ad præceptum Josuæ violata lex Sabbati, Jos. vi. 14, 15. Et extra locum lege præscriptum sacrificarunt prophetæ; ut Samuel, 1 Sam. vii. 17. xiii. 8. et Elias, 1 Reg. xviii. 38.

daret præcepta, postea ab eo non abiit: nec quisquam, qui suo jure leges dedit, eo impeditur alias etiam pugnantes dare. Quod Deum esse immutabilem objiciunt, id nihil est: non enim de intrinseca Dei natura, sed de operibus agitur. Lux tenebris mutatur, juventus senectute, ætas hyeme: quæ omnia Dei sunt opera. Adamo olim Deus poma cætera permisit, ^b unius arboris fructu interdixit: nempe, quia ita libuit. Prohibuit generaliter homines occidere: ^c Abrahamo imperavit, ut filium mactaret. Victimæ seorsim a Tabernaculo ^d alias vetuit, alias accepit. Nec sequitur, si bona fuit lex per Mosem data, nullam dari potuisse meliorem. Solent parentes cum infantibus balbutire, ad ætatis vitia connivere, crustulo eos ad discendum allicere: at ubi processit ætas; corrigitur sermo, instillantur virtutis præcepta, ostenditur quæ sit honesti pulchritudo, quæ ejus præmia. ^e Non fuisse autem ejus legis præcepta summe perfecta vel eo liquet, quod multi illorum temporum viri sancti vitam secuti sunt illis præceptis excellentiorem. Moses, qui ultionem doloris partim manu partim judicio exigi permittit, ipse, atrocissimis injuriis vexatus, ^f precatorem se

^b *Unius arboris fructu interdixit]* Gen. ii. 17.

^c *Abrahamo imperavit, ut filium mactaret]* Gen. xxii. 2.

^d *Alias vetuit, alias accepit]*

Diximus modo de hac re.

^e *Non fuisse autem ejus legis præcepta summe perfecta]* Heb. viii. 7.

^f *Precatorem se pro inimicis*

pro inimicis constituit. Sic ^g David defectori filio parcí vult, ^h maledicta in se jacta fert patienter. Dimisissé uxores viri boni nusquam leguntur, cum tamen id lex permitteret. Nimirum, ⁱ ad majorem populi partem aptantur leges: itaque in illo statu par fuit quædam dissimulari, ad perfectiorem regulam reducenda illo tempore, quo majore vi Spiritus populum novum ex cunctis populis Deus sibi erat collecturus. Etiam præmia lege Mosis aperte proposita ad hanc vitam mortalem spectant omnia: unde fatendum est, ^k legem aliquam illa lege meliorem dari potuisse; quæ æterna præ-

constituit] Exod. xxxii. 11—
18, 31. Num. xi. 2. xii. 13.
xiv. 18. et seqq. xxi. 7, 8.
Deut. ix. 18, 26. xxxiii.

^g *David defectori filio parcí vult]* 2 Sam. xviii. 5.

^h *Maledicta in se jacta fert patienter]* 2 Sam. xvi. 10.

ⁱ *Ad majorem populi partem aptantur leges]* Origenes, aduersus Celsum iii. 79. "Ὀντες ίλιγρι τις τῶν νομοθετῶν, πρός τὸν ἤρωτα εἰ τὰς καλλίστους θέτο τοὺς πελίστας νόμους. ὅτι ἐ τὰς παθάστας καλλίστους, ἀλλ' ἀντὶ ἐδύνατο τὰς καλλίστους. Quoniammodo quidam legum conditor dixit, interroganti an optimas dedisset leges civibus; non omnium dedisse se optimas, sed quantum fieri poterat. Porphyrius, lib. i. 28. de non esu animalium, de legum conditoribus: Εἰ δὲ οὐτοι, πρέπει τὰς κατὰ

φύσιν λιγόμενον μίσον βίον ἀφοροῦσι, γέ ἐπεσίσινται ἐν γέ σι πελλαῖ, (οἵ ταὶ ικτὸς, οἵ ταὶ ἀγαθὰ ἢ κακὰ, γέ τὰ τῷ σώματος ὀσταῖς ὑπειληπται,) νομοθετούσι τι τις, τὸν τύπον παραφίειν νόμοι, ἀναγράψαι βίον; Quod si illi, recipientes ad vitam illam quæ secundum naturam est et media vocatur, et ad ea quæ capiant homines, (qui externa, quæque in corpore sita sunt, bona malaque existimant,) leges condidere; in quo lœdit vitam, qui talibus legibus melius aliquid adjicit?

^k *Legem aliquam illa lege meliorem dari potuisse; quæ æterna præmia non sub umbris, sed aperte proponeret: quod lege Christi factum videtur]* Hebr. vii. 19, 22. viii. 6. 2 Tim. i. 10.

mia non sub umbris, sed aperte proponeret: quod lege Christi factum videmus.

§, VII. *Ab Jesu in terris observatam legem Moses; nec post abolita nisi ea præcepta, quæ intrinsecam bonitatem non habebant:*

Notandum hic obiter, ad vincendam iniquitatem Judæorum qui Jesu coævi fuerunt, Jesus pessime ab ipsis tractatum, et suppicio deditum; cum nullum ejus admissum adversus legem posset afferri. ¹ Circumcisus erat: ^mcibus utebatur Judaicis, ⁿvestitu simili: ^opurgatos scabie mittebat ad sacerdotes: ^Ppaschata, et alios dies festos religiose observabat. Si quos sanavit sabbato; ^qostendit, non tantum ex lege ^rsed et ex receptis sententiis, talia opera sabbato non interdicta. Tum vero primum cœpit promulgare ^slegum quarundam abrogationem, cum, morte devicta in cœlum evectus, etiam Spiritus sancti conspicuis donis ornasset suos; iisque rebus ostendisset adeptum se ^tpo-

- ¹ *Circumcisus erat]* Luc. ii. 56. xii. 1.
 21. ^q *Ostendit, non tantum ex lege]* Matth. xii. 5.
^m *Cibus utebatur Judaicis]* Gal. iv. 4, 5.
ⁿ *Vestitu simili]* Matth. ix. ^r *Sed et ex receptis sententiis,*
 20. ^o *Purgatos scabie mittebat ad sacerdotes]* Matth. viii. 4. ^s *talia opera sabbato non interdicta]* Matt. xii. 11.
^P *Paschata, et alios dies festos religiose observabat]* Luc. ii. ^t *Legum quarundam abrogationem]* Actor. x. Coloss. ii. 14.
 41. Joh. ii. 13, 23. vii. 2. xi. ^{ii.} 36. Apoc. i. 5.

testatem regiam, ^u in qua continetur legis condendæ auctoritas: idque secundum Danielis vaticinium, capite iii. et vii. collato etiam capite viii. et xi. qui prædixerat fore, ut, paulo post destructa regna Syriæ et Ægypti, (quorum posterius sub Augusto contigit, Deus regnum datus esset ^x homini qui plebeius videretur, in omnis tractus sermonisque populos, et quidem nunquam desitum. Pars vero illa legis, cuius necessitas a Christo sublata est, nihil continebat sui natura honestum; sed constabat ex rebus per se mediis, ac proinde non immutabilibus. Nam si eæ res per se aliquid haberent, cur faciendæ essent; ^y omnibus populis non uni eas præscripsisset Deus, et ab initio statim, non postquam bis mille, et quod excedit, annos vixerat humanum genus. Abel, Enoch, Noë, Melchisedec, Job, Abraham, Isaac, Jacob, omnes viri pii et Deo eximie

^u In qua continetur legis condendæ auctoritas] Jacob. i. 25.

^x Homini qui plebeius videatur] Dan. ii. 45. vii. 13. Nam filius hominis Hebreis vilitatem quandam significat. Et sic vocantur Prophetæ, comparati cum Angelis: ut et Iacobiadæ notatum, ad Dan. x. 16.

^y Omnibus populis non uni eas præscripsisset Deus] Id autem tantum abest, ut leges aliquot, puta de primitiis, de decimis, de congregatione ad festos dies, expresse se referant ad unum Judææ locum, quo certe omnes gentes coire non poterant. Vide Exod. xxiii. 19. xxxiv. 26. Deut. xxvi. 2. et seqq. Item Deut. xii. 5. et seqq. xiv. 23. et seqq. Item Exod. xxiii. 17. xxxiv. 22—24. Deut. xvi. 16. De sacrificiis legem eodem modo interpretata est vetustissima consuetudo. Solis Hebreis, non et alienigenis, datam Mosis legem docet Thalmud, in titulo de Synedrio, et titulo Chagiga; Maimonides, ad Deut. xxxiii. et Baçhæ.

cari, hanc legis partem ignorarunt, aut totam aut ferme totam; neque eo minus acceperunt testimonium et suæ in Deum fiduciæ, et amo-
ris divini in se. Neque Moses sacerum Je-
thronem ad hos ritus suscipiendos adhortatus
est, neque Jonas Ninevitas; nec alii Prophetæ
Chaldæos, Ægyptios, Sidonios, Tyrios, Idu-
mæos, Moabitas, ad quos scribunt, ob eos non
susceptos reprehendunt, cum peccata ipsorum
satis exacte enumerent. Peculiaria ergo erant
hæc præcepta; ^a sive ob vitandum aliquod ma-
lum in quod proni erant Judæi, sive ad expe-
rimentum obedientiæ, sive ad rerum futurarum
significationem introducta. Quare non magis
mirandum est, ea aboleri potuisse; quam si quis
Rex municipalia quædam statuta tollat, ut toti
imperio jus idem statuat. Neque vero quic-
quam affери potest, quo probetur Deum se
astrinxisse ne quid ejus mutaret. Nam si dicas,
præcepta hæc vocari perpetua; ^a eadem voce
utuntur sæpe et homines, cum significare vo-
lunt, quæ sic jubent non esse annalia, ^b aut cer-
tis temporibus, puta, belli, pacis, caræ annonæ,

^a Sive ob vitandum aliquod malum in quod proni erant Ju-
dæi] Rituales supra modum, coque ad idolatriam proni. Ostendunt id passim Prophetæ: maxime Ezechiel, xvi.

^b Eadem voce utuntur sæpe et homines] L. Hac edictali. Cod. de Secundis nuptiis. L. Hac in perpetuum. Cod. de Diversis

prediis, libro xi. et alibi sæpe. ^b Aut certis temporibus, puta, belli, pacis, caræ annonæ, accommodata] L. Valerius apud Livium, lib. xxxiv. 6. Quas tempora aliqua desiderant leges, mortales, et temporibus ipsis mutatas video: quæ in pace latæ sunt, plerumque bellum abrogat; quæ in bello, pax.

accommodata: quo tamen non impeduntur, quo minus novas de iisdem rebus constitutio-nes edant, ubi id publica utilitas exegerit. Sic et Dei præcepta data Hebræis alia erant tem-poraria, ^cquandiu in locis desertis ageret po-pulus; ^d alia astricta habitationi terræ Cana-nææ: ab his ergo ut illa distinguat, perpetua vocat; quo intelligi possit, non debere ea us-quam aut unquam intermitti, nisi Deus contrariæ voluntatis daret significationem. Quod loquen-di genus, cum omnibus populis sit commune, eo minus mirari debent Hebræi; qui sciant in lege sua ^e jus perpetuum et servitutem perpe-tuam vocari, quæ duret a Jubilæo ad Jubi-læum: ^f Messiae vero adventus ab ipsis voca-tur complementum Jubilæi, sive magnus Jubi-læus. Quid quod Novi Fœderis olim ineundi promissio apud Prophetas Hebræos extat? ut

^e *Quandiu in locis desertis ageret populus]* Ut Exod. xxvii. Deut. xxiii. 12.

^d *Alia astricta habitationi terræ Cananææ]* Ut Deut. xii. 1, 20. xxvi. 1. Num. xxxii. 52.

^e *Jus perpetuum et servitu-tem perpetuam]* Exod. xxi. 6. 1 Sam. i. 22. Et sic vocem בְּנֵי יִשְׂרָאֵל in lege rituali accipi posse sensit Josephus Albo, lib. iii. Fundamentorum, capite 16. Etiam sacerdotium Phineæ dicitur בְּנֵי שְׁלֹמֹן, Psal. cxi. 81. וְנִזְבְּחַת מִזְבְּחָה, Sirachide xlv. 24. וְנִזְבְּחַת מִזְבְּחָה, 1 Macch. ii. 54.

^f *Messiae vero adventus ab ipsis vocatur complementum Ju-bilæi]* In Pereck Chaleck, et alibi; idque ex Esaia, lxi. 2. [Pereck Cheleck est cap. xi. Libri Thalmudici de Synedriis. Verum illic non occurrit quod habet Grotius, certe in textu Mischnæ. Accuratiores hasce citationes esse oportuit. Cl.]

Sed verba Eliæ in hujus-ce capititis *Gemara* Grotius respicere videtur; qui, cum Lxxv. Jubilæos numerave-rit, addit: בְּנֵי הַאֲחֶרְןָן בְּנֵי נְזִיר. Et in Jubilæo ultimo veniet filius Davidis. Vide p. 346. fin. ed. Cocceii. O.

g Jeremiæ xxxi. ubi pollicetur Deus novum se pactum initurum, quod ipsis mentibus sit inscripturus; neque opus habituros homines, ut religionem alii ex aliis discant, apertam enim omnibus fore: præterea veniam se daturum ante delictorum. Quæ res ferme ita se habet; ac si rex aliquis, post graves civium inter se inimicitias, ad pacem stabiendum sublata legum varietate, communem omnibus eamque perfectam legem imponat, et in posterum se emendantibus pollicetur omnium commissorum impunitatem. Hæc quanquam sufficient; eentes per partes singulas sublatæ legis ostendemus eas tales non esse, ut aut Deo per se placere possent, aut semper durare deberent.

§. VIII. *Ut sacrificia, quæ nunquam per se Deo placuerunt;*

Præcipuum, et quod maxime in oculos incurrit, sunt sacrificia; de quibus multi Hebrei sentiunt, prius ^h ab hominum ingenio ea ex-

^s Jeremiæ xxxi.] ver. 31. entia, sacrificium illud obtulit. et seqq.

^b Ab hominum ingenio ea ex-cogitata] Chrysostomus, xii. de Status, t. vi. p. 543. de Abele locutus: Οὐ γὰρ παρά τινος μαθὴν, ὅτι νόμος περὶ ἀπαρχῶν διαλεγομένου ταῦτα ἀκίνας, ἀλλ' αἰσθένει καὶ παρὰ τὸ συνιδότος διδαχῆς, τὴν Θυσίαν ἵζειν ἄνηνυχι. Non enim ab ulla edocitus, non lege accepta quæ de primitiis aliquid constitueret, sed apud se suapte motus consci-

In Responsis ad Orthodoxos, in operibus Justini, ad Interrogatum lxxiiii. Οὐδὲν τὸν θυάτην τὰ ἀλογα θυσίαν τῷ Θεῷ πρὸ τοῦ νόμου κατὰ τὴν θύσιαν διάταξι, οὐδεις κανόνι φαίνεται δι Θεὸς ταῦτην προσδιδέμενος, τῷ ταῦτην ἀποδοχῆν δικινῶν τὸν θυσαντα τιμάρτεσσιντο. Nemo eorum, qui ante legem pecudes Deo obtulit, divino id iussu fecit; quanquam patet talia acceptasse Deum, et acceptando ostendisse

cogitata quam a Deo jussa. Certe id appareat, Hebræos multorum rituum fuisse appetentes : ⁱ ita ut satis causæ fuerit, cur Deus plurimos eis injungeret; vel ob hoc, ne ad falsorum Deorum cultus memoria Ægyptiaci incolatus redirent. At cum eorum posteri plus æquo hæc sestimarent, tanquam per se Deo grata et veræ pietatis partem ; reprehensi sunt per Prophetas. ^k *Sacrificiorum causa*, inquit Deus apud Davidem Psalmo qui est apud Hebræos quinquagesimus, ne verbum quidem tecum velim commutare : nempe ut holocausta alia super alia mihi mactes ; ut juvencos, aut hircos accipiam de tuis septis. Nam certe quicquid animantium per saltus pascitur, aut per montes errat, meum est. In numerato habeo et volucres et feras : ita ut, si esurirem, nihil opus esset mihi te convenire ; mihi, inquam, cuius est hoc Universum, et quicquid in

carum sibi esse eum qui offerebat.
[Copiosius hac de re egit Joan. Spencerus, de Leg. Ritualibus Jud. lib. iii. diss. 2. quam vide. Cl.]

ⁱ *Ita ut satis causæ fuerit, cur Deus plurimos eis injungeret; vel ob hoc, ne ad falsorum Deorum cultus memoria Ægyptiaci incolatus redirent]* Hanc ipsam causam legis de sacrificiis affert Maimonides, in Ductore Dubitantium, lib. iii. cap. 32. Tertullianus, adversus Marcionem ii. 18. *Sacrificiorum quoque onera et operationem, et oblationum negotiosas scrupulositates nemo reprehendat,*

quasi Deus talia proprie sibi desideraverit; qui tam manifeste exclamat: Quo mihi multitudinem sacrificiorum vestrorum? et quis exquisivit ista de manibus vestris? Sed illam Dei industriam sentiat, qua populum proximum in idolatriam et transgressionem ejusmodi officiis religioni sue voluit astringere, quibus supersticio seculi agebatur, ut ab ea avocaret illos ; sibi judeens fieri quasi desideranti, ne simulacris faciendis delinqueret.

^k *Sacrificiorum, &c.] Paraphrasis hæc est Grotiana Psal. l. non translatio ad verbum. Talia sunt et sequentia. Cl.*

eo conspicitur. Putasne vesci me carne pingui, aut bibere hircorum sanguinem? imo laudem Deo sacrificia, et vota redde. Sunt inter Hebræos qui hæc eo dici aiunt, quod qui sacrificia illa offerebant animo vitaque impuri essent: at aliud docent quæ attulimus verba, rem scilicet per se nihil habere Deo gratum. Et, si seriem totam Psalmi consideres, pios illis verbis alloquitur Deus. Dixerat enim: *Congregate mihi pios: deinde, Audi, popule mi: hæc docentis sunt.* Postea, (finitis, quæ attulimus,) ut fieri solet, ad impios sermo convertitur: *Impio autem dicit Deus.* Eundem sensum ostendunt loca alia, ut Psal. li. *Sacrificia ut tibi dem, gratum tibi non est; neque holocaustis delectaris.* Sed quod vere tibi placet sacrificium, est animus culpæ suæ sensu dejectus: mentem enim quasi fractam atque contritam, *O Deus, non despicias.* Simile est illud, Psal. xl. *Victima et oblato libo non delectaris.* Sed me tanquam perfossa aure tibi mancipas; non exigens aut holocaustum, aut victimam piacularum. Itaque respondi, *En adsum: ac tanquam ex pacto conscripto faciam quod velis;* quæ voluptas mea est: *lex enim tua cordi meo inhæret.* *Æquitatis tuæ laudes non intra cogitationes meas claudio:* sed veracitatem tuam ac benignitatem prædico ubique: præsertim vero misericordiam tuam atque fidem celebro in numeroso cætu. Apud Esaiam, cap. i. sic Deus loquens inducitur: *Quo mihi tot victimæ?* Satias

me tenet holocaustorum ex arietibus, et adipis quamvis pinguissimi. Nec amo sanguinem, sive ille juvencorum est, sive agnorum, sive hædorum; ut cum eo apud me appareatis. Nam quis hoc de vobis exegit, ut eo modo subdialia impuraretis? Apud Jeremiam vero, vii. locus est huic geminus, et ejus interpres. Sic ait Dominus Angelorum, Deus Israëlis. Holocausta vestra congerite cum victimis, et ipsi earum carne vescimini. Nam quo primum tempore majores vestros eduxi ex Ægypto, nihil exegi aut præcepi de holocaustis et victimis. Sed hoc est quod illis serio edixi, ut mihi obedientes forent: sic me fore Deum ipsorum, ipsos vero meum populum. Utque ea incederent via, quam ego ipsis eram imperaturus. Sic omnia ipsis prospere eventura. Apud Oseam hæc sunt Dei verba, cap. vi. Beneficentiam in homines multo¹ acceptiorem habeo, quam sacrificium: de Deo recte sentire, supra omnia est holocausta. Apud Michæam vero, cap. vi. cum quæstio esset instituta, quomodo quispiam Deum sibi optime conciliaret, arietum ingenti numero, vi magna olei, an vitulis anniculis; respondet Deus: Dicam tibi quid sit vere bonum, mihi que gratum: nimirum, ^mut suum cuique reddas, ut

¹Acceptiorem habeo, quam sacrificium] Ita et Chaldæus interpres hunc locum exponit.

^mUt suum cuique reddas, ut bene aliis facias, et ut Deo humiliem ac submissum te præbeas] Itaque aiunt Judæi, legis pre-

cepta numero 10 cii. ab Esaiâ contracts in sex, xxxiii. 15. a Michæa hoc loco in tria: ab Esaiâ in duo, lvi. 1. ab Abacuco in unum, ii. 4. item ab Amoso, v. 6.

bene alius facias, et ut Deo humilem ac submissum te præbeas. Quibus ex locis cum appareat, sacrificia non esse earum rerum in numero quas Deus per se aut primario velit; populus vero, irrepente paulatim, ut fit, prava superstitione, in illis posuerit potissimum pietatis partem, et victimis suis crediderit peccata satis compensari; quid mirum est, si tandem Deus sustulit rem suapte natura medium, sed cuius usus jam in vitium fluxerat; ⁿ cum Rex quoque Ezechia a Mose erectum æreum serpentem confregerit, ideo quod populus eum religioso cultu venerari coepisset? Neque vaticinia desunt, quæ sacrificia illa, de quibus controversia est, desitura prædixerint: quod facile quivis intelliget, qui modo considerarit, secundum Mosis legem sacrificare soli Aaronis posteritati concessum, idque duntaxat in solo patrio. Jam vero, Psalmo cx. secundum numerum Hebræum, promittitur rex latissime dominatus, initio regnandi facto ex Sione; qui rex idem et sacerdos in perpetuum futurus esset, idque instar Melchisedeci. Esaias vero, cap. xix. dicit, altare visum iri in Ægypto; ubi non tantum Ægyptii, sed Assyrii quoque, et Israëlitæ Deum sint culturi: et capite lxvi. ait, futurum ut longissime dissiti et omnium sermonum populi, non minus quam Israëlitæ, munera Deo

ⁿ Cum Rex quoque Ezechia tem confregerit] 2 Reg. cap. a Mose erectum æreum serpen- xviii. ver. 4.

offerant; et ex ipsis quoque constituantur, qui sint sacerdotes et Levitæ: ^o quæ omnia, stante Mosis lege, fieri non poterant. His adde, quod apud P Malachiam, cap. i. Deus, futura prædicens, fastidio sibi esse ait Hebræorum munera: ab ortu ad occasum, apud gentes omnes nomen suum celebrari; suffitumque sibi fieri; et purissima sibi offerri. Daniel vero, cap. ix. Gabrielis Angeli de Christo oraculum referens, abolebit, inquit, sacrificium et munus. Neque verbis tantum sed et rebus ipsis satis significat Deus, non amplius probari sibi præscripta per Mosem sacrificia; cum jam, per annos amplius mille quingentos, patiatur Judæos esse sine Templo, sine altari, sine certo generum censu unde constare possit, qui sint qui sacra facere rite possint.

§. IX. Item ciborum discrimen,

Quod de sacrificiorum lege ostendimus, idem ostendamus et de ea, quæ ciborum certa genera

^o Quæ omnia, stante Mosis lege, fieri non poterant] Adde locum Jeremiæ, iii. 16. In diebus illis, dixit Dominus, non dicent ultra, Arca fæderis Domini; neque ejus rei veniet in cogitationem aut memoriam; neque visitabunt Arcam; neque ultra, ut nunc, sicut.

Ibid.] Ne ipsi quidem Judæi legem suam observare amplius potuarunt, ex quo late sparsi sunt. Fieri enim non

poterat ut mares omnes se ter Jerosolimam conferrent, ex Legge, Exod. xxiii. 17. ab omnibus terris quas colebant. Ea lex scribi non potuit, nisi populo non magno, eique a Tentorio non admodum remoto. Clericus.

P Malachiam, capite i.] Vide hujus loci luculentam paraphrasim apud Chrysostomum, ii. adversus Judæos, t. vi. p. 835.

interdicuntur. Constat ergo, post magnum diluvium quod Noe ejusque posteris a Deo jus datum quolibet victu utendi: quod jus proinde non ad Japetum tantum, et Chamum; sed et ad Semum, ejusque posteros Abrahamum, Isaacum, Jacobum transiit. Sed cum postea populus in Ægypto pravis superstitionibus ejus gentis imbutus esset; tum primum Deus quædam animantium genera edi vetuit: ¹ seu quod

[*Noe ejusque posteris a Deo jus datum quolibet victu utendi]*] Obstare videtur mentio animalium mundorum et immundorum in diluvii historia. Sed aut id *xarà περίληψη*, dictum est, ad eos quibus nota lex; aut immunda intelligi debent ea, quæ hominum virtus naturaliter defugit: quæ profana dixit Tacitus, Histor. iv. 60. Nisi malis munda accipere quæ herbis aluntur, immunda quæ aliis pascuntur animantiumibus.

[*Seu quod illa potissimum Ægyptii Diis suis offerrent, et ex illis aruspicium facerent]*] Origenes, libro iv. contra Celsum, §. 92. Δαιμονίσι τινες φαῦλοι ότι οὐτε θεούς εἰσιν οὐδὲ ανθρώπων τινακοῦ ἀγράντειοι, οὐτε τὸν θεόν οὐδὲ τὸν θεόν τοὺς ιεραρχίας προγιόντες δὲ τὸν τοιωτων ζώων γέγοντας ἄτι μὴ δυταμίων τῶν δαιμόνων οὐ τοὺς ἡμιεργάτες τῶν ζώων τοῦτο, δοὺς δύνανται διὰ τὸ παραπλήσιον τῆς κακίας, οὐδὲ ὑπαίνει μὲν, εἰσὶ δὲ κακίαν δουσι, οὐ τοὺς ταινιαὶ τῶν ζώων ἡμερῆσαι τάξι τὰ ζῶα. "Οδιν, εἶπε οὐλλο το Μαύσιος τιθαίμακα, οὐ τὸ ταῦτο θαύματος ἀποφαῦ ἔξιν μέντοι οὐτι φύσις κατανοῖται ζῶα διαφόρους, οὐδὲ εἴτ' ἀπὸ τοῦ Θεοῦ

illa potissimum Ægyptii Diis suis offerrent, et ex illis aruspicium facerent; ^s seu quod in lege

μεθὰν τὰ πιεῖ αὐτῶν καὶ τῶν ἵκαστης ζύγη συγγινῶν δαιμόνων, οἵτις γέ αὐτὸς ἀναβάντων τῷ ερφίᾳ ἢ τῇ πιεῖ ζωνταίσιν διετάξει, πάντα μὲν ἀκαθάρτα ἴθησιν οὐται τὰ ποιζόμενα ταχέοις Αἰγυπτίοις καὶ τοῖς λαοῖς ἀνθερπεῖσιν οὐται μαρτυρικά, ὡς ἐπίτιται δὲ οὐται καθαρὰ τὰ μὴ τιμῶντα. Malis quidam demones, et (ut sic loquar) Titanici aut gigantei, qui impie in verum numerum et caelestes Angelos se gessere, ideoque e casto ejecti sunt, circa corporum craesiora et impuriora in terris se agitant; cumque habeant aliquam circa futura perspicaciam, (ut qui a terrenis corporibus sint liberi, et in talibus negotiis multum versati,) hoc unice studentes humanum genus ut abducent a vero Deo, insinuant se in animantium fera ac rapacia maxime, deinde et in callidiora; et ea, quoties volunt, quo volunt movent: aut etiam talium animantium vim imaginosam incitant ad hos aut illos volatus motionesve; ut homines, capti divinationibus quae per muta fiunt animalia, Deum cuncta continentem non querant, neque veram exercant pietatem; sed cogitationibus suis decidunt in terram, in aves, in dracones, quin etiam in vulpes et lupos. Obervatum enim est harum rerum peritis, predictiones maxime notabiles per id genus animantia fieri; non valentibus, ut videtur, dæmonibus tantum efficere in mansuetis animantium, quantum prava ista animantia possunt in

aliis quae diximus animantibus, ob id quod ista habent vicio simile, non vitium proprie, sed quasi vitium. Quamobrem, si quid aliud in Mose miratus sum, etiam hoc dignum miratu affirmabo: quod, cum perceperiset naturas animantium diversas, sive a Deo eductas ea quae ad animantia et ad dæmones animantium cuique affines pertinebant, sive propria ipso scientia perductus ad noscendos animantium gradus, omnia ea impura pronuntiavit, quae ab Ægyptiis aliisque gentibus vim divinandi habere censebantur; contra vero omnia ea pura, quae extra illum essent census. Similia habet Theodoretus, Sermone vii. adversus Græcos, init. p. 102. Non plane alienum hinc quod Manetho dixit, apud Josephum, contra Apionem, i. 26. Νομοθετήσας καὶ πλησσαὶ ἀλλα, μᾶλιστα τοῖς Αἰγυπτίοις ιδεούμενοι θιαγούμενοι. Cum plurima constituissest alia, Ægyptiorum institutis pugnania: et quod Tacitus de Judeis, Hist. v. 4. Profana illis omnia, quae apud nos sacra. Deinde: Cæso ariete, velut in contumeliam Ammonis: bos quoque immolatur, quem Ægyptii Apim colunt.

^s Seu quod in lege illa umbratica certis animantium generibus certa hominum vicia notarentur] Barnabas in Epistola, cap. viii. "Οτι δὲ Μωϋς ἔσπειρε, οὐ φάγεσθαι χαῖρε, οὐδὲ ἀτρό, οὐδὲ ὅξυτερον, οὐδὲ κορακα, οὐδὲ πάρρα λιχῖδι, οὐδὲ λεπίδα ή αὐ-

illa umbratica certis animantium generibus

τῷ τρία ἴλαβεν ἵνα τῇ αὐτοῖς δογματα. Πίστις γάρ τοι λίγη λόγους αὐτοῖς ἵνα τῷ Διυπέρωμῷ· Καὶ διαδίκονται πρὸς τὸν λαὸν τὸν τὰ δικαιώματά μα. "Ἄρα ἡ Ἰησοῦς ἤτοι Θεῖς, τὸ μὲν τράχιον Μωϋσῆς δὲ ἡ πνύματι ἰλάλησε. Τὸν δὲ χρόνον πρὸς τὸν ιησοκέν ἐ μὴ κολληθῆσθαι, φησίν, ἀνθρώπους τοιύτους, ὅτινις ὅμοιος εἰσὶν χρόνοις. "Οταν γὰρ επαταλῶσιν, ἵπται θάνατος τῷ κυρίῳ ἵαυτον διαν, δὲ ὑπερθάνοι, ἵπται θάνατος τῷ κύρῳ. Καὶ χάρος, ὅταν τρέψῃ, οὐκ εἰδεὶ τὸν κύριον ὄντα δὲ πινάκη, κραυγάζει· καὶ λαβὼν πάλιν σωτῆρα. Οὐδὲ μὴ φάγης, φησί, τὸν ἀιτόν, ὃδε τὸν ἕπεταιρον, ὃδε τὸν ἵατην, ὃδε τὸν κόρην. Οὐ μή, φησί, κολληθῆσθαι ἀνθρώπους τοιύτους, ὅτινις οὐκ εἰδασι διὰ κόπου καὶ ἰδεῖτος περίξιν ἵαυτοις τὴν τρόφην, ἀλλ' απτάζεις τὰ ἀλλότρια ἵνα ἀνομίᾳ αὐτοῖς, καὶ ἵπται θάνατοις ὡς ἡ ἀκεραιότητα πιριπατάντεις· όχι καθάμιτα ἀργά ταῦτα ἵκηται πᾶς ἀλλοτριος σάρκας καταφάγη, ὅπου λοιμὸν τῇ πονηρίᾳ αἴτων. Καὶ ἐ φάγης, φησί, σμύρωνται, ὃδε πολύτερα, ὃδε σπιτίαν. Οὐ μά, φησίν, ὁμοιωθῆσθαι κολλώμενος ἀνθρώπους τοιύτους, ὅτινις εἰς τέλος εἰσὶν ἀσιεῖς όχι πικρομίναι τῷ θανάτῳ· ὡς καὶ ταῦτα τὰ ἱχθύδια μόνα ἵπταιτάρεται ἵνα τῷ βιδῷ τήχεται, μὴ κολλημέντα ὡς τὰ λοιπά, ἀλλ' ἵνα τῇ γῇ κατὰ τοὺς βιδοὺς κατακοῦ. Ἀλλὰ όχι τὸν δαεύτερον ἐ φάγη, φησίν. Πρὸς τί; οὐ μὴ γίνη παιδόφθορος, ὃδε ὁμοιωθῆσθαι τοις τοιύτους. "Οτι ὁ λαγωὸς κατ' ίντιτὸν πλιονικῆ τὴν ἀφρόδιτον

ἵστα γὰρ ἵεται ἔτη, τοσαύτας ἴχνη τρύπας. "Άλλας ὃδε τὴν δακτυνθήσαντα φάγης ἐ μά, φησί, γίνεται μαχής, ὃδε φθορεὺς, ὃδε ὁμοιωθῆσθαι τοῖς τοιάστοις. Πρὸς τί; τὸν γάρ τοῦ τοῦ ποντοῦ, καὶ ποτὲ μὲν ἄρρεν, ποτὲ δὲ θηλῆς γίγνεται. "Άλλας καὶ τὴν γαλλὶν ἴμιόντος παλλῆς ὁ μὲν γάρ, φησίν, ὁμοιωθῆσθαι τοῖς τοιάστοις, οὐς ἀκάμητος ἀνομίας ποιῶντας τῷ τόματι δὲ ἀκαδηρούσις, ὃδε κολληθῆσθαι τοῖς τοῖς ἀνομίας ποντοῖς· τὸ γάρ γάντος τοῦ τόματος κύνι. Πιεὶ τὸν βραρότον μὲν ἢν Μωϋσῆς τρία δογμάτων τοιύτων εἰσιν ἰλάλησιν εἰ δὲ κατ' ἵπταιριαν τῆς σαρκὸς ὡς τοῦ βραυμάτων ἰδεῖντο. Λαρβάντο δὲ τριῶν δογμάτων γνῶσιν Δασᾶδ, γλίγης ὄμοιος Μακάρους ἀπέρ, διὰ ἵπταιρού τοις βελῷ ἀστεῖον παθῶν εἰς ἵχθυός πορνίστας τοις σπάσις ταῖς ταύτῃ. Καὶ ἵεται παθίδηρα λοιμῶν τοῦ ἵπταιρος παθῶν, τὰ πιτιτὰ τὰ καθήρατα εἰς ἀπτάγην. "Εχετε τείλαντος ψιρί τῆς γνώσιως. "Άλλας μάτι Μωϋσῆς· φάγεσθαι τῶν δημητῶν, καὶ μαρμαρίμενον. Τί λέγει; ὅτι τροφὴν λαρβάντος μὲν τὸν τρέφοντα αἴτον, καὶ οὐτὸν αἴτον ἀναταύματος εὑφραίνεσθαι δεκτοῦ. Καλάς μάτι, δέλταν τὴν ἵτελην. Τί μέν λέγει; κολλᾶσθαι μετὰ τῶν φοβησίων τὸν κόρηνος μετὰ τῶν μιλετάντων δὲ ἴλαβον διάσταλμα ἥματος ἵνα τῷ παρδίᾳ· μετὰ τῶν λαλάντων τὰ δικαιώματα κυρίου, καὶ τηρεύεσθαι μετὰ τῶν μιλοτων ὅτι ἡ μελέτη ἔργου ἵεται εἰφερούντης, καὶ μαρτ-

certa hominum vitia notarentur. Non esse

καμίνον τὸν λόγον τοῦ κυρίου· Τι
δὲ τὸ διχτύον; ὅτι ὁ δίκαιος ἡ
τούτη πάσημα περιστατεῖ, καὶ τὸ
λύγον αἰώνα ἴσθιται. Βλίστη
τῶν ἱερωδίστηνος Μωϋῆς παλᾶς.
Quod dixit Moses, ne vescimini
porco, neque aquila, neque oxy-
ptero, neque corvo, neque pisce
qui squamis careat; in secre-
to intellectu tria comprehendit
dogmata. Quo tendat, diserte
ipse in Deuteronomio ostendit:
Et testabuntur populo meo jus-
ta mea. Non igitur praeceptum
Dei proprie est, hoc vel illo non
vesci: sed in spiritu dixit ista
Moses. De porco hoc est, quod
voluit: nolite conglutinari cum
hominibus illis, qui porcis sunt
similes. Nam, dum luxu difflu-
unt, obliviscuntur domini sui:
ubi autem res contra eunt, ag-
noscent dominum. Nam et por-
cus, ubi comedit, non curat do-
minum: ubi eurit, clamat: et
rursum, ubi quod edat accepit,
tacet. Neque comedas, inquit,
aquilam, neque oxyptero, ne-
que milvtum, neque corvum. Hoc
dicit: ne conglutineris homini-
bus ejusmodi, qui labore ac su-
dere victimi sibi nesciunt qua-
reare: sed aliena rapunt injuste
factis suis, insidiasque ponunt
specie sumpta bona fide ambu-
lantium: sic et animantia illa
otiosa, dum desident, speculan-
tur quomodo alienis se pascant
carnibus, noxia malo suo in-
genio. Ne comedas etiam mu-
rænam, inquit, nec polypum,
nec sepiam. Hoc dicit: ne ag-
glutinando similem te reddas
hominibus talibus, qui perpetuo

sunt impii, et morti servan-
tur: sicut piscium illi soli qui
damnentur in fundo natant;
nec in summo, ut cæteri, flu-
tant, sed in tino solo degunt.
Sed nec dasypodem comedas,
inquit. Cur vero? id est: ne fas
puerorum corruptor, aut similes
talibus. Lepus enim anno quo-
que ad ejectamenta alvi fit opu-
lentior: quot enim habet annos,
totidem et cavernas. Sed nec
hyæna, ait, vescere. Id est: nec
adulter esto, aut similis adulte-
ris. Unde hoc? hoc enim ani-
mal quotannis mutat naturem;
et nunc mas sit, nunc fœmina.
Sed et mustelam merito odio ha-
buit. Nimirum hoc monet: noli
similis esse illis, quos audimus
ore infamia patrare; neque ag-
grega te fœminis in eum modum
morigerantibus: nam animal il-
lud ore concipit. De cibis ergo
loquens Moses tria dogmata in
spiritu elocutus est: at illi pro
cupidine carnis sua simpliciter
de cibis ea accepere. At trium
illorum dogmatum cognitionem
etiam David consecutus est. Di-
xit enim: Beatus vir, qui non
ambulavit in consilio impiorum:
nimirum quomodo pisces ver-
santur in tenebris in profundo
abdicti: Et in via peccatorum
non stetit: nimirum ut illi, qui,
cum videantur Deum timere,
peccant porcorum instar: Et in
cathedra pestilentium non sedet:
nimirum ut volucres, quæ rapui
imminent. Habete et ea quæ ad
scientiam pertinent. Dicit Mo-
ses: Edite omne bispidum unguilla,
et ruminans. Quid ait? qui ei-

præcepta hæc universalia, appareat exemplo ejus quod constitutum est de carne bestiæ fato suo mortuæ, Deut. xiv. ut Israëlitis quidem ea vesci non liceret, ^t incolis autem liceret; quos quidem incolas Judæi omnibus officiis, tanquam Deo commendatos, prosequi jubentur. Veteres quoque Hebræorum magistri aperte tradiderunt, ^u Messiæ temporibus cessaturam legem de cibis vetitis, et suillam non minus puram fore quam bubulam. Et certe cum ex omnibus populis unum sibi colligere Deus voluit; æquius fuit ut libertatem, quam ut

bum sumit, agnoscitque altorem suum, et in eo acquiescens lætatur. Bene dixit, ad præceptum respiciens. Quid igitur dicit? Adhærendum iis, qui Dominum. timent; iis, qui in corde meditationur, quod accepere in verbis, præceptum; iis, qui loquuntur justa Dei, eaque servant; iis, qui norunt meditationem opus esse lætitiae, et qui sermones diuinorum ruminant. Quid vero bifidum ungulis? quia vir justus in hoc ævo ambulat, et alterum ævum expectat. Vide quam pulchre leges dederit Moses. Laudat hæc Barnaba Clemens, Strom. v. p. 244. Habes autem multa partim his eadem, partim similia, in Philone, libro de Agricultura; et libro, Pejorem insidiari meliori: quæ lohgium esset transcribere. Similia ex Aristæo habet Eusebius, P. E. lib. viii. cap. 9.

^t *Incolis autem liceret] Piis*

scilicet, sed non circumcisio: de quibus agitur et Levitici xxii. 25. xxv. 40, 47. et in Thalmudicis titulis de Rege, et Synedrio; et apud Maimonidem, libro de Idololatria.

^u *Messiæ temporibus cessaturam legem de cibis vetitis, et suillam non minus puram fore quam bubulam] Ita R. Samuel, in Mecor Chaim. Thalmud, in titulo Nida, legem ait non mansuram nisi ad tempora Messiæ. Notandum etiam quosdam Juðæorum Magistros, inter quos est Bachai, sentire leges de cibis vetitis proprias esse terre Palæstinæ, nec extra eos fines quenquam illis obligari: multa etiam animantium nomina quid significant, aut ignotum esse Judæis, aut inter ipsos controversum; quod credi non debet permissurum fuisse Deum, si ad hunc diem maneret obligandi vis.*

servitutem in rebus talibus communem faceret.

§. X. *Et dierum;*

Sequitur inspectio festorum dierum. Hi universim omnes instituti sunt in memoriam beneficij a Deo accepti; cum ex Aegyptiaca calamitate liberarentur, atque deinde deducerentur in terram promissam. Jam vero Prophetæ Jeremias, xvi. et xxiii. capite, ait, tempus venturum, quo nova multoque majora beneficia istius beneficij memoriam ita obscurent, ut ejus vix ulla mentio sit futura. Tum vero, quod modo de sacrificiis dicebamus, etiam de festis diebus verum est; iis quoque confidere populum cœpisse: tanquam, his bene observatis, non magni ducenda essent quæ de cætero peccarentur. Unde, Esaïæ cap. i. Deus ait se calendas ipsorum, et dies festos fastidire; et oneri tanto sibi esse, ut vix queat sustinere. De Sabbato specialiter opponi solet, esse præceptum universale et perpetuum; quippe non uniuerso populo datum, sed in ipsa mundi origine Adamo omnium parenti. Respondeo, assentientibus Hebræorum doctissimis, duplex esse præceptum de Sabbato; ¹ præceptum recordandi, Exod. xx. 8. ² et præceptum observandi, Ex-

¹ *Præceptum recordandi]* שְׁמֹר. Distinctio est Mosis Gerundensis, et Isaaci Aramae. נִכּוֹר.

² *Et præceptum observandi]* [Observeare et recordari idem

od. xxxi. 13. Præceptum recordandi impletur religiosa memoria mundi conditi : præceptum observandi situm est in exacta abstinentia ab omni alio opere. Prius illud præceptum ab initio datum fuit ; atque ei haud dubie ^z paruerunt viri pii ante legem, Enoch, Noë, Abraham, Isaac, Jacob : quorum quidem postremorum cum multæ peregrinationes legantur, ^a nullum usquam indicium est itineris ob Sabbathum intermissi ; quod post exitum ex Ægypto perpetuo reperias. Nam postquam eductus ex Ægypto populus, et feliciter transgressus rubrum mare, primum diem securum egit Sabbathum, eoque cecinit Deo epinicum ; ex eo tempore imperata est exacta illa Sabbati quies, cuius prima mentio est in collectione mannae, Exod. xxxv. 2. Levit. xxiii. 3. Et hoc sensu causa legis de Sabbato redditur liberatio ex Ægypto, Deut. v. 15. Et simul hac lege consultum est servis adversus dominorum duritiem, nullam ipsis a laboribus respirationem indulgentium ; ut dictis locis videre est. Verum est,

sunt apud Mosem, in hoc negotio ; ut ostendimus ad Deut. v. 1. Vera tamen est res ipsa, quæ hic agitur. *Clericus.*]

^z Paruerunt viri pii ante legem] A quibus etiam ad Graecos septimæ diei veneratio aliqua pervenit ; ut notatum Clementi, Strom. v. p. 256. Vide quæ hoc pertinentia diximus,

libro i. 16.

^a Nullum usquam indicium est itineris ob Sabbathum intermissi] Hoc sensu, illorum temporum pios *exccariorum*, id est, sabbata observasse, negat Justinus cum Tryphone disputans, §. 19. et Tertullianus, adversus Judæos, duobus locis, cap. 2, 4.

^b hac lege obstrictos fuisse etiam incolas; quia scilicet una debebat esse totius populi quiescentis facies. Cæterum aliis populis non datam hanc exactæ quietis legem, vel inde appareat; quod multis in locis vocatus signum, atque etiam foedus speciale inter Deum et Israëlitas, ut Exod. xxxi. 13, 16. Jam vero, quæ in memoriam exitus ab Ægypto instituta sunt non esse talia ut nunquam cessare debeant, supra jam ostendimus ex promisso majorum multo beneficiorum. Adde quod, si lex de quiete Sabbati fuisset ab initio lata, et eo sensu ut tolli nunquam posset, sane prævaluisset illa lex in conflictu aliarum legum; quod nunc contra se habet: nam ^c circumcidi infantes recte in Sabbato, constat; ^d sicut et stante templo victimæ non minus Sabbatis, quam diebus aliis jugulabantur. Mutabilitatem hujus legis ipsi Hebræorum magistri ostendunt; cum aiunt, ad imperium Prophetæ recte opus fieri Sabbato: quod probant exemplo captæ Hierichuntis die Sabbati, imperante Josua. Messiæ autem temporibus discriminem dierum sublatum iri, non

^b *Hac lege obstrictos fuisse etiam incolas]* Non etiam alios, qui extra Iudeam præcepta posteris Noe data observabant. Ita sentiunt Hebrei.

^c *Circumcidi infantes recte in Sabbato, constat]* Proverbiū

תִּלְהָ רֹוחָ אֵת
Hebraicum: תַּחֲבָת. Circumcisio pellit Sabbathum. Vide Job. vii. 22.

^d *Sicut et stante Templo victimæ non minus Sabbatis, quam diebus aliis jugulabantar]* Num. xxviii. 9.

male eorundem nonnulli ostendunt ex Esaiæ loco, lxvi. 23. ubi prædicitur, fore ut perpetuus sit Dei cultus a Sabbato ad Sabbatum, a novilunio ad novilunium.

§. XI. Circumcisionem quoque exteriā:

Veniamus ad circumcisionem; quæ sane Mo^sse est antiquior, quippe Abraham imperata ejusque posteris. Sed hoc ipsum præceptum inchoatio fuit foederis per Mosem publicati. Sic enim dixisse Deus Abraham legitur, Genes. cap. xvii. *Dabo tibi et posteritati tuae terram, in qua peregrinus egisti; terram, inquam, Cananæam in possessionem duraturam. Tu ergo fœdus meum serva; tu, inquam, et posteritas tua per sæcula. Hoc est fœdus inter me, et vos, vestramque posteritatem; ut circumcidatur omnis mas.* Atqui jam supra intelleximus in hujus foederis locum successurum fœdus novum, et quidem commune populis omnibus; quam ob causam cessare etiam debuit necessitas illa notæ discriminatricis. Est et hoc manifestum, in præcepto circumcisionis contineri mysticam quandam et excellentiorem significationem: quod ostendunt Prophetæ, ^c cum jubent cor circumcidū; quo spectant Jesu præcepta omnia. Quare et promissa circumcisioni addita simili modo necesse est ad majus aliquid referantur: nem-

^c *Cum jubent cor circumcidū]* Deut. x. 16. xxx. 6. Jer. iv. 4.

pe illud de possessione terrestri, ^f ad revelationem possessionis vere æternæ; quæ nunquam apertius quam per Jesum facta est: et ^g de Abrahamo constituendo in patrem plurimarum gentium, ad id tempus, quo non pauci aliquot populi, sed innumeri toto orbe diffusi imitaturi essent illam adeo memoratam Abrahami in Deum fiduciam; quod profecto non nisi per Evangelium contigit. Mirum autem non est, umbras destinati operis auferri, opere impleto. ^h Dei vero gratiam huic signo non astrictam fuisse satis hinc discas, quod non vetustiores tantum, sed et ipse Abrahamus adhuc incircumcisus Deo placuit; ⁱ et toto tempore itineris per Arabum deserta omissa ab Hebræis circumcisio fuit, Deo ob id nihil expostulante.

^f Ad revelationem possessionis vere æternæ] Hebr. iv.

^g De Abrahamo constituendo in patrem plurimarum gentium, ad id tempus, quo non pauci aliquot populi, sed innumeri toto orbe diffusi imitaturi essent illam adeo memoratam Abrahami in Deum fiduciam] Gen. xvii. 5. Rom. iv. 11, 18, 16, 17. Luc. xix. 9. Gal. iii. 7.

^h Dei vero gratiam huic signo non astrictam fuisse] "Οτι τις σημῖνει ἡ περιτομὴ αὐτὴ δίδοται, ἀλλ' ὁ οὐρανὸς δικαιοσύνη, ait Justinus, Colloquio cum Tryphone, §. 28. Siquidem ista vestra circumcisio in signum

data erat, non in opus justitiae. Irenæus, lib. iv. cap. 30. init.

Quoniam autem et circumcisio nem, non quasi consummatricem justitiae, sed in signo eam dedit Deus, ut cognoscibile perseveret genus Abraham; ex ipsa Scriptura discimus. Dixit enim, inquit, Deus ad Abraham: Circumcidetur omne masculinum vestrum, et circumcidetis carnem præputii vestri, et erit in signum testamenti inter me et vos.

ⁱ Et toto tempore itineris per Arabum deserta omissa ab Hebreis circumcisio fuit] Josuæ v. 4—6.

**§. XII. *Et tamen in his quoque tolerandis
faciles fuisse Apostolos Jesu.***

Certe erat cur magnas gratias agerent Jesu et ejus legatis Hebræi; quod gravi illo rituum onere per ipsum liberarentur, certique suæ libertatis fierent ^k per dona ac miracula Mosi nihil cedentia. Sed tamen primi nostri dogmatis publicatores ne hoc quidem ab illis exegerunt, ut suam hanc felicitatem agnoscerent; sed, si præcepta Jesu omnis honestatis plenissima susciperent, facile passi sunt eos in rebus mediis ^l sequi quem vellent vivendi modum: ^m ita tamen ut alienigenis, quibus lex illa rituum nunquam data fuerat, ejus observandæ necessitatem non imponerent: quod vel unum satis est ut evidenter ostendatur, inique a Juðæis rejecta Jesu dogmata prætextu illo legis ritualis.

**§. XIII. *Probatio adversus Judæos ex eo,
quod in confessio est promissum eximium
Messiam.***

Soluta hac objectione, quæ prope unica mi-

^k *Per dona ac miracula Mosi nihil cedentia]* Miracula Messiae majora esse debere quam Mosis, dixit R. Levi ben Ger son: quod vel maxime patuit in mortuis resuscitatis.

^l *Sequi quem vellent vivendi modum]* Actor. xvi. 8. xxi.

24. Rom. xiv. 1 Cor. ix. 20.
Gal. v. 6. Coloss. iii. 11.

^m *Ita tamen ut alienigenis, quibus lex illa rituum nunquam data fuerat, ejus observandæ necessitatem non imponerent]* Act. xv. Gal. i. 6. ii. 8, 14. iv. 10. vi. 12.

raculis Jesu opponi solet; veniamus ad alia argumenta, quæ ad Judæos convincendos sunt idonea. Constat inter nos et ipsos, in Prophetarum vaticiniis, supra multos qui Hebræis divinitus contigerunt magnorum bonorum auctores, unum multo cæteris excellentiorem promitti; quem nomine communi quidem, sed huic uni eximie competente, Messiam vocant. Eum nos pridem venisse asserimus: illi venturum expectant. Superest, ut de ea lite judicium quæramus in iis libris, quorum auctoritatem pariter agnoscimus.

§. XIV. Ostenditur eum jam venisse ex præ-significatione temporis,

Daniel, ^a cui summæ pietatis testimonium Ezechiel præbuit, neque nos decipere voluit, neque deceptus est ab Angelo Gabriele. Is autem, Angelo dictante, cap. ix. conscriptum

^a Cui summæ pietatis testimonium Ezechiel præbuit] xiv. 14. xxviii. 8. Josephus de Daniele, fine libri x. "Οὐ τὸ Θεῖον αὐτῷ Πνύμα συμφέρει. *Spiritus Dei ei aderat*. Deinde: "Απαντά γὰρ αὐτῷ παραδίξως ὃς εἰν τοῖς τῶν μηγίσκων εὐτεχῆς Πρεσβυτῶν" καὶ παρὰ τοῖς τοῖς ζωῆς χρόνον τιμή τοι καὶ δόξα παρὰ τῶν βασιλέων καὶ τοῦ πλήθους, καὶ τιλευτήσως δὲ μημνησίσθιος Ἰχι. Τὰ γὰρ βίβλων, ὅσα δὲ συγγραψάμενος καταλιλωτιν, ἀκαγονώσκεται παρ' ἡμῖν

reliquit, post promulgatum edictum de instauranda urbe Hierosolymorum non elapsuros annos quingentos, ^o quin adesset Messias. Atqui in hunc diem elapsi sunt ab eo tempore plus bis mille anni; nec adest is, quem Judæi expectant: nec quenquam alium nominare possunt, in quem id tempus quadret: In Jesum autem tam bene convenit, ut P magister Hebræus Nehumias, qui annis quinquaginta eum præcessit, aperte jam tum dixerit, non posse ultra eos quinquaginta annos protrahi tempus Messiae a Daniele significatum. Cum hac temporis nota congruit altera, quam supra attigimus; ^q de imperio in omnes nationes dando

^o *Quin adesset Messias]* Filium hominis apud Danielē esse Messiam, consentiunt magni Judæorum magistri Salomon Jarchi, Rabbi Josue cītatus ab Abenesdra, et Saadias. Sic et Rabbi Jose, qui excidium Templi vidit, Messiae tempus advenisse dicebat: ut testatur R. Jacob, in Caphthor.

^p *Magister Hebræus Nehumias]* Par fuisset Grotium unde hæc haberet significasse. A Judeo quodam accepisse se ait, nisi me fallit memoria, in Epist. quadam ad fratrem Gulielm. Grotium. *Clericus.*

Ipsa Grotii verba, non ad Fratrem sed ad Cl. Saravium scripta, haec sunt; *Næhumiaæ illius Magistri Hebræi, Vir*

Amplissime, mentio fit in Thal-mudicis: ni fallor, est in titulo de Synedrio. Ostendit istum mihi locum olim Haga Stotcasus. Puto ejus fieri mentionem et in Abenada ad Danielē. Vide Sarvavii epistolas anno 1654. Arausioni editas, pag. 52. Locum, a Stotcoxo sic oculis subiectum, certe legit Noster, non fide accepit: quæsitum vero in Synedrio non reperimus. Abenadam consulat lector eruditus, cui vacet, et liber sit in promptu. O.

^q *De imperio in omnes nationes dando divinitus]* Lapidem illum, cuius percussu imago illa imperiorum figuram habens comminuenda esset, Messiam esse, tradidit R. Levi ben Gerson: et regnum illud, cæ-

divinitus postquam Seleuci et Lagi posteritas regnare desiisset: quarum posterior in Cleopatra desiit, non multo antequam Jesus nascetur. Tertia nota est dicto cap. ix. apud Danielem, quod post Messiae adventum excindenda esset urbs Hierosolyma; quod de excidio urbis vaticinium ipse Josephus ad suam refert aetatem: unde sequitur, tempus Messiae adventui praestitutum jam tum praeterisse. Eodem pertinet, quod apud Aggæum, cap. ii. Deus Zorobabelem Ethnarcham et Jesum Josedecidem Pontificem Maximum, moestos quod videbant excitatum a se templum non respondere magnitudini prioris templi, solatur hoc promisso; futurum ut major honos isti Templo, quam priori, contingeret: quod profecto neque de mole operis, neque de materia, neque de arte, neque de ornatu dici posse, historia horum

terra regna absumpturum, esse regnum Messiae, docent Rabbi Solomo, R. Abenesdra, et R. Saadia: Filium hominis apud Danielem esse Messiam, R. Levi ben Gersom, et Saadia.

* Postquam Seleuci et Lagi posteritas regnare desiisset] Vi de qua hac de re annotata ad librum primum, §. 17.

* Iste Josephus ad suam refert aetatem] Libro x. cap. 12. Τὸν αὐτὸν δὲ χρόνον Δανιὴλος ἁπέβη τὸν Ἀρμενιῶν ἡγεμονὸς ἀνίκητος, καὶ ὅτι ἦν αὐτὸν ἄριστος παῦσθεντας. Ταῦτα πάντα ισαύτος, Θεῖος διδάσκαλος αὐτῷ, συγ-

γράψας κατέλιπεν· ἔτι τοὺς ἀπογινώσκοντας, γέ τὰ συμβάτα σκοτώντας, θαυμάζων ἵτι τῇ παρῇ Θεῖος τιμῇ τὸν Δανιὴλον. Eodem tempore Daniel etiam de Romanorum scripsit imperio, et fore ut ab eo gens nostra vastetur. Hæc omnia ille, Deo indicante, perscripta reliquit; ita ut non possint, qui ista legunt et eventus considerant, non admirari Danielm ob honorem a Deo acceptum. Septuaginta annorum hebdomadas finire in excidio Templi secundi, etiam Iacchianus docet, ad Dan. ix. 24.

temporum in sacris literis et apud Josephum, collata cum ea quæ est de Templo Solomonis, indubitatum facit. Adde quod Hebraeorum magistri annotant, duas maximas dotes defuisse Templo posteriori, quæ priori affuerant; ^t conspicuam quandam lucem divinæ majestatis indicem, et divinum afflatum. Sed quo Templum hoc posterius priori præstiturum sit, ibi qui-dem breviter ostendit Deus; ^u cum pacem suam, id est, gratiam et benevolentiam, in eo templo se quasi fœdere certo stabiliturum dicit. Latius autem exequitur Malachias, cap. iii. *Ecce missurus sum legatum meum, qui vias meas præparet. Brevi veniet in Templum suum* (vixit autem Malachias tempore ædificati Templi posterioris) ^x *Dominus ille quem vos desideratis, internuntius ille fœderis, deliciæ vestræ.* Venire ergo debuit Messias, stante Templo secundo: ^y quo nomine apud Hebræos venit totum illud

^t *Conspicuam quandam lucem divinæ majestatis indicem, et divinum afflatum]* In titulo de Documentis. Gemara Hierosolymitana, cap. 8.

^u *Cum pacem suam, id est, gratiam et benevolentiam, in eo Templo se quasi fœdere certo stabiliturum dicit]* Notandum est quod præcedit: *Veniet desiderium omnium Gentium, et implebo domum hanc gloria.* Quod mirifice convenit cum iis, quæ jam addimus ex Malachia; ita ut hi duo Prophetæ mutuo

interpretum fungantur vice. Venire debuisse Messiam in Templum secundum, sensit Rabbi Akiba; multique alii, teste Rabbino Solomone.

^x *Dominus ille quem vos desideratis]* Hunc Malachias locum communiter Judei de Messia exponunt.

^y *Quo nomine apud Hebreos venit totum illud ærum, a Zoro-babele ad tempus Vespasiani]* Ut in Thalmude, capite ultimo de Synedrio, et titulo Juma, et titulo Rosch Haschana.

ævum, a Zorobabele ad tempus Vespasiani; quia Herodis Magni temporibus Templum non ex ruinis resuscitatum fuit, ^a sed paulatim per partes immutatum, qualis mutatio facit idem Templum videri. Et sane tam constans apud Hebræos et vicinos fuit opinio, illis temporibus expectandum Messiam; ut ^a multi Herodem, ^b alii Judam Gauloniten, ^c alii alias qui circa Jesu tempora vixerunt pro Messia haberent.

§. XV. (*Cum solutione ad id quod dicitur, dilatum adventum ob peccata populi,*)

Sentiunt se premi his argumentis de Messiae adventu Iudei: quæ ut eludant, nonnulli ai-

^a Sed paulatim per partes immutatum, qualis mutatio facit idem Templum videri] Philo, de Mundo incorruptibili, p. 746. B. Οὐ γέ δύνεται, ἐπειδὴ μή τοι πάντα φύγειν, φθάρις ἔργον εἴσαι τὸν ἀλλὰ τὸν τάπανον ἀδρέαν ταῦτα τοῖς αἰτίοις χρόνοις. Non cuius partes percunt, utique interitus obnoxius est; sed cuius omnes partes simul et eodem tempore percunt. Adde L. Proponebatur. D. de Judiciis, et L. Quid tamen. §. in napis. D. Quibus modis ususfructus amittatur.

^a Multi Herodem] Hi Herodiani, Matt. xxii. 16. Marc. iii. 6. viii. 15. xii. 18. Tertullianus, in haereticorum enumeratione, init. Cum his et-

iam Herodianos, qui Christum Herodem esse dixerunt. Paria habet de his Epiphanius, Her. xx. t. 1. p. 45. seq. quibuscum convenit vetus ad Persium Scholiastes, Sat. v. 180. Herodes apud Judeos regnavit tempore Augusti, in partibus Syriae. Herodiani ergo diem natalem Herodis observabant, ut etiam Sabbathum; quo die lucernas accensas et violis coronatas infernitis ponunt.

^b Alii Judam Gauloniten] Vide Josephum, xviii. 1. Act. v. 37.

^c Alii alias] Act. xi. 38. Josephus plura exempla habet temporibus Felicis, lib. xx. 6. et post excidium quemdam, ut B. J. vii. 38.

unt sua peccata in causa fuisse quo minus promisso tempore adveniret. ^d Ut omittam, in dictis vaticiniis definitum, non aliqua conditione suspensum decretum indicari: quomodo ob peccata differri adventus potuit; cum hoc quoque prædictum esset, ^e ob plurima et maxima populi peccata urbem excindendam paulo post Messiae tempora? Adde quod Messias venturus erat hac quoque de causa, ^f ut corruptissimo sæculo medicinam faceret, simulque cum emendandæ vitæ regulis criminum veniam afferret; unde de ejus temporibus apud Zachariam dicitur, cap. xiii. fore tunc fontem apertum domui Davidis, et Hierosolymitis omnibus, ad peccata abluenda: et apud ipsos Hebreos receptum est Messiam appellare

^d Ut omittam, in dictis vaticiniis definitum, non aliqua conditione suspensum decretum indicari] Id diserte affirmat R. Jochanan, in Schemoth Rabbah; et R. David Kimchi, in Psal. cviii. 5. Bene de Danniele Josephus, libro x. circa finem: Οὐ γὰρ τὰ μίλιον ταράντων προφῆταις διεῖλι, καθάπερ καὶ οἱ ἄλλοι Προφῆται· ἀλλὰ καὶ καιρὸς ἡρήνι, οἷς ὅν ταῦτα ἀποκένονται. Non enim solum futura prædirit toto vite sua tempore, ut et alii Prophetæ; sed et tempus definivit, quo quæque eventura erant. Nulla conditione suspensum fuisse decretum de Messia illo tempore mittendo, appetat et ex

Malachiae iii. 1. Præterea, cum novi foederis auctor debet esse Messias, ut et ibi Malachias et alii Prophetæ ostendunt; non potuit ejus adventus suspendi a conditione observati foederis, quod antiquatum venerat.

^e Ob plurima et maxima populi peccata urbem excindendam paulo post Messiae tempora] Dan. ix. 24.

^f Ut corruptissimo sæculo medicinam faceret, simulque cum emendandæ vitæ regulis criminum veniam afferret] Esaias, liii. 4. et sequentibus: Jeremias, xxxi. 31. et sequentibus: Ezechiel, xi. 19, 31.

^g Isch Copher, hoc est, placatorem. Plane autem a ratione abhorret, dicere ob morbum aliquem dilatum id, quod præcise ei morbo erat destinatum.

§. XVI. Item ex statu præsenti Judæorum collato cum his quæ lex promittit.

De eo quod dicimus, advenisse pridem in terras Messiam, ipse etiam sensus Judæos potest convincere. ^h Promisit Deus fœdere per Mosem inito ipsis felicem possessionem terræ Palæstinæ, quandiu vitam suam ad legis præscriptum componerent: ⁱ contra, si adversus eam graviter delinquerent, exilium aliaque id genus mala ipsis minatus est. Quod si tamen aliquo tempore pressi malis, et pœnitentia peccatorum ducti, ad obedientiam rediissent; se misericordia populi tactum iri, effecturumque ut, quamvis in ultimas mundi plagas dispersi, redirent in patriam: ut videre est, tum alibi, tum Deuteronomii xxx. et Nehemiæ i. Atqui jam anni sunt mille et ultra quingentos, quod Judæi patria carent, Templo carent; ^k et,

^g Isch Copher] כִּי־פָּרֶשׁ וְנַחַת
Vide Chaldaicum paraphrasten,
Cant. i. 14. Messiam peccata nostra portaturum, dicit R. Judas, in Chasidim; R. Simeon, in Bereschith Rabba.

^h Promisit Deus fœdere per Mosem inito ipsis felicem possessionem terræ Palæstinæ, quandiu vitam suam ad legis præ-

scriptum componerent] Exod. xv. Levit. xviii. Deut. vi, vii, xi, xxviii.

ⁱ Contra, si adversus eam graviter delinquerent, exilium aliaque id genus mala ipsis minatus est] Levit. xxvi. Deut. iv, xi, xxviii.

^k Et, si quando novum ædificare voluerunt, semper vixi

si quando novum ædificare voluerunt, semper sunt impediti, etiam flammarum globis ad fundamenta erumpentibus cum operarum pernicie: ¹ quod ab Ammiano Marcellino, scriptore non Christiano, est proditum. Cum olim populus gravissimis sceleribus se contaminasset, liberos passim sacrificasset Saturno, adulteria pro nihilo duceret, viduas et pupilos expilaret, insontem sanguinem magna copia funderet; (² quæ omnia illis Prophetæ exprobrant;) passus est exilium, sed ³ non diutius annis septuaginta: atque interea non omisit Deus ⁴ per Prophetas illos alloqui et solari spe redditus, ⁵ indicato etiam ejus tempore. At nunc, ⁶ ex quo semel ejecti patria sunt, manent extorres, contempti: nullus ad eos venit Propheta, nulla

^{impediti]} Sub Adriano, sub Constantino, sub Juliano: Chrysostomus, ii. adversus Ju-dæos, t. vi. pp. 333, 334.

¹ *Quod ab Ammiano Marcellino, scriptore non Christiano, est proditum]* Libro xxiii. 1. Chrysostomus, ii. adversus Ju-dæos, t. vi. p. 334. 33. Πῦρ ἵστηδος, τὰ τῶν Σπειλίων εὐ-θίως κατέφλεξε το πολλὰ ἀρ-δεόντας, ὃ μὲν ἀλλὰ καὶ τὸς λί-θους τῷ τότε ικίνῳ. *Ignis e fundamento exiliens multos ho-mines combussit, ipsos quin etiam loci illius lapides.* Totus lo-ous dignus qui legatur. Paria habet scriptor idem, in Matthæum Homilia iv. t. ii. p. 20. et Sermone Christum esse Deum, t. vi. p. 639.

² *Quæ omnia illis Prophetæ exprobrant]* Esai. i. 17. iii. 14, 15. v. 28. xi. 2, 3. lix. lxv. Amos, ii. 6. Jer. ii. iii. v. vii. 31. viii. ix. xi. xvi. xxii. Ezech. ii. vi. vii. viii. xvi. xxii. xxiv. Dan. ix. Micheas, ii. 1—3.

³ *Non diutius annis LXX.]* Objicit hoc R. Samuel, in epि- stola ad R. Isaacum.

⁴ *Per prophetas illos alloqui et solari spe redditus]* Jer. xxxi, xxxi, xxxii. Ezechiel, xxxvi, xxxvii.

⁵ *Indicato etiam ejus tempo-re]* Jerem. xxv. 12. xxix. 10.

⁶ *Ex quo semel ejecti patria sunt, manent extorres, contempti: nullus ad eos venit Propheta]* Thalmud, in Baba Bathra.

futuri reditus significatio: magistri ipsorum, quasi Spiritu vertiginis afflati, ad turpes fabulas et ridicula dogmata delapsi sunt; quibus scatent libri Thalmudici, quos legem ore datum audent dicere, et cum iis quæ Moses scripsit conferre, aut iis præferre etiam. Nam quæ ibi leguntur ¹ de Dei fletu quod urbem passus sit excindi, ² de ejus quotidiana diligentia in legenda lege, ³ de Behemoth et Leviathan, ⁴ multisque rebus aliis, tam sunt absurda, ut etiam referre tædeat. Et tamen tanto tempore Judæi nec ad falsorum Deorum cultus deflexerunt ut olim, nec cædibus se contaminant, nec de adulteriis accusantur: ⁵ Deum vero et precibus et jejuniis certant placare; nec exaudiuntur. Quæ cum ita se habeant, omnino ex duobus alterum statuendum est; aut foedus illud per Mosem factum omnino esse abolitum, aut teneri Judæorum universi-

¹ *De Dei fletu quod urbem passus sit excindi]* Praefatio Eckæ Rabhi. Similia in Thalmude; titulo Chagiga, in Debarim Rabba, et in Berachoth.

² *De ejus quotidiana diligentia in legenda lege]* Thaanith, Aboda Zara.

³ *De Behemoth et Leviathan]* Thalmud, Baba Bathra; Paraphrastes Chaldaeus, ad Cant. Canticorum viii. 2.

⁴ *Multisque rebus aliis]* Quorum multa transcriptæ Chris-

tianus Gerson, in suo ad Ju-dæos libro. Vide ejus capita de diabolis, de Messia, de re-vlationibus per Eliam, de Ge-henna, de regno Decem tribuum trans amnem Sabbatium, de Rabbinorum facinori-bus.

⁵ *Deum vero et precibus et jejunitis certant placare]* Quod si ipso credendum est; optime de Deo merentur, Messiam fal-sum, quem tanta pars hu-mani generis recepit, repudi-ando.

tatem gravis alicujus peccati tot jam per sæcula durantis: quod quale sit, ipsi dicant; aut, si dicere non possunt, nobis credant, peccatum illud esse contempti Messiae, qui ante advenerit quam hæc mala ipsis contingere cœperunt.

§. XVII. *Probatur Jesus esse Messias, ex his quæ de Messia prædicta fuerunt.*

Et hæc quidem, ut diximus, ostendunt, venisse jam ante tot sæcula Messiam: addimus nos, non alium eum esse quam Jesum. Nam quicunque alii pro Messia haberí se voluerunt, aut habiti sunt, nullam reliquerunt sectam, in qua ea opinio perseveraret. Nulli nunc aut Herodis, aut Judæ Gaulonitæ, aut, qui Adriani temporibus Messiam se dixit ^y et doctissimis quibusdam imposuit, ^z Barchochebæ sectatores se profitentur. At Jesu qui nomen dent, ex quo ipse in terris fuit, in hunc diem fuerunt ^a suntque plurimi; nec in una regione, sed quam late hic orbis patet. Possem hic multa alia

^y *Et doctissimis quibusdam imposuit]* Ut Rabbi Akibæ. Thalmud, in titulo de Synedrio; in Beresith Rabba; apud Rabbinos Johannem, et Abrahamum Salmanticensem; et alios, multis in locis.

^z *Barchochebæ]* Qui ē τῆς Ἰδαίων ἀπογείων ἀρχηγός Justino, Apol. ii. 31. Mentio ejus apud Eusebium, H. E. iv. 6. Hieronymum, contra Ruffinum iii. t. ii. p. 535. C. Orosium, Hist. vii. 13. Thalmu-

dico titulo de Synedrio; in Beresith Rabba; apud Rabbinos Johannem, et Abrahamum Salmanticensem; et alios, multis in locis.

^a *Suntque plurimi; nec in una regione, sed quam late hic orbis patet]* Vide quæ hac de re allata ad librum secundum, §. 20.

afferre olim de Messia prædicta aut credita, quæ in Jesu evenisse credimus; cum de aliis ne asseverentur quidem: quale est, ^b quod ex Davidis fuit posteritate; ^c quod ex virgine natus est, ^d edocto ea de re cœlitus eo qui virginem eam duxerat, cum ex alio prægnantem in matrimonio non fuerat retenturus; ^e quod natus est Bethlehemi; ^f quod dogma suum serere cœpit in Galilæa; ^g quod omne genus morbos sanavit; cœcis visum, claudis gressum dedit. Sed uno contentus sum, cujus effectus in hunc diem durat. Ex ^h Davidis, ⁱ Esaiæ, ^k Zachariæ, ^l Oseeæ vaticiniis manifestissimum est, Messiam non tantum Judæorum, sed et aliarum

^b Quod ex Davidis fuit posteritate] Psal. lxxxix. 4. Esa. ix. 7. xi. 10. Jerem. xxxiiii. 5. Ezech. xxxiv. 24. Mich. v. 2. Matth. i. 1, 20. ix. 27. xii. 23. xv. 22. xx. 30, 31. xxi. 9, 15. xxxii. 42. et seqq. Marc. x. 47. xii. 35, 36, 37. Luc. i. 27, 32, 69. ii. 4, 11. xviii. 38, 39. xx. 42, 44. Joh. vii. 42. Actor. xlii. 34. xv. 16. Rom. i. 3. 2 Tim. ii. 8. Apoc. v. 5. xxii. 16.

^c Quod ex virgine natus est] Esa. vii. 14. Matth. i. 18, 22, 23. Luc. i. 35.

^d Edocto ea de re cœlitus eo qui virginem eam duxerat] Matth. i. 20.

^e Quod natus est Bethlehemi] Mich. v. 2. Matth. ii. 1—6. Luc. ii. 4.

^f Quod dogma suum serere cœpit in Galilæa] Esai. ix. 1.

Matth. iv. 12, 13. Marc. i. 14. Luc. iv. 14—16. et alibi sæpe.

^g Quod omne genus morbos sanavit; cœcis visum, claudis gressum dedit] Esaias, xxxv. 5. lxi. 1. Matth. xi. 5. Lnc. iv. 18. et alibi passim. Adde quod mortuos resuscitavit, quod inter præcipuas Messiae notas posuit R. Levi ben Gerson.

^h Davidis] Psal. ii. 8. xxii. 28. lxviii. 32. lxxii. 8, 17.

ⁱ Esaiæ] ii. 2. xi. 10. xiv. 1. xix. 18. xxvii. 18. xxxv, xlvi, et xlvi. præcipue xlii. 6. li. 5. lli. 15. liv. lv. 4, 5. lx. 8. et seqq. lxv. 1, 2. lxvi. 19. et seqq.

^k Zachariæ] ii. 11. viii. 20. et seqq. ix. 9—11. xiv. 16.

^l Oseeæ] ii. 23.

gentium magistrum fore: ^m per ipsum collapsos cultus falsorum Deorum, et ad unius Dei cultum perducendam ingentem multitudinem alienigenarum. Ante Jesu adventum, sub falsis cultibus totus fere orbis jacebat: deinde paulatim evanescere illi cœperunt; nec singuli tantum homines, sed et populi et reges ad unius Dei cultum converti. Hæc non Ju-dæorum Rabbinis debentur, sed Jesu discipulis eorumque successoribus: ita ⁿ populus Dei factus est qui ante non erat, et impletum est quod per Jacobum prædictum fuerat, Genes. xlix. antequam plane tolleretur civilis potestas a posteris Judæ, venturum Silo; quem ^o Chal-dæus et alii interpres Messiam exponunt, ^P cui parituræ essent etiam exteræ gentes.

^m Per ipsum collapsos cultus falsorum Deorum] Esa. ii. 18, 20. xxxi. 7. xlii. 1. Sophonias, i. 4—6. Zach. xiii. 2.

ⁿ Populus Dei factus est qui ante non erat] Osee ii. 23.

^o Chaldeus] Tam Jonathan, quam Hierosolymitanæ paraphræses scriptor: item Thal-mudici, titulo de Synedrio, Berith Rabba; Jakumus, ad Pentateuchum; Rabbi Solomo, et alii. עִירָם, quod nunc Judei volunt esse virgam castigatio-

num, Thargum Chaldeo exponitur עִירָם: et Græcis eodem sensu ἄρχων: Aquila αὐτοῦ στρατηγός: Symmacho ἡγεμία. תְּלַעַן autem per יְהוָה filios ejus exponunt Chaldeus, R. Siloh, R. Bachai, R. Salomo, Abenesdra, et Kimchi. Vide pulchre dicta de hoc loco apud Chrysostomum, Sermone Christum esse Deum, t. vi. p. 625.

^P Cui parituræ essent etiam exteræ gentes] Vide dictum locum Esaie xi. 10. qui huic lucem affert.

**§. XVIII. Solutio ejus, quod dicuntur quædam
non impleta:**

Opponi hic a Judæis solet, quædam de temporibus Messiae prædicta esse, quæ non conspiciantur impleta. Sed quæ adducunt obscura sunt, aut diversam recipiunt significationem: propter quæ non debent deseriri ea quæ sunt manifesta; qualia sunt sanctitas præceptorum Jesu, præmii excellentia, et in eo proponendo sermo perspicuus: quibus cum accedant miracula, sufficere hæc ad amplectendum ejus dogma debebant. Ad vaticinia, ^q quæ libri clausi nomine nuncupari solent, recte intelligenda, opus sæpe est Dei quibusdam auxiliis; quæ merito illis subtrahuntur, qui aperta negligunt. Loca autem, quæ objiciunt, varie exponi, ne ipsi quidem ignorant: et si cui conferre libeat interpres veteres, ^r qui in Babylonico exilio aut alioqui circa Jesu tempora extiterunt, cum his, qui scripserunt postquam Christianorum nomen in odio apud Judæos esse cœpit; inveniet explicationes novas reperitas partium studio, cum olim receptæ essent

^q Quæ libri clausi nomine nuncupari solent] *Essaias, xxix. 11. Daniel, xii. 4, 9. et ibi Iacchiades.* Vide que hanc ad rem disserit Chrysostomus, Sermoni ii. Cur obscurum sit Vetus Testamentum, t. vi. p. 658. seqq.

^r Qui in Babylonico, &c.] Videtur Grotius respicere ad Chaldeos Interpretes Veteris Testamenti, atque ex sententia Judæorum loqui; a quibus antiquiores habentur, quam sunt. Vide Brian. Waltoni Proleg. in Bibl. cap. xii. Cler.

aliæ, quæ cum Christianorum sensu satis conveniebant. Multa in sacris literis non ex proprietate verborum, ^a sed figura quadam esse intelligenda, ne ipsi quidem ignorant: ^t ut cum Deus descendisse dicitur; cum ei ^u os, ^x aures, ^y oculi, ^z nares tribuuntur. Quidni ergo hunc in modum explicemus et pleraque de Messiæ temporibus dicta? qualia sunt: ^a lupum cum agno, pardum cum hœdo, leonem cum pecore stabulaturum; lusurum cum anguibus infantem; ^b montem Dei surrectum supra montes alios; venturos eo alienigenas, ut sacra faciant. Sunt quædam promissa, quæ ex antecedentibus aut consequentibus verbis, aut etiam ex ipso sensu conditionem in se tacitam continent. Sic multa Hebræis promisit Deus, si Messiam missum reciperent eique parerent: quæ si non eveniunt, habent ipsi quod sibi imputent. Quædam vero etiam definite et sine conditione pro-

^a Sed figura quadam esse intelligenda, ne ipsi quidem ignorant] Quomodo Maimonides, in Libro Jad, locum Esaiæ xi. 6. de Messiæ temporibus ἀλληγοριῶς vult intelligi. Idem dicit, ad ipsum Esaiæ locum, David Kimchi: qui et similia habet, ad Jерем. ii. 15. v. 6.

^t Ut cum Deus descendisse dicitur] Ut Gen. xi. 5. xviii. 21. Vide de his similibusque locutionibus Maimonidem, Doctoris Dubitantum parte i. cap. 10. et. ii. 29. et seqq. et eundem, ad Deuter. ubi de

Rege. Messiæ res fore colettes, ait liber Cabalisticus Nazæl Israël.

^u Os] Ut Jeremiæ ix. 12.

^x Aures] Ut Psal. xxxi. 2. xxiv. 15.

^y Oculi] Loco Psalmi proxime citato.

^z Nares] Psalm. xviii. 8. Jer. xxxii. 37.

^a Lupum cum agno] Dicto loco Esaiæ xi. 6. et seqq.

^b Montem Dei surrectum supra montes alios] Esai. ii. 2. Mich. iv. 1. et seqq.

missa, si impleta nondum sunt; adhuc possunt expectari. Constat enim etiam apud Judæos, tempus sive regnum Messiae durare ad finem sæculorum.

§. XIX. Et ad id quod opponitur, de humili statu et morte Jesu :

Offendit multos humiliis Jesu fortuna: ini-
que vero; cum in sacris literis passim dicat Deus, ^d erigi a se humiles, et superbos sterni.
^e Jacob, extra se nihil præter baculum ferens, Jordanem transiit: rediit eodem, maxima vi pecoris ditatus. Moses exul, pauper, pecora pascebat; ^f cum ei in rubo Deus apparuit, populi sui ductum ei mandavit. ^g David itidem, gregem pascens, ad regnum vocatur: multisque aliis exemplis talibus plena est sacra historia. De Messia vero legimus, fore eum ^h lætum pauperibus nuntium; ⁱ non clamorem excitaturum in publico, aut jurgiis usurum: sed acturum leniter; ita ut parcat arundini concussæ, et in ellychnio fumigante alat quod

^c Tempus sive regnum Messiae durare ad finem sæculorum] Perek Chelek, p. 97.

^d Erigi a se humiles, et superbos sterni] 1 Sam. ii. 8. Psal. xxxiv. 18. Prov. xi. 2. Esaias, lvii. 15. lxvi. 2.

^e Jacob, extra se nihil præter baculum ferens, Jordanem transiit, &c.] Gen. xxxii. et seqq.

^f Cum ei in rubo Deus appa-

ruit] Exod. iii.

^g David itidem, gregem pascens, ad regnum vocatur] 1 Sam. xvi. 7, 11.

^h Lætum pauperibus nuntium] Esaias, lxi. 1. Matth. xi. 5. Adde Zach. ix. 9.

ⁱ Non clamorem excitaturum in publico, aut jurgiis usurum: sed acturum leniter] Esa. xlvi. 2—4. Matth. xii. 19, 20.

restat caloris. Neque magis cætera ejus mala, et mors ipsa invisum eum cuiquam facere debent. Nam sæpe a Deo permitti, ut pii ab impiis non vexentur modo, ^k ut Lothus a Sodoma civibus, sed interficiantur quoque, manifestum est ^l exemplo Abelis parricidio enecti, ^m Esaiae dissecti, ⁿ Maccabæorum fratribus cum matre ad mortem excruciatorum. Ipsi Judæi Psalmum canunt lxxix. in quo hæc verba sunt: *Dederunt servorum tuorum cadavera in cibum voracium; reliquias eorum, quos tu, O Deus, amas, bestiis: sanguinem eorum effuderunt in pomario Hierosolymorum; nec quisquam fuit, qui eos sepeliret: et quæ sequuntur.* Ipsum vero Messiam debuisse per ærumnas et mortem pervenire ad regnum suum, et ad potestatem summis bonis ornandi familiam suam, negare nemo poterit, qui ad ista Esaiae verba, ^o capite liii. animum volet attendere: *Quotusquisque credit sermone nostro, et vim Dei agnovit?* Idque ideo, quia surrexit ille, Deo aspectante, tanquam tener surculus, tanquam herba ex solo arenoso: *in vultu*

^k Ut Lothus a Sodoma civibus] Gen. xix.

^l Exemplo Abelis parricidio enecti] Gen. iv.

^m Esaiae dissecti] Ita habet Judæorum traditio; ad quam respicit scriptor ad Hebreos, xi. 37. et Josephus, x. 4. Chalcidius, in Timaeum, p. 263. fin. Cum Propheta a conseleratis, unus membratim sectus, alter

obrutes saxis.

ⁿ Maccabæorum fratribus cum matre ad mortem excruciatorum] ^o Maccab. vii. Josephus, libro Πτερι αντορθος λεγιον, §. 9—14.

^o Capite liii.] Quem locum de Messia interpretantur Chaldaeus Paraphrastes; et Gemata Babylonica, titulo de Syndrio.

ejus nihil pulchri, nihil decori; nec, si aspiceres, quicquam erat quod oblectaret: contemptui patebat, et inter homines erat velut abjectissimus; multos dolores, multas ægritudines expertus: omnes se ab eo avertiebant: tanto erat despiciatur, nulloque in pretio. Sed vere pro nostros ille morbos pertulit, nostra mala toleravit. Nos illum habuimus tanquam de cælo tactum, a Deo ictum atque depresso: sed ob nostra peccata vulneratus est, attritus ob nostra crimina. ¶ Pœna, quæ nobis salutem pareret, ipsi imposita est: tumices ipsius dati sunt nobis pro remedio. Certe enim nos, ut oves, aberraveramus omnes huc atque illuc: ipsi Deus infixit pœnam, quæ nostris criminibus debebatur. Et tamen, cum oppimeretur et gravissime cruciaretur, vocem non emisit: sicut agnus mactandus, aut ovis quæ tondetur, silent muta. Post vincula, post judicium, e medio sublatus est: sed rursus vitæ ejus durationem quis digne eloqui poterit? Nimirum ex hoc loco, in quo nos vivimus, ereptus est: sed hoc malum ei evenit, ob populi mei scelera. Ad mortem usque et sepulturam datum est in manus potentium atque impiorum; cum tamen nemini fecisset injuriam, neque in sermone ejus deprehensus fuisse unquam dolus malus. Sed quanquam Deus eo usque eum passus est

P Nostros ille morbos pertulit] Morborum vocè quævis mala intelligi, docet ad hunc locum Abarbaniel.

pareret, ipsi imposita est] De Messia haec explicat Rabbeth, et Salomon Jarchi; ad Gemaram titulo de Synedrio.

¶ Pœna, quæ nobis salutem

conteri, doloribusque affici ; tamen, ¹ quia se constituit hostiam piacularēm, ² videbit posteritatem, vitam aget durabilem, et quae Deo sunt placita per ipsum feliciter curabuntur. Liberatum se a malo conspiciens, ait Deus, ³ voluptate satiabitur : eo maxime, quod dogmate suo ipse justus servus meus multos absolvet, eorum crima auferens. Dabo ei partem eximiam, ⁴ ubi inter præliatores spolia dividentur : quia morti se dedidit ; et sceleratis annumeratus est ; cumque paenas alienorum criminum ferret ipse, pro sōntibus se constituit precatorem. Quis potest nominari aut regum aut prophetarum, in quem hæc congruant? nemo sane. Quod autem recentiores Judæi commenti sunt, agi hic de ipso populo Hebræo disperso in omnes gentes, ut suo exemplo ac sermone multos ubique proselytos faceret ; is sensus primum plurimis sacrarum literarum testimoniis repugnat, quæ clamant, Judæis ⁵ nihil

¹ *Quia se constituit hostiam piacularēm]* De malis volente animo toleratis hic agi, ait Alseck.

² *Videbit posteritatem]* Voce *seminis*, quæ in Hebræo est, significari *discipulos*, ait hic Alseck. Sic *semen serpentis* Hebrei interpretantur *Canañeos*. Nec aliter accipiunt non nulli eorum *filios*, *Esaiæ viii. 18.* ut Thalmud Hierosolymitanum notat, titulo de *Syndrio*.

³ *Voluptate satiabitur]* Hæc

ad futurum saeculum refert Abarbaniel.

⁴ *Ubi inter præliatores spolia dividentur]* Hæc spirituali modo intelligenda, docet Gemara Babylonica, titulo תְּבוּנָה. Perspolia intelligi sapientum honores et præmia, dicit Alseck ad hunc locum.

⁵ *Nihil mali accidisse, quod non ipsum et insuper majore multo suis factis essent promeriti]* Apparet id locis Prophetarum jam supra positis, et *Danielis ix.* et *Nehemias ix.* Adde

mali accidisse, quod non ipsum et insuper majora multo suis factis essent promeriti. Deinde ipsa propheticæ orationis series eam non fert interpretationem. Dicit enim sive Prophetæ, (quod isti loco videtur convenientius,) sive Deus: *Hoc malum illi evenit, ob populi mei scelera.* Populus autem Esaiae, aut etiam populus Dei peculiaris, est populus Hebraicus. Quare is, qui tam gravia perpessus ab Esaia dicitur, non potest idem populus esse. Melius antiqui Hebræorum magistri fatebantur hæc de Messia dici: quod cum viderent quidam posteriorum, y duos Messias commenti sunt; quorum alterum vocant Josephi filium, qui mala multa et mortem cruentam pateretur; alterum Davidis filium, cui cuncta prospere succederent: z cum multo facilius esset, et Prophetarum scriptis congruentius, unum agnoscere, qui per adversa et mortem ad regnum esset perventurus: quod nos de Jesu credimus; et verum esse res ipsa docet.

quod de quo agit Esaias deprecaturus erat Deum pro Ethniciis; quod Judai non faciunt.

y *Duos Messias commenti sunt]* Thalmud, titulo Succa: R. Salomo: R. David Kimchi.

z *Cum multo facilius esset, et Prophetarum scriptis congruentius, unum agnoscere, qui per adversa et mortem ad regnum esset perventurus]* Quod ipsum non uno in loco, ad hoc Esaiae caput, sequitur Abarbaniel.

§. XX. *Et quasi viri probi fuerint, qui eum morti tradiderunt.*

Retinet multos a suscipienda Jesu disciplina præconcepta quædam opinio de virtute ac probitate majorum suorum, ac maxime sacerdotum; qui Jesum præjudicio damnarunt, et dogma ejus repudiarunt. Sed quales sæpe maiores ipsorum fuerint, ne me sibi maledicere existiment, audiant ipsis verbis et legis sue et Prophetarum: a quibus sæpe appellantur ^a incircumcisi auribus et corde; ^b populus labiis et rituum apparatu Deum honorans, animo autem remotissimus. Majores ipsorum fuerunt, ^c qui Josephum fratrem suum parum abfuit quin interficerent, re autem ipsa in servitutem vendiderunt. Majores ipsorum et illi, ^d qui Mosem perpetuis seditionibus ad vitæ tædium egerunt; ducem suum ac liberatorem, cui terra, mare, aër obediebant: ^e qui panem cœlitus missum fastidierunt: ^f qui velut de summa penuria conquesti sunt, cum aves comestas adhuc

^a Incircumcisi auribus et corde] Jerem. iv. vi. 10.

^b Populus labiis et rituum apparatu Deum honorans, animo autem remotissimus] Deut. xxii. 5, 6, 15, 28. Esaias, xxix. 13. Amos, v. 21. Ezech. xvi. 3.

^c Qui Josephum fratrem suum parum abfuit quin interficerent, re autem ipsa in servitutem ven-

diderunt] Gen. xxxvii.

^d Qui Mosem perpetuis seditionibus ad vitæ tædium egerunt] Loca notata supra, ad librum ii. 19.

^e Qui panem cœlitus missum fastidierunt] Num. xi. 6.

^f Qui velut de summa penuria conquesti sunt, cum aves comestas adhuc ructarent] Dicto capite xi. in fine.

ructarent. Majores ipsorum fuerunt, ^g qui, Davide tanto ac tam bono rege deserto, secuti sunt defectorem filium. Majores ipsorum fuerunt, ^h qui Zachariam Joiadæ filium trucidarunt in loco sanctissimo, victimam crudelitatis suæ factientes ipsum sacerdotem. Jam vero ⁱ Pontifices quod attinet: tales fuerunt, qui Jeremie falso crimine mortem machinati sunt; et perfecissent, nisi procerum quorundam obstitisset auctoritas: ^k extorserunt tamen, ut captivus haberetur ad ipsum usque momentum captœ urbis. Si quis putet, meliores fuisse eos qui Jesu temporibus vixerunt; eum ab hoc errore liberare Josephus poterit: qui atrocissima eorum facinora describit, et pœnas graviores omnibus unquam auditis; ^l et tamen, ut ipse censet, infra meritum. Neque de Synedrio melius existimandum: præsertim cum eo tempore senatores non veteri more cooptari manibus impositis, ^m sed ex potentium nutu legi solerent; ut et Pontifices, non jam perpetua

^g Qui, Davide tanto ac tam bono rege deserto, secuti sunt defectorem filium] 2 Sam. xv.

^h Qui Zachariam Joiadæ filium trucidarunt] 2 Paralip. xxiv. 21.

ⁱ Pontifices quod attinet: tales fuerunt, qui Jeremie falso crimine mortem machinati sunt] Jeremie xxvi.

^k Extorserunt tamen, ut captivus haberetur ad ipsum usque momentum captœ urbis] Jerem.

xxxviii.

^l Et tamen, ut ipse censet, infra meritum] Dicit is neque urbem aliam talia perpessam mala, neque ab omni ævo æstatem fuisse omnium scelerum feraciorem. Plus Judeis mali a semetipsis illatum, quam a Romanis, qui illorum facinora expiaturi venerant.

^m Sed ex potentium nutu legi solerent] Josephus, xiv. 17.

ⁿ sed annali et saepe empta dignitate. Non mirari ergo debemus; si homines arrogantia tumidi, ambitione et avaritia insatiabiles, in furorem acti sunt, conspecto homine, qui sanctissima praecepta afferens vitam ipsam ipsa diversitate exprobrabat. Nec aliud illi crimini datum, quam quod olim optimo cuique. ^oSic Michæas ille, qui Josaphati tempore vixit, in custodiam datus est; quod intrepide verum contra quadringentos falsos Prophetas asseruit. ^pEliæ Achabus objecit, plane ut Jesu sacerdotes, ipsum esse qui pacem Israëlis turbaret. ^qJeremiæ quoque crimini datum id quod Jesu, vaticinatio adversus Templum. Addendum hic, quod magistri Hebræorum veteres ^rscriptum reliquerunt; temporibus Messiæ ho-

ⁿ Sed annali et saepe empta dignitate] Josephus, xviii. 3. et 6.

^o Sic Michæas ille, qui Josaphati tempore vixit, in custodiam datus est] 1 Reg. xxii.

^p Eliæ Achabus objecit, plane ut Jesu sacerdotes, ipsum esse qui pacem Israëlis turbaret] 1 Reg. xviii. 17. Achabus Eliæ dicit, לְאַתָּה הַזֶּה עַכְרִי שְׂרֵפָה תְּבִרְכֶּנָה: ubi Græci, εἰ σὺ ὁ διεργίων τὸν Ἰσραὴλ; Nonne tu es qui turbas Israëlem? Sic Sacerdotes de Jesu, apud Lucam xxiii. 2. Τοτες εἶπαν διεργίωντα τὸν Ἰσραὴλ. Hunc invenimus turbare Israëlem.

^q Jeremiæ quoque crimini datum id quod Jesu, vaticinatio

adversus Templum] Jerem. vii. 4. et seqq. xxvi. 6, 11.

^r Scriptum reliquerunt; temporibus Messiæ homines fore canina impudentia, asinina contumacia, ferina crudelitate] Thalmud, de Synedrio, Ketuboth, et Sota: R. Salomo, ad dictum titulum de Synedrio, c. Hele: Thalmud, titulo de Ponderibus. Traditio Rabbi Jude, in Gemara ad eundem titulum de Synedrio, c. Hele: quo tempore adveniet filius David, domus institutionis divina fiet hupanar. Vide Jerem. x. 21. et xxiii. 14. [Erat hic grave mendum, nam pro Gemara legebatur Masoreta. Exstant autem hæc verba in Gemara,

mines fore canina impudentia, asinina contumacia, ferina crudelitate. Deus ipse, qui quales Judæi plerique extituri essent Messiae tempore multo ante præviderat, futurum dixerat; ³ ut, qui populus suus non fuisset, in populum assumeretur, ⁴ ex Judæorum autem urbibus ac vicis singulis vix unus et alter irent ad sacrum montem; sed, quod ad illorum numerum deesset, id expleturos extraneos: item ⁵ Messiam Hebræis in ruinam fore; sed lapidem hunc, rejectum ab ædificio præfectis, potissimo loco positum iri ad coagmentationem operis.

§. XXI. Responsum ad objectionem, plures Deos a Christianis coli;

Restat ut duabus accusationibus respondeamus, quibus Judæi et dogma et cultum Christianorum impetunt. Prius est, quod plures a nobis Deos aiunt coli. Sed hoc nihil est, nisi in odium contorta alieni dogmatis explicatio. Quid enim est, cur magis id Christianis objiciatur, quam ^x Philoni Judæo; qui saepe tria in

ad cap. xi. tituli de Synedrio :
qua ætate veniet filius Davidis,
domus conventus, בָּבֶל, יְהוּדָה
fiet lypaner. Edit. Cocceii, §.

27. Clericus.]

^x Ut, qui populus suus non fuisset, in populum assumetur] Onea ii. 23.

⁴ Ex Judæorum autem urbibus ac vicis singulis vix unus et alter irent ad sacrum montem;

sed, quod ad illorum numerum deesset, id expleturos extraneos] Jeremie iii. 14, 17. Adde Esaiam, liii.

⁵ Messiam Hebrais in ruinam fore; sed lapidem hunc, rejectum ab ædificio præfectis, potissimo loco positum iri ad coagmentationem operis] Esaie viii. 14. Psal. cxviii. 22.

^x Philoni Judeo; qui saepe

Deo statuit, et Dei rationem sive γ sermonem vocat Dei nomen, ² mundi opificem, ³ neque ingenitum ut est Deus Pater omnium, neque ita genitum ut sunt homines: (^b quem et Ange-

tria in Deo statuit] De sacrificiis Abel et Cain, p. 108. B. Ήνπα δὲ Θεὸς δημοφρεύμινος ὡς δυῆ τῶν ἀνθράκων δύναμις, ἀγχῆ τι αἴ καὶ ἀγαθότεστ, οὐδὲν δὲ μίσος, φρεστὰς φανεροῖς ἵνεργάζεται τῇ ὁρατικῇ Φυλή³ ἀνικαστη μεμίστηται μηδὲνδιάμενος, (ἀπειρύγαφοι γὰρ αἱ δύναμις εἰντοῦ) μεμίστηκε δὲ τὰ ὅλα. *Cum Deus comitatus duabus summis suis efficaciis, imperio ac bonitate, medius ipse et unus, tres imagines imprimebat animae visivae; quarum nulla mensura capitur, (immensæ enim ejus efficaciam), sed singulæ cuncta metuntur.* Μονάρχην etiam vocat ἄρχοντας, et ἀγαθότερα vocat σύμμορια, atque a pio animo non enuntiari, sed in silentii arcano asservari. Similia habet in libro de Cherubim, p. 86. F. Libro secundo de Agricultura Noe, p. 176. D, G. vocat τὸ δέ, τὸ διοπτοκόν, τὸν ἥλιον δύναμιν, *id quod est, vim dominam, vim beneficam.* Maimonides, initio libri de Fundamentis, et post eum Josephus Albo distinguunt in Deo, *Id quod cognoscit, quod cognoscitur, et cognitionem.* Habet quæ huc pertinent et Abenesdra, ad Genes. xviii. et Maimonides, Ductoris dubitantium parte i. cap. 68.

^γ Sermonem vocat Dei nomen] In Allegoriis, p. 76. B.

et de Confusione linguarum, p. 267. B.

^a Mundi opificem] In Allegoriis, p. 60. C. Ο λόγος αὐτοῦ, ὃ καθάπερ ἐργάζεται πρωτηγενέμενος ιασμοτοῖς. Verbum ejus, quo velut instrumento usus mundum fecit: De Cherubim, p. 100. B. Οργανος δὲ λόγος Θεος, διὸ κατιστικάδην. Instrumentum autem Dei videbit esse ipsum verbum Dei, per quod factus est Mundus. [Melius λόγον hic rationem vertas in Philone, quod pluribus ostendi in Dissertatione ad initium Joannis. Clericus.]

^b Neque ingenitum ut est Deus Pater omnium, neque ita genitum ut sunt homines] Locus est libro, Quis heres sit rerum divinarum, p. 398. A. Idem verbum Philoni vocatur Dei imago, libro de Monarchia ii. p. 686. B. et de Somniis a Deo immisis, p. 466. B. interdum ἀπεικόνισμα, ut libro Pejorem insidiari meliori, p. 132. D. et χαρακτήρ, libro ii. de Agricultura, p. 169. D. Confer Joh. i. et Hebr. i. 3.

^c Quem et Angelum sive legatum universum hoc curarent et ipse Philo] Αγγεῖλος vocat in Allegoriis, ut p. 71. D. et libro de Cherubim, p. 88. C. Αεράγγειλος vero, libro de Herede divinorum bonorum, p. 397. G. et libro de Confusione lin-

lum sive legatum universum hoc curantem et ipse Philo, ^c et Moses Nehemanni filius appellat :) ^d aut Cabalistis ; qui Deum distinguunt in tria lumina, et quidem nonnulli iisdem, quibus Christiani, nominibus, Patris, Filii sive Verbi, et Spiritus Sancti ? Et, ut id sumam quod

guarum, p. 267. B. Idem et Angelus et בָּנָם dicitur R. Samuels, in Mecor Chaim.

^e *Et Moses Nehemanni filius]* Ejus verba sic transtulit doctissimus Masius, ad Iosue cap. v. *Iste Angelus, si rem ipsam dicamus, est Angelus redemptor : de quo scriptum est : Quoniam nomen meum in ipso est. Ille, inquam, Angelus, qui ad Jacob dicebat : Ego Deus Bethel. Ille, de quo dictum est : Et vocabat Mosem Deus de rubo. Vocatus autem Angelus, quia mundum gubernat. Scriptum est enim : Eduxit nos Jehovah (id est, Dominus Deus) ex Aegypto. Et alibi : Misit Angelum suum, et eduxit nos ex Aegypto. Præterea scriptum est : Et Angelus faciei ejus saluos fecit ipso. Namirum, ille Angelus qui est Dei facies : de quo dictum est : Facies mea præbit, et efficiam ut quiescas. Denique ille Angelus est, de quo vates : et subito veniet ad Templum suum Dominus, quem vos queritis ; et Angelus foderis, quem cupitis. Rursum alia ejusdem verba sic : Animadverte attente quid ista sibi velint. Moses enim et Israelite semper optaverunt Angelum primum. Ceterum quis*

ille eret, vere intelligere non potuerunt. Neque enim ab aliis percipiebant, neque prophética notione satis assequebantur. Atqui facies Dei ipsum significat Deum : quod apud omnes interpres est in confessu. Verum ne per somnium quidem ista intelligere quisquam possit, nisi sit in mysteriis legis eruditus. Mox : Facies mea procedet, hoc est, Angelus foderis, quem vos cupitis, in quo videbitur facies mea. De quo dictum est : Tempore accepto exaudiam te. Nomen enim meum in eo est. Faciamque ut quiescas ; sive efficiam, ut ipse sit tibi lenis et benignus. Neque te ducat per jus rigidum ; sed placide et clementer. Confer quæ habet Massassis Conciliator, ad questionem xix. super Genesim. [Nomen patris hujus Rabbini melius effteratur Nachman, nam scribitur נַחֲמָן Nahman. Cl.]

^d *Aut Cabalistis ; qui Deum distinguunt in tria lumina, et quidem nonnulli iisdem, quibus Christiani, nominibus, Patris, Filii sive Verbi, et Spiritus Sancti]* Vide additamenta ad Lexicon Hebraicum Schindleri, in notis יְהוָה. Et יְהוָה in Deo non obstat unitati, ait liber dictus Schep-tal.

apud omnes Hebræos maxime confessum est, Spiritus ille, quo agitati sunt Prophetæ, non est aliquid creatum, et tamen distinguitur a mittente: quomodo et illud, ^e quod Schecina vulgo vocant. Jam vero in Messia habitatram eam vim divinam, quam sapientiam vocant, ^f plurimi Hebræorum tradiderunt; ^g unde Chaldaeo Paraphrastæ Messias Dei Verbum dicitur: sicut et ^h augusto illo Dei, ⁱ itemque Domini nomine Messias appellatur apud Davi- dem, Esaiam, et alios.

^e Quod Schecina vulgo vo-
cant] Et distinguunt a Spiritu
Sancto: Gemara Hierosolymita-
na, titulo de Documentis,
cap. 3. et Gemara Babylonica,
titulo Joma, cap. 1. Sche-
cina per annos tres et dimi-
dium se tenuisse in monte
Oliveti, expectantem conver-
sionem Iudaorum, ait R. Jo-
nathan, in præfatione Eckæ
Rabthi: quo recte accepto ni-
hil verius.

^f Plurimi Hebræorum tradi-
derunt] Rabbi Solomo. Idem,
ad Genes. xix. 18. agnoscit a
Deo assumi posse humanam na-
turam: quam et olim ad tem-
pus assumptam putat. Cui con-
sentit Thalmud, titulo Sche-
buoth et Sabbathoth.

^g Unde Chaldaeo Paraphra-
stæ Messias Dei Verbum dici-
tur] Ut Osee i. 7. [At falli-
eos, qui quidquam præter Deum

ipsum Verbo Dei significari a-
pud Chaldaeum Paraphrasten
putant, ostendit vir doctus in
Bilibra Veritatis, edita anno
MDCC. diu post Auctoris mor-
tem. *Clericus.*]

^h Augosto illo Dei] Nempe
נָתַן: Jonathan et David Kim-
chi, ad Jeremiam, xxii. 6.
cum quibus consentit R. Ab-
ba, in Eckæ Rabthi. נָתַן
נְתַנְתָּן, Zacharias xiv. 16. Fu-
turum eo tempore ut Deus
נָתַן digito monstretur, ait
Thalmud in Taanith; ex E-
saia, xxv. 9.

ⁱ Itemque Domini nomine]
מֶלֶךְ: Psal. xlvi. 7. (quem
Psalmum de Messia agere, ag-
noscit Chaldeus ibi Paraphra-
stes,) ut et jam dicto Esiae
loco. Item מֶלֶךְ in Psal. cx.
quem de Messia agere, jamjam
patebit.

§. XXII. *Et humanam naturam adorari.*

Æque parata responsio est ad alterum, quod objiciunt nobis; nos scilicet cultum Deo debitum impartiri naturæ a Deo conditæ. Dicimus enim, a nobis Messiae non alium honorem aliumve cultum exhiberi, quam exigunt ^k Psalmus ii. et Psalmus cx. quorum illum in Davide rudi modo impletum, sed excellentius ad Messiam pertinere, etiam ^l David Kimchi, magnus Christianorum adversator, agnoscit; posterior vero de alio, quam de Messia, exponi non potest. Nam, quæ recentiores Judæi alii de Abrahamo comminiscuntur, alii de Davide, alii de Ezechia, frivola sunt. Psalmus ipse Davidis est, ut docet Hebræa inscriptio. Quod ergo David Domino suo dictum dicit, id nec Davidi ipsi, nec Ezechiæ, qui inter posteros Davidis fuit, Davide nulla re excellentior, appetari potest. Abrahamus autem sacerdotium aliquod eximium non habuit; imo Melchisedecus ^m ei, tanquam se minori, bene precatus est. Sed et hoc, et quod additur ⁿ de sceptro ex Sione exituro et per venturo in oras ultimas, plane in Messiam competit; ^o ut loci similes, de Messia

^k *Psalmus ii. et Psalmus cx.*] Hæc loca, et Zachariæ ix. 9. de Messia exponit doctissimus Rabbi Saadia.

^l *David Kimchi*] De Messia eundem ii. exponunt Abrahami Edra et R. Jonathan, in Bereshit Rabba.

^m *Ei, tanquam se minori, bene precatus es*] Et ab eo decisiones sacerdotali jure accepit, Gen. xiv. 19, 20.

ⁿ *De sceptro ex Sione exituro, et per venturo in oras ultimas*] Psal. cx. 2.

^o *Ut loci similes, de Messia*

haud dubie agentes, patefaciunt: nec aliter acceperunt vetustiores Hebræi, et Paraphrastæ. Proprie autem Jesum Nazarenum esse in quo hæc impleta sint, possem vel solis ipsius discipulis id affirmantibus credere, ob summam eorum probitatem: sicut et Judæi Mosi credunt de iis, quæ sine teste alio a Deo sibi tradita dixit. Sed adsunt præter hoc plurima et ^P validissima argumenta summæ illius potestatis, quam obtinere Jesum dicimus: conspectus ipse vitæ redditus a multis: conspectus in cœlum avehi: tum vero dæmones ejecti, morbi que sanati solo ipsius nomine, et linguarum dona data discipulis: quæ regni sui signa Jesus ipse promiserat. His adde, quod sceptrum ejus, id est, sermo Evangelii ex Sione profectus, nulla humana ope, sola divina vi ad ultimos terrarum fines pervasit, populosque et reges sibi subegit; plane ut Psalmi prædixerant. Judæi Cabalistæ inter Deum et homines medium statuunt ^q Enoch quendam filium,

haud dubie agentes, patefaciunt]

Ut Genes. xlix. 10. et qui ex Prophetis adducti sunt supra.

p Validissima argumenta summae illius potestatis, quam obtinere Jesum dicimus] Quæ vide tractata, libro supra ii. §. 5, 6, 19, 20. Adde et quæ dicta hujus libri initio.

q Enoch quendam filium] Nomen, quod ei faciunt Hebræi, est נְחִמָּה Metator. Ita Latinis dicitur, qui regi viam

parat. Lucanus, i. 382.

Audas Heeperios veniam metator in agros.

Vegetius, libro ii. 7. *Metatores in castris dicuntur, qui precedentes locum castris idoneum eligunt.* Suidas: Μετάτρον, ἡ προστασία λαλέμενος ἄγγελος τῆς τοῦ ἀρχοντος. *Metator*, munitus qui a principe præmittitur. [Metatron, מְתַתְּרוֹן, potius vocant Rabbini; de quo vide Joan. Buxtorfii Lexicon Chal-

nullo tantæ potestatis indicio. Quanto nos justius illum, qui tanta dedit sui documenta? Neque ad Dei patris imminutionem id pertinet; [¶] a quo venit hæc potestas Jesu, [¶] et ad quem redditura est; [¶] et cujus honori ille inservit.

§. XXIII. *Absolutio hujus partis, cum precibus pro Judæis.*

Subtilius ista rimari, non hujus est operis: neque de his egissemus, nisi ut pateret, nihil esse in Christiano dogmate aut impium aut absurdum; quod obtendere quis possit, quo minus religionem tantis prodigijs ornatam, tam honesta præcipientem, tam eximia pollicentem amplecti possit. Nam eam qui sit amplexus, is jam de specialibus quæstionibus consulere debet libros illos, quibus religionis Christianæ dogmata contineri supra ostendimus. Quod ut fiat, oratur Deus, ut Judæorum mentem sua luce collustret; et efficaces reddat preces, [¶] quas ipse Christus jam in cruce pendens pro illis fudit.

daicum et Rabbinicum. *Clericus.]*

[¶] *A quo venit hæc potestas Jesu?* Ipsi fatente: Joh. v. 19, 30, 36, 43. vi. 38, 57. viii. 28, 49. x. 18, 29. xiv. 28, 31. xvi. 28. xx. 21. Et Apostolis: Heb. v. 5. Rom. vi. 4. 1 Cor. xi. 8.

[¶] *Et ad quem redditura est?* Fatente Apostolo, 1 Cor. xv. 24.

[¶] *Et cujus honori ille inservit?* Joh. xiii. 31. xiv. 13. Rom. xvi. 27. Ideo Thalmud, in titulo de Synedrio, negat Jesum idoli esse nomen; quando Christiani, in ejus honore, respiciant Deum mundi opificem.

[¶] *Quas ipse Christus jam in cruce pendens pro illis fudit?* Luc. xxiii. 34.



HUGO GROTIUS

DE
VERITATE
RELIGIONIS CHRISTIANÆ.

LIBER SEXTUS.

§. I. *Refutatio Mahumetismi: origo ejus.*

SEXTUS liber, Mahumetistis oppositus, præfationis vice Dei judicia adversus Christianos ad ipsam usque Mahumetismi originem deducit: quomodo scilicet ^avera illa atque simplex pietas, quæ inter Christianos gravissime vexatos oppressosque floruerat, paulatim refri-

^a *Vera illa atque simplex pietas, quæ inter Christianos gravissime vexatos oppressosque floruerat]* Ammianus Marcellinus, fine libri xxi. de Constantio: *Eratque super his adiuvare facilis quæ donabat, Christianam religionem absoletam et simplicem anili superstitione confundens: in qua scrutanda perplexius, quam componenda gravius, excitavit dissidia plurima; quæ progressa fusius abuit concertatione verborum: ut catervis antistitum, iumentis publicis ultro citroque discurrentibus per Synodos quas appellant, dum ritum omnem ad suum trahere conatur arbitrium, rei vehicularia succideret nervos.*

gescere coepit; ex quo per Constantinum et sequentes Imperatores effectum est, ut ea professio non tuta tantum sed et honorata esset, ^b mundo velut intruso in Ecclesiam: ^c principes primum Christianos nullum fecisse bellandi modum, etiam cum pace frui liceret: ^d Episcopos acerrime inter se certasse de sum-

^b *Mundo velut intruso in Ecclesiam]* Vide de hac re pulchre dicta Chrysostomi Morali secundo ad 2 Corinth. cap. xii. post ver. 10. tom. iii. pag. 686.

^c *Principes primum Christianos nullum fecisse bellandi modum, etiam cum pace frui liceret]* Marciani laudabile dictum, apud Zonaram, lib. xiii. fin. Μὴ διῆστα βασιλία κινή, λοις οἰ-γνώντες ιέσον. Non debere principem arma sumere, quandiu pace frui liceret.

^d *Episcopos acerrime inter se certasse de summis sedibus]* Ammianus, libro xxvii. 8. Et hunc quoque (Viventium ex quæsitore Palatii) discordantis populi seditiones terruere cruentæ, quæ tale negotium excitatavere. Damasus et Ursicinus, supra humanum modum ad rapientiam Episcopalem sedem ardentes, scissis studiis asperrime conflictabantur; adusque mortis vulnerumque discriminata adiumentis utriusque progressis: quæ nec corrigere sufficiens Viventius, nec mollire, vi magna coactus cessavit in suburbum: et in certatione superaverat Damasus, parte quæ ei favebat instante. Constatque in basilica Siginini, ubi ritus Christiani est

conventiculum, uno die cxxxvii. reperta cadavera peregrorum: efferaたque dies plebs agre delinitam. Neque ego abuso, ostensionem rerum considerans urbanarum, hujus rei cupidos ob impetrandum quod appetunt omni contentione laterum jurgari debere: cum id adepti futuri sint ita securi, ut dilentur oblationibus matronarum, procedantque vehiculis insidentes, circumspecte vestiti, epulas curantes profusas, adeo ut eorum convivia regales superent mensas. Qui esse poterant beati revera, si, magnitudine urbis despecta, quam vitiis opponant, ad imitationem Antistitum querundam provincialium viverent; quos tenuitas edendi poterantque parcissime, vilitas etiam indumentorum, et superciliosa humi spectantia perpetuo munim verisque ejus cultoribus ut priros commendant et verecundo. Postea, cap. ix. Hæc inter Pretextatus, præfecturas urbium sublimius curans, per integratius multiplices actus et probitatem, quibus ab adolescentie rudimentis inclinavit, adeptus est id quod raro contingit: ut, cum timerebatur, amorem non perdere civium, minus formari solitum erga judices formidatos:

mis sedibus: ac, ^esicut olim arbori vite prælata arbor scientiæ maxima dederat mala; ita tunc quoque curiosam eruditionem pietati ante-habitam; ^fet ex religione artem factam: cui

cuius auctoritate justisque veritatis suffragiis tumultu lenito quem Christianorum iurgia concitarunt, pulsoque Ursicino; alta quies pari jam proposito civium Romanorum aptissime adolescet, gloria clari rectoris plura et utilia disponentis. Hic est Praetextatus, de quo historiam, haud indignam quem hic ponatur, narrat Hieronymus, ad Pammachium contra errores Joannis Hierosolymitani, t. ii. p. 454. E. Praetextatus, qui designatus Consul est mortuus, solebat ludens beato Papæ Damasum dicere: Facite me Romæ urbis Episcopum, et ero protinus Christianus. Vide et que idem habet Ammianus, libro xv. 7. fin. Non frustra Concilium Africanum Cœlestinum Romanæ urbis Episcopum monet: Ne famosum typhum sæculi in Ecclesiam Christi, quæ lucem simplicitatis, et humilitatis diem Deum videre copientibus præfert, videamus inducere. Adde nobiles Epistolas Gregorii Romanî Episcopi, vere magni, lib. iv. 82, 34, 36. lib. vi. 80. lib. vii. Indict. 1. epist. 30.

** Sicul olim arbori vite prælata arbor scientiæ maxima dederat mala] Gen. ii. et iii.*

^f Et ex religione artem factam] Vide que jam produximus ex Ammiani libro xxi. 16. Idem, libro xxii. 5. in Juliani historia: Utque dispositio-

rum roboraret effectum, dissidentes Christianorum antistites cum plebe discissa in palatium intromissos monebat, ut civilibus discordiis consopitis quisque nullo velante religioni sua serviret intrepidus: quod agebat ideo obstinate, ut, dissensiones augente licentia, non timeret unanimiter postea plebem; nullas infestas hominibus bestias, ut sunt sibi ferales plerique Christianorum, expertus. Procopius, Gotthicorum i. 8. (cum temperamento tamen hic, ut et alibi audiendus:) Πρόσθιος ἡ τὸν Βυζαντίου παρὰ τὸν Ρώμην ἀρχιερέα ἦνος, ἐπὶ τῆς Ἐφέσου ιερὸν Ταύτες, καὶ Δημήτριος ἡ τῶν ἡ Μακεδόνος Φιλίππων, δόξης Ἰωάννου, ἢ Χριστοῦ ἡ εφίσιον αἰτιῶν ἀντιληγόμενοι ἀμφορεοῦντις. Τὰ δὲ ἀντιληγόμενα λύει, ξειτιάμενος, ὃς ἡλικια ἰεραρχίουμα. Ἀπονέις γάρ μανιόντες τοὺς ἄγυμας ἔναι, διεργοῦσθας τὸν τοῦ Θεοῦ φύσιν ἀποία ποτέ Ιησού. Ἀνθρώπη γάρ οὐδὲ τὰ ἀνθρώπια τοῖς ἀπρόσι, ὀμοι, παταληστά· μή τοι γε τὰ τοῦ Θεοῦ φύσιν ἔποντα. Ἐμοὶ μὲν δὲ τοῦτα ἀπιδόντες στοιχεῖα, μόνῃ τῷ μὴ ἀπιστημένῳ τὰ επιφερμένα. Εγὼ γάρ οὐδὲ οὐδὲ ἄλλο περὶ θεοῦ οὐδὲ τοῦ ἀγαθοῦ τοῦ πατρὸς τοῦ καραπατοῦ μή, γε ξύμπαντα τοῦ Ιησοῦ Ιησούς τοῦ αὐτοῦ Ιησού. Λιγότερον δὲ, δοτερε γινόμενος διοργανῶν εἰστα, γε ιησούς, γε Ιησούν. Ήρωδος δέ, οὐδὲ αἴτιος, ηγέτης, ηγέτης τοῦ Ιησοῦ.

deinde consequens fuerit, ut, & ad exemplum eorum qui turrim Babylonicam ædificabant, affectatio temeraria rerum sublimium dissonas locutiones et discordiam pareret: quibus plebs conspectis, saepe nescia quo se verteret, culpam

zantio ad Romæ antistitem venient, Ephesi antistes Hypatius, Philipporum vero Macedonie provinciae Demetrius; ob ea, quæ inter se controversa Christiani habent. Ea vero quæ sint, quanquam percognita, memorare me tñdeat. Insane enim temeritatis esse existimo, naturam Dei qualis sit scrutari. Homini enim nec humana, quantum ego existimo, plane in aperto sunt: tantum abest ut ei pateant ea, quæ ad æternum numen pertinent. Liceat ergo mihi impune de talibus silere; hoc uno quæcum coluntur, cum eis fides non negetur. Ipse hoc tantum de Deo quod dicam habeo, esse eum omnino bonum, ejusque potestate omnia contineri. Qui plus sciverit, plus de eo dicat; sive in sacerdotum est ordine, sive in plebe. Laudat Gregoras, l. viii. p. 228. E. dictum Lysidias Pythagorici, deinde Synesii: τὸ δημοσίᾳ φιλοσόφῳ, μιγάλης ἵστρεπται τὸν θεόν παταφορόντως. Apud populum subtiliter philosophari, causa hominibus fuit magni contemptus rerum divinarum. Idem, lib. x. p. 365. D. multum dissuadet tales disputationes, et de Latinis sui temporis loquens: Τοὺς Ἰταλῶν διασύρει τὸ μῆμφομα, ἵταντος ὑπεροὶ τὸ μῆμφομα, παταφορόντων τὸν θεόν παταφορόντων. Itales ego rideo

ataque contemno, quod ita temere magnoque cum supercilio ad Theologiam prosilient. Addit mox, p. 365. E. Οὐτα γὰρ ταῦτα αἴτιοι εἰσὶν τῆς βανδόσου ικανήσσου τῆς θεολογίας μυστήσεως τὴν πεχύσανταν αἴσταντες ἵνα τὴν συλλογιστικὸν ἀμετέλεον τοις λόγοις αἴτιοι, μόνοι δὲ τῷ χάροι τῷ νομαῖ τὰ βοσκήματα. Καὶ εἰ τὸ πιστίν τὸ δρᾶντος ἀμφίστατο ἱχότις, καὶ εἰ μηδὲ δύο δὲ τιστίντια εἶδοτες, μηδὲ δι, τι λοιπὸν ἡ πιστίντιν φασίν, ἄγραπτοι καὶ περιπάτοις παλι θεολογίας, παλι εὖλοι τοῖς πλίον αἰσχύνονται μάρτυρες τῆς ἀναδίαις πουσίρην. Ita apud illos etiam cellulariis opificibus efflent theologie mysteria: ita hiant omnes ut per syllogismos tractent talia, sicut pecudes ad herbas et pulula. Et qui ea, quæ omnino recte credenda sunt, in ambiguo habent; et qui nec quomodo credendum sit sciunt, nec quid sit quod se dicant credere; hic fora omnia et ambulacra et theatra implent theologia, neque Solem reverentis talis impudentia testem facere.

¶ Ad exemplum eorum qui turrim Babylonicam ædificaverint] Gen. xi. Exprobrait has controversias Christianis saepe Mahumetos; præsertim Azaera xxvi, xxxii.

in sacras literas rejicit, et eas tanquam venenatas cœpit fugere. Religio autem passim non in mentis puritate, sed, quasi reducto Judaismo, in ritibus collocari cœpit; ^h et in iis, quæ corporis magis exercitationem, quam animi emendationem in se continent; ⁱ itemque in studio flagrante semel electarum partium: ^k tandemque evenit, ut ubique multi essent Christiani nomine, re paucissimi. Non dissimulavit Deus hæc populi sui vitia: quin, ^l ex ultimo Scythicæ ^m ac Germanicæ recessu, immensa agmina quasi diluvio effudit in orbem Christianum: et, cum datæ ab his strages maximæ non satis profecissent ad corrigendos superstites, justo Dei permissu ⁿ in Arabia Mahumetes novam sevit religionem, pugnantem eam directa fronte cum Christiana religione, sed quæ verbis quodammodo exprimeret vitam magnæ

^h *Et in iis, quæ corporis magis exercitationem, quam animi emendationem in se continent]*
1 Tim. iv. 8. Coloss. ii. 28.

ⁱ *Itemque in studio flagrante semel electarum partium]* Rom. x. 2. 1 Cor. i. 12. et seqq.

^k *Tandemque evenit, ut ubique multi essent Christiani nomine, re paucissimi]* Salvianus, lib. iii. p. 91. de Gubernatione Dei: *Præter paucissimos quosdam, qui mala fugiunt; quid est aliud omnis cætus Christianorum, quam sentina vitiorum?*

^l *Ex ultimo Scythicæ]* Hunnos, Avaros, Sabiros, Alanos, Euthalitas, Turcas.

^m *Ac Germanicæ recessu]* Gotthos, Erulos, Gepidas, Vandulos, Francos, Burgundiones, Suevos, Alemannos, Saxonas, Varnos, Langobardos.

ⁿ *In Arabia Mahumetes, &c.c.]* Digna est quæ legatur vita Mohammedis, Anglico sermone scripta ab Humf. Prideauxio, et Londini edita anno 1697. Sed præ ceteris omnibus legenda ea, quæ ab Abul' Feda Arabice scripta, et edita a Viro doctissimo Joan. Gagniero cum eximiis notis. *Clericus.*

partis Christianorum. Accepta hæc religio primum a Saracenis, qui ab Heraclio Imperatore defecerant: quorum armis brevi subacta Arabia, Syria, Palæstina, Ægyptus, Persis; post insessa Africa, et trans mare etiam Hispania. Sed Saracenorum potentiam tum alii, ^o tum Turcæ maxime exceperunt, gens et ipsa pugnacissima; quæ, post longa aduersum Saracenos certamina, in fœdus invitata facile suscepit religionem suis moribus congruentem, imperiique majestatem in se transtulit. Captæ Asiæ Græciæque urbes; et, promota armorum felicitate, in Hungariam Germaniæque fines devenatum est.

§. II. *Eversio fundamenti Mahumetistarum, de non inquirendo in religionem.*

Hæc religio, plane ad fundendum sanguinem facta, multum ritibus gaudet; ^P credique sibi vult, nulla inquirendi libertate: unde et librorum, quos sanctos habet, lectio plebi interdicta est. Quod ipsum statim manifestum est iniqutatis. Merito enim suspecta merx est, quæ hac lege obtruditur ne inspici possit. Verum quidem est, non æqualem esse omnibus ad omnia cognoscenda perspicaciam; multos arro-

^o *Tum Turcæ maxime excepterunt*] Vide Turcica Leunclavii, et Laonicum Chalcondylam. *inquirendi libertate*] Alcoranus, Azoara xiii. ut habet prima editio Latina, quam hic in lectoris gratiam sequimur.

^P *Credique sibi vult, nulla*

gantia, alios affectibus, consuetudine nonnullos in falsum abripi: sed ut via ad æternam salutem cognosci nequeat ab his, qui nullo commodi aut honoris respectu eam querunt, se suaque omnia Deo subjicientes, et eum pro auxilio orantes; bonitas divina vetat credi. Et sane cum judicandi vim Deus inseruerit humanae menti; nulla pars veri dignior est in quam ea impendatur, quam illa quæ ignorari sine amittendæ salutis æternæ periculo non potest.

§. III. Probatio adversus Mahumetistas, ex libris sacris Hebræorum et Christianorum; eosque non esse corruptos:

¹ Mosem a Deo missum, ² item Jesum, ³ et

⁴ Ut via ad æternam salutem cognosci nequeat ab his, qui nullo commodi aut honoris respectu eam querunt, se suaque omnia Deo subjicientes, et eum pro auxilio orantes; bonitas divina vetat credi] Responsio ad questionem iv. ad Orthodoxos, inter opera Justinii, p. 894. C. ed. Lut. Par. 1615. "Οὐδὲ δέ δύνατον ίστι μὴ τυχεῖν τῆς ιδείσιας τῷ ίδιῳ καρδίᾳ τι καὶ δυνάμει λατηγενεῖς τὸν ἀληθιναν, μαρτυρικὸν κύριον λίγων Πᾶς δὲ αἰτῶν λαμβάνει, καὶ διπλῶν εἴδην, καὶ τῷ κεφαλήι ἀπογένεται. Fieri autem nequire ut non ad intentionem perveniat qui toto corde ac viribus querit veritatem, testatur Dominus dicens: Quisquis petit, accipit: et qui querit inveniet, et pulsanti aperietur. Origenes, viii. 58. con-

tra Celsum: Ἐχόντι δὲ αὐτὸν επονησαι, οὐτε πάρτι φρεσοῦ καὶ πάρτι ἵπατούντων δὲ κοντὸς πάγκων πατήσῃ καὶ δημιουργός, τὸν ἴναριν προσειστοι γητύσαν αὐτὸν καὶ εὐειδεῖς βουλοράιντιν κατ' ἀξίαν κρίνων, ό γε τούτοις τινὲς ἀπονίκους παρέποντες προσορασίας αὐτού. Coigitare eum oportuit, communem omnium opificem ac patrem, qui cuncta spectat audítque, εἴκα retribuere voluntati ipsum querenti, ac pie vivere cupienti: eique fructum largiri aliquem sui patrocinii.

⁵ Mosem a Deo missum] Azoara v, xxi.

⁶ Item Jesum] Azoara v, xii.

⁷ Et viros sanctos fuisse qui Iesu disciplinam primi propagarunt] Azoara, v, lxxi.

viros sanctos fuisse qui Jesu disciplinam primi propagarunt; Mahumetes, ejusque sectatores fatentur. At in Alcorano, lege Mahumetis, ^u multa narrantur plane contra quam a Mose et ab Jesu discipulis sunt prodita. Ut ex multis unum sumamus exemplum: Jesum, in cruce mortuum, intra tertium diem in vitam rediisse, conspectumque a multis, omnes Apostoli discipulique Jesu maximo consensu testantur. Contra docet Mahumetes, ^x Jesum clam subductum fuisse in cœlum, cruci autem affixum fuisse quoddam ejus simulacrum; ac proinde non mortuum Jesum, sed deceptos Judæorum oculos. Hæc objectio evadi non potest; nisi dicat Mahumetes, quod et dicit, ^y libros tum Mosis tum discipulorum Jesu non quales fuerant mansisse, sed corruptos esse. Sed hoc commentum jam supra a nobis libro tertio refutatum est. Certe, si quis Alcoranum corruptum diceret, negarent hoc Mahumetistæ; id-

^u *Multa narrantur plane contra quam a Mose et ab Jesu discipulis sunt prodita]* Ut templum Mechæ structum ab Abrahamo, Azoara ii. Alia de Abrahamo, Azoara xxxi. Confusa Gedeonia et Saülis historia, Azoara iii. In historia Exodi multa, Azoara xvii. et xxx. et xxxviii. In historia Josephi multa, Azoara xxii. De avibus ab Abrahamo dissecatis, et in vitam revocatis, Azoara iv. De Maria apud Za-

chariam educata, Azoara v. De avibus ex luto factis per Jesum, ibidem, et xiii.

^x *Jesum clam subductum fuisse in cœlum, cruci autem affixum fuisse quoddam ejus simulacrum; ac proinde non mortuum Jesum, sed deceptos Judæorum oculos]* Azoara xi.

^y *Libros tum Mosis tum discipulorum Jesu non quales fuerant mansisse, sed corruptos esse}* Azoara ix, xxxii.

que sufficere dicerent adversus non probantes : at ipsi ultiro afferre pro integritate sui libri ea argumenta non possent, quæ nos afferimus ; de sparsis statim exemplis per orbem terrarum, (et quidem non, ut Alcorani, uno sermone,) custoditisque fide tot sectarum tam disrepan- tium circa cætera. Persuadent sibi Mahume- tistæ Johannis capite xiv. ubi de Paracleto mit- tendo agitur, extitisse aliquid scriptum de Ma- humete, quod Christiani deleverint. Sed hic ab ipsis libet quærere ; hanc Scripturæ muta- tionem velintne factam post Mahumetis adven- tum, an antea. Post Mahumetis adventum fi- eri plane non potuit ; cum jam eo tempore ex- tarent toto orbe plurima, non Græca tantum, sed Syriaca, Arabica, et, in dissitis ab Arabia partibus, Æthiopica, et Latina exemplaria non unius versionis : hæc autem omnia eo in loco consentiunt, nulla scripturæ varietate. Ante Mahumetis adventum nulla fuit mutandi cau- sa : nemo enim scire poterat, quid docturus esset Mahumetes. Imo si Mahumetis dogma nihil haberet Jesu dogmati contrarium ; non magis difficiles fuissent Christiani in libris ejus recipiendis, quam in libris Mosis et Prophetarum Hebræorum fuerunt. Ponamus utrinque nihil scriptum fuisse, aut de Jesu dogmate, aut de Mahumetis : doceret æquitas, pro Jesu dogmate habendum, in quod Christiani om-

nes; pro Mahumetis, in quod Mahumetistæ consentirent.

§. IV. Ex comparatione Mahumetis cum Christo;

Conferamus jam utriusque dogmatis adjuncta atque affectiones; ut videamus, utrum utri præferendum sit: ac primum de auctoribus videamus. ^a Jesus, Mahumetis ipsius confessione, erat Messias ille in lege et Prophetis promissus; ^a ab ipso Mahumete vocatur Dei verbum, ^b mens, ^c sapientia; ^d dicitur eidem nullum ex hominibus patrem habuisse: ^e Mahumetes solito naturæ ordine genitus etiam a suis creditur. Jesus vitæ semper immaculatæ, cui nihil objici posset: ^f Mahumetes diu raptor, ^g mulierosus semper. ^h Jesus in cœlum evectionis, fatente Mahumete: Mahumetes in sepul-

^a Jesus, Mahumetis ipsius confessione, erat Messias ille in lege et Prophetis promissus] Azoara xxix.

^b Ab ipso Mahumete vocatur Dei verbum] Azoara v, xi. et in libro doctrinæ Mahumetis, p. 199. fin. ed. Bibliandri. Jesum a Mahumete vocari λέγον, ^g τηνύμα Θεοῦ, ait Euthymius Zigabenus, in disputatione contra Saracenos, §. 4.

^c Mens] Azoara iv, xi, xxix. et in dicto libro.

^d Sapientia] Dictis locis.

^e Dicitur eidem nullum ex hominibus patrem habuisse] Azoara xxii.

^f Mahumetes solito naturæ ordine genitus etiam a suis creditur] Vide librum Generatio-nis Mahumetis, p. 207.

^g Mahumetes diu raptor] Vide Chronica Mahumetis versa ex Arabico, p. 216. Vide Disputationem Saraceni et Christiani a Petro Abbe Cluniacensi editam, t. ii. col. 4. ed. Biblian-dri.

^h Mulierosus semper] Azoara xlili, lxxv, et lxxvi. Vide dictam Disputationem, col. 6.

ⁱ Jesus in cœlum evectionis, fatente Mahumete] Azoara xi.

chro detinetur. Uter potius sequendus sit, quis non videat?

§. V. *Factorum utriusque;*

Accedant utriusque facta. ⁱ Jesus visum cæsis, claudis gressum, ægrotis sanitatem dedit; imo, fatente Mahumete, etiam vitam mortuis: ^k Mahumetes se missum ait, non cum miraculis, sed cum armis. Secuti tamen sunt, qui ei et miracula attribuerent: at qualia? Nempe, quæ aut arte humana facile possunt effecta reddi, ut de ^l columba ad aurem advolante: aut quorum nulli sunt testes, ut de camelio noctu ei locuto: aut quæ sui absurditate refelluntur, ^m ut de magna Lunæ parte in manicam ipsius

ⁱ *Iesus visum cæsis, claudis gressum, ægrotis sanitatem dedit; imo, fatente Mahumete, etiam vitam mortuis]* Azoara v, xiii.

^k *Mahumetes se missum ait, non cum miraculis, sed cum armis]* Azoara iii, xiv, xvii, xxx, lxxi. [Vide, hac de re, vitam Mohammedis Anglica Lingua editam ab erudito Viro Humfredo Prideauxio, p. 30. ubi multis ostendit, Pseudo-Prophetam non ausum miracula ulla jactare. Attamen sequaces ejus multa jactarunt; ut liquet ex Vita Mohammedis ab Abul' Feda scripta, de qua jam antea. *Clericus.*]

^l *Columba ad aurem advolante]* Hanc tamen de Columba fabellam in versione sua hujus operis Arabica cum

prætermittat noster Pocockius, id se annuente ipso Grotio facere testatur: monet enim lectorum, si pauca quædam libri sexti omissa vel mutata repererit, ideo hoc factum, nequid de Mohammedanorum rebus et sententia affirmaretur, quod non Authorum, apud ipos omni exceptione majorum, fide et testimonio constaret; idque Authorum ipsum, dum in vivis esset, ea de re consultum, faciendum censuisse: e. g. quod de Columba ad aurem Mohammedis advolante a nostris asseritur. O.

^m *Ut de magna Lunæ parte in manicam ipsius delapsea, et ab ipso remissa]* Azoara lxiv. Vide latius hanc fabulam ex capite Ceramur, apud Cantacuzenum, Oratione ii. in Mahu-

delapsa, et ab ipso remissa ad reddendam sideri rotunditatem. Quis non dicat in causa dubia, ei legi standum, quæ certiora pro se habet divinæ approbationis testimonia?

**§. VI. Eorum, qui primi utramque religionem
recepérunt;**

Videamus et eos, qui hanc et illam legem primi suscepérunt. Qui Jesu legem amplexi sunt, viri erant Dei timentes, vitæ simplicis: convenit autem Deo, ut tales neque sermonum præstigiis, neque specie prodigiorum decipi patiatur. At, n qui Mahometismum primi suscepérunt, prædones erant, homines ab humanitate ac pietate alieni.

**§. VII. Modorum, quibus lex utraque propagata
est;**

Sequitur et modum ostendamus, quo religio

metem, §. 23. p. 88. ed. Basil. 1543.

[Qui Mahometismum primi suscepérunt, prædones erant] Ostendit vox ipsa Saraceni, quod λαζαρεῖς significat. Vide Scaligerum, de Emendatione Temporum, lib. ii. cap. de Periodo Arabum, p. 111. B. [Fuere quidem vere latrones, qui primi Mohammedem sunt sequuti; sed vox Arabica, ad quam respicit Scaliger, significat claram furari, non prædari. Nec credibile est ipsos infame

nomen sibi adsumisse; ne jam dicam fuisse hoc antiquius Mohammedem, cum apud Ptolemaum et Philostorium inveniatur. Itaque malim eorum sequi sententiam, qui deducunt Saracenorum nomen a voce στάρκιον Schark, que orientem sonat; unde στάρκιον Scharkiūn, Saraceni, seu Orientales, quomodo etiam Arabes in Scriptura vocantur. Qua de re adi Eduard. Pocockium, ad specimen Histor. Arabum, ab initio. Clericus.]

utraque propagata est. De Christiana aliquoties jam diximus, incrementa ejus esse ex miraculis, non Christi tantum, sed et discipulorum, et qui eis successerunt; tum vero ex ipsa malorum et suppliciorum patientia. At Mahometismi doctores nulla ediderunt miracula, nullas graves ærumnas ac dura mortium genera ob eam professionem pertulerunt. Sed ^o religio illa quo arma eunt sequitur, armorum accessio est: ^P nec aliud ipsi argumentum pro ea magistri afferunt, quam bellorum successum, et imperii magnitudinem; quibus nihil ad hanc rem fallacius. Paganica sacra ipsi improbant: et tamen scimus, quantæ fuerint Persarum, Macedonum, Romanorum victoriæ; quam late patuerint eorum imperia. Neque Mahometistis semper prosperi bellorum eventus. ^q No-

^o Religio illa quo arma eunt sequitur, armorum accessio est] Azoara x, xviii, xxxii.

^P Nec aliud ipsi argumentum pro ea magistri afferunt, quam bellorum successum, et imperii magnitudinem] Azoara xxxii, Ivii.

^q Notæ clades] Quæ a temporibus Grotii majores fuere. Expuli enim sunt, post multas clades, ditione Austriaca, Hungaria, Transilvania, et Peloponneso, ante aliquot annos; visumque Turicum imperium, ab eo tempore, retro sublapsum referri. Cl. Anno quidem 1715. post hasce notulas primum editas, recuperarant Turcæ Peloponnesum,

segniter a Venetorum Præfectis defensam. Sed anno sequente 1716. cum Hungariam et Corcyram insulam invadere conarentur, primum sunt in Hungaria ingenti prelio vici a Cæsarianis copiis, quibus Eugenius a Sabaudia præerat, amiseruntque urbem Themiscyram, ad ditionem vehe- menti oppugnatione adato- tam; tum a Corcyra, virtute Comitis Schulemburgii, non sine clade repulsi, in classem suam aufugerunt. Cum hæc scriberem mense Aprili 1717. minabantur se novis copiis conscriptis eadem tentatu- ros; quibus tamen Cæsariani non multum moveri videbantur.

tæ clades, quas plurimis in locis terra marique acceperunt: tota Hispania pulsi sunt. Non potest res, quæ vices tam incertas habet, quæque bonis ac malis communis esse potest, nota esse certa veræ religionis: eoque minus, quod arma eorum injusta sunt; ¹ cum sæpe ea moveant adversus populos sibi non molestos, nulla injuria cognitos, ita ut nihil armis obtendere possint nisi solam religionem: quod maxime est irreligiosum. Nam ² cultus Dei nullus est, nisi ab animo volente procedat. Voluntas autem docendo et suadendo elicetur; non minis, non vi. Coactus qui credit, non credit; sed credere se simulat, ut malum vitet. Qui mali sensu aut metu extorquere assensum vult, eo ipso ostendit se argumentis diffidere. Rursus autem hunc ipsum obtentum religionis ipsi destruunt; cum subactos sub imperium patiantur uti quæ velint religione, imo et ³ palam agnoscent interdum Christianos in sua lege servari posse.

Ci. Revera sunt, sequente æstate, ad Albam Græcam ingenti prælio victi, eodem Eugenio duce; eaque Urbs, et Pars Servie in potestatem Caroli VI. Cæsaris Aug. redactæ.
Clericus.

¹ *Cum sæpe ea moveant adversus populos sibi non molestos]* Vide Azoara xix.

² *Cultus Dei nullus est, nisi ab animo volente procedat]* Lac-

tantius, libro v. cap. 19. 28.
Nihil est enim tam voluntarium quam religio; in qua si animus sacrificantis aversus est, jam sublata, jam nulla est.

³ *Palam agnoscent interdum Christianos in sua lege servari posse]* Azoara ii. et xii. Liber de doctrina Mahumetie, p. 190. 7. Vide Euthymium, §. 20.

§. VIII. *Præceptorum inter se.*

Contendamus inter se et præcepta. Hinc patientia præcipitur, imo et benignitas in male volentes: inde ultio. Hinc perpetua matrimonii fides, morum mutua toleratione: ^a inde discedendi licentia. Hic maritus quod ab uxore exigit præstat ipse, et affigendum uni amorem exemplo suo docet: ^x ibi aliæ super alias mulieres, nova semper libidinum irritamenta. Hic intus ad animum revocata religio; ut, eo bene culto, fructus exerat humano generi utilles: ibi eadem ^y in circumcitione, ^z aliisque rebus per se mediis vim suam prope totam consumit. Hic temperatus ciborum vinique usus permittitur: ibi ^a vetitum sue vesci, ^b bibere vinum; quod tamen magnum Dei munus est ad animi et corporis bona, cum modo sumpturn. Et ante quidem legem perfectissimam, qualis est Christi, rudimenta quasi puerilia præcessisse non mirum est: post eam vero publicatam redire ad figuræ, præpostorum. Neque ulla

^a *Inde discedendi licentia]* Vide, Euthymium, §. 18. et eos qui de rebus Turcicis scripsere.

^x *Ibi aliæ super alias mulieres]* Azoara iii, viii, ix, xxxiii.

^y *In circumcitione]* Vide et Bartholomeum Georgevitium de Ritibus Turcarum, t. iii.

p. 182, ed. Bibliandri.

^z *Aliisque rebus per se medietatis]* Ut lotionibus, Azoara ix. Vide et Euthymium, §. 12.

^a *Vetitum sue vesci]* Azoara iii, xxvi.

^b *Bibere vinum]* Vide Euthymium, §. 20. et alios qui reas Saracenicæ scripsere.

potest causa afferri, cur, post Christianam religionem longe optimam, aliam decuerit proferri.

§. IX. Solutio ejus, quod objiciunt Mahumetistæ de Dei filio.

Offendi se aiunt Mahumetistæ, quod Deo filium demus, cum uxore non utatur; quasi filii vox in Deo non possit divinorem habere significationem. At ipse Mahumetes multa Deo ascribit non minus indigna, quam si uxorem habere diceretur: puta, ^c manum ipsi frigidam esse, idque se tactu expertum: ^d gestari in sella: et his similia. Nos vero cum Jesum Dei filium dicimus, hoc significamus, quod ipse; ^e cum eum verbum Dei dicit: ^f verbum enim ex mente suo quodam modo gignitur. Adde jam, quod ex virginē, sola Dei opera vim paternam supplente, natus est; quod in cœlum enectus Dei potestate: quæ et ipsa Mahumeti confessa ostendunt ^g Jesum singulari

^c *Manum ipsi frigidam esse, idque se tactu expertum]* Locom vide apud Richardum, contra Mahumetistas, cap. i. et cap. xiv. et apud Cantacuzenum, Oratione in Mahumetem ii. §. 18. et oratione iv. non longe a principio.

^d *Gestari in sella]* Ibidem.

^e *Cum eum verbum Dei dicit]* Vide supra, §. 4.

^f *Verbum enim ex mente suo quodam modo gignitur]* Vide

Platonem, in Convivio, p. 1198. B. et Abaranielem, in Dialogo qui vulgo Leonis Hebrei dicitur, f. 100. seqq. ed. Ven. 1564. Vide hac de re et Euthymium, in dicta Disputatione, §. 4. ubi ait, *πάτερ ἡ λόγος οὐ τὸν γίνεσθαι μένει, εἰς τὸν γίνεσθαι μένει, et cætera;* Cardinalem Cusanum, lib. i. cap. 13. et seqq. contra Mahumetistas; Richardum, cap. 9. et 15.

^g *Jesum singulari quodam ju-*

quodam jure Dei filium appellari posse, et debere.

§. X. Absurda plurima in libris Mahumeticis.

At contra in scriptis Mahumeticis ^h quam multa sint a veritate historiæ aliena, quam multa plane ridicula; longum foret eloqui. Talis est fabula ⁱ de pulchra muliere; quæ ab Angelis vino captis solenne didicerit carmen, quo in cœlum ascendi et ex eo descendi solet: quæ cum ascendisset in multam coeli altitudinem, deprehensam a Deo, ibique fixam; atque eam esse stellam Veneris. Talis illa ^k de mure in navi Noæ nato ex stercore elephantis: ^l contra autem fele ex leonis halitu. Atque illa maxime ^m de morte in arietem commutanda, qui medio inter cœlum et inferos spatio sit stabulaturus; ⁿ et de epulis in vita altera excerpta.

re Dei filium appellari posse, et debere] Luc. i. 85. Johan. x. 36. Actor. iii. 13—15. xiii. 33. Hebr. i. 5. v. 5. In dicto libro doctrinæ Mahumetis, p. 197. 18. Jesus inducitur Deum suum Patrem appellans.

^b *Quam multa sint a veritate historiæ aliena]* Ut de Alessandro Magno; qui ad fontem pervenerit, in quo Sol quiesceret, Azoara xxviii. De Solumone, Azoara xxxvii.

ⁱ *De pulchra muliere]* In libro Doctrinæ Mahumetis, p. 198. 18. est hæc fabula, sumpta ex libro Enarrationum. Vi-

de et Cantacuzenum, Oratione ii. in Mahumetem, c. 15.

^k *De mure in navi Noæ nato ex stercore elephantis]* Sunt hæc dicto libro doctrinæ Mahumetis, p. 197. 30.

^l *Contra autem fele ex leonis halitu]* Ibidem.

^m *De morte in arietem commutanda]* In fine dicti libri doctrinæ Mahumetis, p. 200. 20.

ⁿ *Et de epulis in vita altera excernendis per sudorem]* Dictus liber de doctrina Mahumetis, p. 197. 8.

nendis per sudorem; ^o deque mulierum gregibus cuique assignandis ad concubitus voluptatem: quæ profecto talia sunt omnia, ut oporteat culpa sua esse in stuporem datos qui istis fidem habent; præsertim cum Evangelii lux ipsos circumfulgeat.

§. XI. Peroratio ad Christianos, qui ex occasione antedictorum officiū sui admonentur.

Hac ultima disputatione absoluta, sequitur peroratio, non jam ad extraneos, sed ad omnis generis ac nominis Christianos: summatim monstrans eorum usum, quæ dicta sunt hactenus; ut et quæ recta sunt fiant, et quæ prava vitentur. Primum, ^p Ut puras manus elevent ad Deum illum, ^q qui omnia conspicua atque inconspicua fecit ex nihilo, ^r cum certa fiducia eum curam nostri gerere; ^s cum, nisi ejus permisso, ne passer quidem cadat: ^t ac ne eos.ti-

^o *Deque mulierum gregibus citus fortes, senatum fidelem, populi probum, orbem quietum.*
cuique assignandis ad concubitus voluptatem] Vide quæ supra adducta ad librum secundum, §. 10.

^p *Ut puras manus elevent ad Deum illum]* 1 Tim. ii. 8. Jac. iv. 8. Tertullianus, Apologético, cap. 30. *Illuc suspiciennes Christiani manibus expansis, quia innocuis: capite nudo, quia non erubescimus: denique sine monitore, quia de pectore, oramus pro omnibus Imperatoribus, vitam illis prolixam, imperium securum, domum tutam, exer-*

^q *Qui omnia conspicua atque inconspicua fecit ex nihilo]* Coloss. i. 16. Hebr. xi. 3. Act. iv. 24. xvii. 24. 2 Macc. vii. 28.

^r *Cum certa fiducia eum curam nostri gerere]* 1 Petr. iii. 12. v. 7.

^s *Cum, nisi ejus permisso, ne passer quidem cadat]* Matth. x. 29.

^t *Ac ne eos timeant, qui tantum corpori nocere possunt; pre eo, cui et in corpus et in ani-*

meant, qui tantum corpori nocere possunt; prae eo, cui et in corpus et in animum aequale jus est. ^u Confidant non Deo tantum Patri, sed et ^x Jesu; ^y quando in terris aliud nomen non est, quod nos salvos praestet: ^z quod recte facturos, si cogitaverint, non qui illum Patrem, hunc Dominum voce nuncupant, aeternum victuros; sed qui ex eorum voluntate vitam componunt. Monentur deinde, ^a sanctum illud dogma Christi, ut pretiosissimum thesaurum, sollicite custodire: atque eam ob rem etiam ^b saepe legere sacra scripta; quibus nemo possit decipi, nisi qui prius se ipse deceperit. ^c Nam et fideliores fuisse eorum scriptores et afflatus divini pleniores, quam ut necessaria veritate nos frau-

mem aequale jus est] Matth. x. 28. Luc. xii. 4.

^u *Confidant non Deo tantum Patri, sed et Jesu]* Joh. xiv. 1. Heb. iv. 15, 16. Eph. iii. 12. et 17.

^x *Jesu]* Adde: filio ejus unigenito, quem Mediatorem inter se et nos esse voluit, cui potestatem omnem in caelo et terra tribuit. *Clericus.*

^y *Quando in terris aliud nomen non est, quod nos salvos praestet]* Actor. iv. 12.

^z *Quod recte facturos, si cogitaverint, non qui illum Patrem, hunc Dominum voce nuncupant, aeternum victuros; sed qui ex eorum voluntate vitam componunt]* Joh. viii. 41. et sequentibus: Matth. vii. 21. Joh. xv. 14. 1 Joh. ii. 3, 4.

^a *Sanctum illud dogma Christi, ut pretiosissimum thesaurum,*

sollicite custodire] Matth. xiii. 44, 45. 1 Cor. iv. 7. 1 Tim. vi. 20. 2 Tim. i. 14.

^b *Saepē legere sacra scripta]* Coloss. iv. 16. 1 Thess. v. 27. Apoc. i. 3.

^c *Nam et fideliores fuisse eorum scriptores et afflatus divini pleniores, quam ut necessaria veritate nos fraudare vellem]* Tertullianus de hereticis sic loquitur, in Praescriptione, cap. 22. *Solent dicere, non omnia Apostolos scisse; eadem agitati dementia, qua rursus convertunt: omnia quidem Apostolos scisse, sed non omnia omnibus tradidisse: in utroque Christianum reprehensioni subjicientes; qui aut minus instructos, aut parum simplices Apostolos miserit. Vide et que sequuntur ibidem longe utilissima.*

dare vellent, eamve nube aliqua obtegere; ^d sed afferendum animum paratum obsequio: id si fiat, ^e nihil eorum nos fugiturum, quæ credi, sperari, aut fieri a nobis debent: ^f atque eo modo ali in nobis et excitari illum Spiritum, ^g qui futuræ felicitatis arrhabo est datus. Absterrentur præterea ab imitatione Paganorum: ^h primum, in cultu falsorum Deorum; ⁱ qui nihil sunt nisi vana nomina, ^k quibus mali Dæmones utuntur, ^l ut nos a veri Dei cultu avertant: ^m quare non posse nos eorum sacris participare, ita ut simul et Christi sacrificium nobis prosit: ⁿ secundo, in vivendi modo licentioso, nec aliam habente legem quam a cupiditate dictatam; ^o unde Christianos longissime abesse oporteat, ^p qui non tantum Paganis præstare mul-

^a Sed afferendum animum paratum obsequio] Johan. vii. 17. v. 44. Matth. xi. 25. Philipp. iii. 15. 2 Petr. iii. 16. Oseeæ xiv. 9.

^b Nihil eorum nos fugiturum, quæ credi, sperari, aut fieri a nobis debent] 2 Tim. iii. 15, 16. Joh. xx. 31. 1 Petr. i. 23.

^c Atque eo modo ali in nobis et excitari illum Spiritum] 2 Tim. i. 6. 1 Thess. v. 19.

^d Qui futuræ felicitatis arrhabo est datus] Ephes. i. 14. 2 Cor. i. 22. v. 5.

^e Primum, in cultu falsorum Deorum] 1 Cor. viii. 5, 6.

^f Qui nihil sunt nisi vana nomina] Ibid. ver. 4. et x. 19.

^g Quibus mali Dæmones u-

tuntur] 1 Cor. x. 20. Apoc. ix. 20.

^h Ut nos a veri Dei cultu avertant] Eph. ii. 2. Apoc. ix. 20. 2 Thess. ii. 9. Matth. xiii. 19. Eph. ii. 12.

ⁱ Quare non posse nos eorum sacris participare, ita ut simul et Christi sacrificium nobis prosit] 1 Cor. x. 20.

^j Secundo, in vivendi modo licentioso, nec aliam habente legem quam a cupiditate dictatam] Eph. ii. 3. Tit. ii. 12.

^k Unde Christianos longissime abesse oporteat] 2 Corinth. vi. 15.

^l Qui non tantum Paganis præstare multum debeant] Matt. v. 47. vi. 7, 32.

tum debeant, ^q sed et Judæorum legisperitis et Pharisæis, quorum justitia in externis quibusdam factis consistens non sufficit ut ad cœleste regnum perveniatur. ^r Nullo nunc in pretio esse circumcisionem manu factam; sed alteram internam cordis, ^s observationem mandatorum Dei, ^t novum opificium, ^u fiduciam in diligendo efficacem: ^x unde agnoscantur veri Israëlitæ, ^y mystici Judæi, hoc est, Dei laudatores. ^z Ciborum discrimina, ^a sabbata, ^b dies festos ^c umbras esse rerum, quæ in Christo et Christianis existant. Ex occasione Mahumetismi hæc afferuntur monita: ^d prædictum a Domino Jesu venturos quosdam post sua tempora, qui a Deo se missos mentirentur; ^e sed etiamsi Angelus de

^q Sed et Judæorum legisperitis et Pharisæis, quorum justitia in externis quibusdam factis consistens non sufficit ut ad cœleste regnum perveniatur] Matth. v. 20. xxiii. 23. Rom. iii. 20. Galat. vi. 16.

^r Nullo nunc in pretio esse circumcisionem manu factam; sed alteram internam cordis] 1 Cor. vii. 19. Galat. v. 6. vi. 15. Philipp. iii. 3. Ephes. ii. 11. Coloss. ii. 11. Rom. ii. 29.

^s Observationem mandatorum Dei] 1 Cor. vii. 19.

^t Novum opificium] Galat. vi. 15.

^u Fiduciam in diligendo efficacem] Galat. v. 6.

^x Unde agnoscantur veri Israëlitæ] Rom. ix. 6. 1 Cor. x. 18. Gal. vi. 16. Joh. i. 47.

^y Mystici Judæi, hoc est, Dei laudatores] Rom. ii. 29. Philo, de Allegoriis, lib. i. p. 42. A. Tū ἔξοδοι γενέσιν ἐπειδή τὸ σύμβολον. Judas symbolum ejus qui Deum profitetur.

^z Ciborum discrimina] Act. x. 18—15. xv. 19, 20. 1 Cor. x. 25. Col. ii. 16, 21.

^a Sabbata] Coloss. dicto loco.

^b Dies festos] Ibid. Rom. xiv. 5.

^c Umbras esse rerum, quæ in Christo et Christianis existant] Col. ii. 17. Hebr. x. 1.

^d Prædictum a Domino Jesu venturos quosdam post sua tempora, qui a Deo se missos mentirentur] Joh. v. 43. 2 Thess. ii. 9. Matth. vii. 15. xxiv. 11. Marc. xiii. 22. 1 Joh. iv. 1.

^e Sed etiamsi Angelus de cor-

cœlo veniret, non recipiendum esse dogma aliud, ^f quam illud Christi tantis testimonii probatum. Quippe & olim quidem Deum multis variisque modis allocutum pios, qui fuerunt: postremo autem voluisse eum nos compellare per Filium suum, ^h rerum omnium Dominum, ⁱ splendoris paterni effulgentiam, substantiae ejus expressam imaginem; ^k per quem condita sunt quæ fuerunt, aut erunt; ^l qui suo imperio agit ac fert omnia; ^m et, expiatis peccatis nostris, ad dextram Dei sublatuſ ⁿ dignitatem supra Angelos assecutus est: ^o quo proinde legis auctore nihil potest expectari magnificentius. Revocatur etiam eadem occasione ipsis in memoriam, Parma Christi militibus assignata non esse qualibus Mahumetes nititur;

lo veniret, non recipiendum esse dogma aliud] Gal. i. 8.

f Quam illud Christi tantis testimonii probatum] 1 Joh. v. 7, 8. Hebr. ii. 4. xii. 1. Johan. i. 7, 32. v. 32, 37, 39, 46. Luc. xxiv. 27. Actor. ii. 22, 32. x. 43.

g Olim quidem Deum multis variisque modis allocutum pios, qui fuerunt: postremo autem voluisse eum nos compellare per Filium suum] Hebr. i. 2.

h Rerum omnium Dominum] 1 Cor. xv. 27. Hebr. ii. 5.

i Splendoris paterni effulgentiam, substantiae ejus expressam imaginem] Hebr. i. 3.

k Per quem condita sunt quæ fuerunt, aut erunt] Ibid. Coloss. i. 16.

l Qui suo imperio agit ac fert omnia] Hebr. i. 3. Apoc. i. 5.

m Et, expiatis peccatis nostris, ad dextram Dei sublatuſ Hebr. i. 3. ix. 12. Matth. xx. 28. 1 Joh. ii. 2. iv. 10. Matth. xxvi. 64. Marc. xvi. 19. Act. ii. 33, 34. vii. 55, 56. Rom. viii. 34. Ephes. i. 20. Coloss. iii. 1. Hebr. viii. 1. x. 12. xii. 2.

n Dignitatem supra Angelos assecutus est] 1 Petr. iii. 22. Hebr. i. 13. Eph. i. 21.

o Quo proinde legis auctore nihil potest expectari magnificentius] Hebr. ii. 3—8. iii. 8—6.

p Arma Christi militibus assignata] Rom. xiii. 12. 2 Cor. vi. 7. x. 4. Ephes. vi. 11—18.

sed Spiritus propria, apta expugnandis munitionibus quæ se adversus Dei cognitionem erigunt: pro scuto fiduciam, quæ tela ignita diaboli repellat: pro lorica justitiam, sive rectitudinem vitæ: ^q pro galea, quæ quod infirmissimum est tegat, spem æternæ salutis: ^r pro ense vero tradita divinitus verba, penitissimas animi partes penetrantia. Sequitur post hæc exhortatio ^s ad mutuam concordiam, quam Christus suis abiens tam serio commendavit: ^t non multos inter nos esse doctores debere, sed unum Jesum Christum: ^u omnes Christianos in idem nomen baptizatos: ^x quare non debere inter ipsos sectas esse et scissuras: quibus ut remedium tandem adhibeatur aliquod, suggestur dicta illa Apostolica: ^y sapiendum temperanter, ^z pro modo cognitionis quam cuique Deus admensus est: ^a si qui minus omnia intelligent,

^q Pro galea] Vide, præter dictum ad Ephesios locum, 1 Thess. v. 8.

^r Pro ense vero] Vide (præter dictum locum, Eph. vi. 17.) Hebr. iv. 12. Apoc. i. 16.

^s Ad mutuam concordiam, quam Christus suis abiens tam serio commendavist] Joh. xiv. 27. xiii. 34, 35. xv. 12, 17. xvii. 20. et seqq. xx. 19, 26. 1 Johan. iii. 23. Adde Eph. iii. 14. et seqq. iv. 16. Hebr. xiii. 20. Matth. v. 9.

^t Non multos inter nos esse doctores debere, sed unum Jesum Christum] Matth. xxiii. 8. Ja-

cob. iii. 1.

^u Omnes Christianos in idem nomen baptizatos] Rom. vi. 3, 4. 1 Cor. i. 18, 15. Galat. iii. 27. Ephes. iv. 5. Coloss. ii. 12.

^x Quare non debere inter ipsos sectas esse et scissuras] 1 Cor. i. 10. xi. 18. xii. 25.

^y Sapiendum temperanter] Rom. xii. 3, 16. 1 Cor. iv. 6.

^z Pro modo cognitionis quam cuique Deus admensus est] Dicto loco ad Romanos, et xii. 6. 2 Cor. x. 18. Ephes. iv. 7, 15, 16.

^a Si qui minus omnia intelli-

eorum ferendam imbecillitatem; ^b ut placide ac sine jurgiis nobiscum coalescant: ^c si qui intelligentia præstent cæteris, par esse ut et studio erga cæteros antecellant: ^d hos vero, qui aliter aliqua in parte sentiunt, expectandos, donec et ipsis Deus latenter veritatem aperiat: ^e interim de quibus constat retinenda, et opere implenda: ^f nunc ex parte sciri: ^g venturum illud ævum, quo omnia certissime cognoscenda sint. Etiam hoc rogantur singuli, ^h ne inutile detineant talentum sibi concreditum; ⁱ sed omnem impendant operam, ut alios Christo acquirant: ^k quam ad rem non tantum adhibendos rectos salutaresque sermones, ^l sed et

gani, eorum ferendam imbecilitatem] Rom. xiv, xv. 2. 1 Cor. viii. 7.

^b *Ut placide ac sine jurgiis nobiscum coalescant]* Rom. xiv. 1. 2 Cor. xii. 20. Gal. v. 20. Philipp. i. 16. ii. 8, 15. 1 Cor. xi. 16.

^c *Si qui intelligentia præstent cæteris, par esse ut et studio erga cæteros antecellant]* Rom. viii. 1—8, 9. xii. 8. xv. 8, 14, 16. 1 Cor. xiii. 2. 2 Cor. vi. 6. viii. 7. 2 Petr. i. 5, 6.

^d *Hos vero, qui aliter aliqua in parte sentiunt, expectandos, donec et ipsis Deus latenter veritatem aperiat]* Philip. iii. 15. Eph. iv. 2. 1 Cor. xiii. 4, 7. 1 Thess. v. 14. 2 Cor. vi. 6. Galat. v. 22. Coloss. iii. 11. 2 Timoth. iv. 2. Luc. ix. 54, 55.

^e *Interim de quibus constat*

retinenda, et opere implenda] Philipp. iii. 16. Jacob. i. 22—25.

^f *Nunc ex parte sciri]* 1 Cor. xiii. 9, 12.

^g *Venturum illud ævum, quo omnia certissime cognoscenda sint]* Ibid. ver. 10, 12. 1 Joh. iii. 2. Matth. v. 8.

^h *Ne inutile detineant talentum sibi concreditum]* Matth. xxv. 15. et seqq.

ⁱ *Sed omnem impendant operam, ut alios Christo acquirant]* 1 Cor. ix. 19—22.

^k *Quam ad rem non tantum adhibendos rectos salutaresque sermones]* Gal. vi. 6. Eph. iv. 29. 2 Tim. i. 18. Tit. ii. 8.

^l *Sed et emendatae vita exemplum; ut ex servis de bonitate Domini, et ex actionibus de legis puritate judicium fac]* 1 Petr. iii. 1, 16. Eph. vi. 6. 2

emendatæ vitæ exemplum; ut ex servis de bonitate Domini, et ex actionibus de legis puritate judicium fiat. Postremo loco reversa, unde exierat, ad lectores populares oratio obsercrat eos, ^m si quid hic boni est, de eo agant Deo gratias: ⁿ si quid minus placeat, rationem ut habeant tum communis naturæ hominum ad multos errores pronæ; ^o tum et loci ac temporis, quo opus hoc effusum verius, quam elaboratum est.

Tim. ii. 24. 1 Petr. ii. 12.
Eph. iv. 1. Philipp. i. 27.

^m *Si quid hic boni est, de eo agant Deo gratias]* Jac. i. 17.
² Thess. i. 3. 1 Cor. i. 4.

ⁿ *Si quid minus placeat, rationem ut habeant tum communis naturæ hominum ad multos errores pronæ]* Jac. iii. 2. Gal. vi. 1, 2.

^o *Tum et loci]* Quod optimus et doctissimus vir Lupistensi carcere, cui in perpetuum damnatus erat, tenet: quo loco et tempore pro-

fecto tot insignia opera summa eruditio, limatissimo judicio, et ingenio singulari numquam elaborare potuisset, sine incredibili constantia, animique tranquillitate, et fide in Deum inconcussa; ob quem bona in eum collata, in usum totius Christianitatis, Deo gratias agent quicumque animo veritatis studio cum cetera ejus opera, tum etiam hoc legend. Quod ex animo quidem nos facimus. *Clericus.*

FINIS.



JOANNIS CLERICI

DE

ELIGENDA

INTER DISSENTIENTES CHRISTIANOS

SENTENTIA

LIBER.



§. I. *Querendum esse apud quosnam Christianos
hodie vera Christi doctrina quam maxime
vigeat.*

QUISQUIS, veri cognoscendi studio, Novi Testamenti libros legerit, nec judicio destitutus erit; non poterit diffiteri, quin in iis veritatis argumenta, quæ Libris II. et III. exposuit **HUGO GROTIUS**, ad unum omnia inveniantur. Itaque, si qua beatæ immortalitatis cura tangatur, quæ in iis Libris credenda propounduntur amplecti, quæ præcipiuntur facere, quæ denique speranda docentur, iia confidere

sui officii esse intelliget. Alioqui si quis de Veritate Religionis Christianæ se dubitare negaret, simulque dogmata ejus, præcepta aut promissa fide et obsequio digna per omnia minime censeret; is secum ipse pugnaret, atque ex animo Christianum se non esse manifesto ostenderet.

Inter præcepta autem Christi et Apostolorum, hoc habetur: ^a ut coram hominibus nos profiteamur esse discipulos Christi, si eum nos pro suis agnoscere, cum extremum feret de vivis et mortuis judicium, velimus; sin minus, ut eum negaverimus magistrum, coram hominibus, sic illum vicissim in ultimo illo humani generis conventu, coram Deo, discipulos nos esse suos negaturum. ^b Noluit, nimirum, Christus qui sibi crederent, eos esse clam discipulos suos; quasi suæ eos puderet disciplinæ, aut quasi pluris hominum existimationem, beneficia, minas et supplicia, quam præcepta sua et

** Ut coram hominibus, &c.]*
Sic Christus, Matth. x. 32.
Πᾶς ὅστις ἐμολογήσῃ Ἰησοῦν
τὸν ἀνθρώπον, ἐμολο-
γεῖν κάγα τὸν ἀνθρωποδίν
τὸν πατέρα μα τὸν ἄνθρωπον. ὅσις
δὲ ἀρνητὴ τοῦ ἐμπαροῦντος τὸν
ἀνθρώπον, ἀρνήσειται αὐτὸν κά-
γα τὸν πατέρα τὸν πατέρα μα τοῦ
ἄνθρωπον. Quisquis me professus
erit (magistrum) coram homi-
nibus, agnoscam et ego eum (dis-
cipulum) coram Patre meo qui
est in cœlis: quisquis vero ne-

*gaverit me (magistrum) ceteris
hominibus, negabo illum et ego
(discipulum meum fuisse) co-
ram Patre meo qui est in cœli.
Vide et 2 Tim. ii. 12. Apoc.
iii. 5.*

^b Noluit, nimisnam, Christus,
et c.] Ideo etiam dixit, Matth.
v. 14. *Discipulos suos esse lucem
mundi, nec posse urbem in mente
sitam occultari, nec accendi lu-
cernam, ut modio subiiciatur;
sed candelabro imponi, ut illu-
teat omnibus, qui sunt domi, &c.*

promissa vitæ æternæ facerent; sed palam et coram omnibus esse Christianos, ut alios etiam homines ad veram religionem amplectendam allicerent, Deoque, si ita ei videretur, ^c vitam ab eo acceptam, vel in exquisitis cruciatibus, redde-rent; dum ejus præcepta omnibus anteponere se palam profitentur. Sic et Paulus, ^d si ore confessi fuerimus Dominum Jesum, et animo crediderimus eum a Deo e mortuis excitatum esse, docet nos salutem consequuturos; *Corde enim, inquit, creditur, in justitiam: ore vero confessio fit, in salutem.* Ait enim Scriptura: *qui ei credit pudore non adjicietur.* Quæ cum ita sint, oportet eum, qui religionem Christianam veram esse existimat, hanc animi sui sententiam, quavis data occasione, intrepide aperire et profiteri.

Præterea necesse est eum quærere, si qui sint ejusdem sententiæ, et ^e cum iis pacem ac

^c *Vitam ab eo acceptam]* Luc. xii. 4. Christus vetat *timere eos qui occidunt corpus, nec postea quidquam facere posunt,* jubetque *eum timeri qui, postquam occisi fuerimus, nos potest in geennam ignis conjicere.* Quin etiam omnis generis mala discipulis prænunciat, Matth. x. 39. et seqq. sicutque *eum, qui ipsius causa vitam amiserit, eam (denuo) inventurum, &c.* Quibus præceptis paruerunt prisci præsertim Christiani, qui ob testimonium Evangelii doctri-

næ præbitum *Martyres*, id est, testes dicti sunt.

^d *Si ore confessi fuerimus]* Rom. x. 9—11.

^e *Cum iis pacem ac amicitiam, &c.]* Joan. xiii. 34, 35. *Novum præceptum do vobis, ut ametis invicem;* ut quemadmodum vos amavi, ite vos mutuo ametis. *Hac ex re omnes cognoscent vos esse meos discipulos, si mutuaum amorem habeatis.* Vide 1 Joan. ii. 7. iii. 11, 16, 23.

amicitiam singularem colere; hoc enim indicio discipulos suos agnatum iri docet Christus, si se vicissim ament, omniaque proinde amoris et benevolentiae officia sibi invicem exhibeant. Quin etiam eos hortatus est ^f cœtus ut habent, *in nomine suo*, hoc est, qui Christiani vocarentur; seque vel duobus, tribusve ideo convenientibus, ad futurum promisit. Quo pacto, præter amorem mutuum et arctiorem Christianorum, in unum cœtum coëuntium, amicitiam, & dogmatum etiam perpetuitati consultatur; quæ vix possent perpetua esse, si unusquisque seorsim sibi sentiret, nec cuiquam, nisi conduceret, animi sententiam aperiret; nam quæ occultantur, paullatim in oblivionem veniunt et tandem penitus extinguuntur. Christus autem et doctrinam suam, et Ecclesias quæ eam profiterentur, ut ne desineret humano generi benefacere, perpetuas esse voluit.

Itaque quisquis cognitionem Religionis Christianæ ex Novo Testamento hausit, veramque putat, is et hoc profiteri et ^h se aggregare

^f *Cœtus ut haberent in nomine suo, &c.]* Matth. xviii. 19, 20.

^g *Dogmatum—perpetuitati, &c.]* Sic et Philosophi omnes doctrinam suam ad posteros transmiserunt, Scholarum opera, in quibus docetur; sed Ecclesiæ Christianæ, multo arctiore et firmiore vinculo conjunctæ, certius et facilius

doctrinam a Magistro accep tam ad finem usque sæculorum propagabunt. Quod sine cœtibus fieri vix posset. Vollerat et hoc efficere Pythagoras, sed frustra fuit, quod nihil coeleste in doctrina ejus esset. Vide Laërtium, et Jamblichum.

^h *Sé aggregare, &c.]* Vide Epistolas ad Timotheum et

similia profitentibus debet. Verum quia non est hodie (uti nec olim fuit) unum hominum genus, unusve cœtus *in Christi nomine* convenientium; non est illico credendum esse vere Christianum, qui sancto illo nomine censerit cupit; nec proinde cœtui cuivis eorum, qui se Christianos dicunt, ⁱsine examine, sese adjungere licet. Videndum ante omnia an eorum dogmatibus conveniat cum ea forma sanorum verborum, quam ex Novi Testamenti adtentâ lectione animo concepimus. Alioqui posset fieri ut pro Christiano cœtu eum haberemus, qui non esset, nisi nomine tenus, Christianus. Ergo hominis est prudentis nulli cœtui, certe in perpetuum, nomen dare: nisi apud quem perspexerit eam, quam vere putat doctrinam Christianam, vigere: ita ut nihil quidquam dicere aut facere necesse habeat, contrarium iis quæ a Christo tradita, ac præcepta esse credit.

§. II. Iis adhærendum, qui Christianorum nomine dignissimi sunt.

Dissentientibus Christianis, nec tantum dissentientibus, sed se invicem (proh pudor!) damnantibus, atque e cœtibus ferali odio proscri-

Titum, ubi jubentur Ecclesias
constituere; et Hebr. x. 25.

¹ *Sine examine, &c.]* Vide
1 Thess. v. 21. Sed disertius
Joannes, 1 Ep. iv. 1. *Dilecti,*

inquit, *ne cuivis spiritui credi-
te, sed examineate spiritus, an
ex Deo sint; nam multi Pseu-
doprophetæ venerunt in mun-
dum, &c.*

bentibus; eorum ulli sine examine adsentiri, aut ex ejus formula, nequaquam expensa, alios damnare, non imprudentis tantum, sed etiam præcipitis et iniqui esset hominis. Cœtus qui veram illam religionem, cuius delineationem animo concepit, vel partim rejiceret, credentesque damnaret, non posset ab eo per omnia vere Christianus haberí, nec impetrare ut quosvis ipse quoque damnaret, quos damnandos ejiciendosque cœtibus Christianorum Ecclesia illa censeret. Ergo videndum ante omnia est, homini prudenti, et æquo, in his Christianorum dissidiis, quinam sint sancto Discipulorum Christi nomine dignissimi, iisque adhærendum.

Si quis quærat quid esset, ex religionis Christianæ ingenio, faciendum, si nullus omnino cœtus Christianus esset, apud quem videatur vera Christi doctrina palam doceri, et apud quem non imponeretur necessitas dogmatis cuiuspiam damnandi, quod verum judicassemus; tum vero opera esset danda ei, qui errores deprehendisset, ut alios ab iis revocaret; qua in re, ^k una cum maximo candore, summa prudentia simul ac constantia essent adhiben-

^k Una cum maximo candore, &c.] Hic locus est præcepto Christi, Matth. x. 16. quo jubemur prudentes esse instar serpentium, simplices instar columbarum: hoc est, ita simplices esse, ne in imprudentiam de- labamur; sic prudentes, ne callidi fiamus, et in candorem peccemus. Qua in re pauci sunt, qui per omnia medium inter oppositos imprudentem et callitatis scopulos cursum tenere norint.

dæ; ne homines sine fructu offenderentur, aut nimis cito de iis ad veritatem moderationemve adducendis spes abjiceretur. Interea prudenter et modeste esset dicendum quod pro vero haberetur, nec damnandus quisquam foret, ex alieno arbitrio, quasi errore infectus, qui recte sentire videretur. Numquam ita Deus deseruit deseretve Christianum nomen, nulli ut supersint vere Christiani, aut saltem non possint in rectam viam reduci; cum quibus, si alii nolint ad saniorem sententiam redire, possimus arctiorem quamdam societatem colere, et palam etiam a pertinacibus (quod tamen, nisi omnibus frustra tentatis, faciendum non est) secedere; ¹ si illicitum sit apud eos candide et modeste dicere quod sentias, atque abstinere a damnandis iis, quos minime damnandos esse existimes. Religio Christiana vetat contra animi sententiam loqui, ac mentiri, et damnare innoxios; nec ingratus Deo esse potest, quisquis ex divinorum illorum præceptorum reverentia, et admiratione, quidvis potius patietur,

¹ *Si illicitum sit, &c.]* Dum licet dissentire, et dissensum profiteri, non est cur a cœtu publico, nisi perversa in eo essent Christianismi fundamenta, abeamus; sed ubi hoc non licet, nec possumus, nisi dissimulata aut abnegata veritate, in eo vivere, tum vero relinquendus cœtus; non licet enim mentiri, aut dissi-

mulare veritatem, dum mendacium ejus locum obtineret, honoresque, soli veritati debitos, sibi vindicaret. Nisi hec fieret, *modio lux subjiceretur.* Sic Christus a cœtibus Judæorum non secessit, nec Apostoli eos deseruerunt, dum licuit in iis Magistri doctrinam profiteri, et docere. Vide Act. xiii. 46.

quam ut ea perfringat. Ejusmodi animi affectio, quæ ex cognitione officii, amoreque Dei ardentissimo nata est, non potest Deo non summopere placere.

Igitur dissentientibus Christianis, dispiciendum quinam optime omnium sentiant, nec damnandi umquam, nisi qui, re probe perspecta, damnatione digni nobis videntur; iisque adhærendum, qui nec ulla dogmata credi, quæ a nobis falsa habentur, nec ulla, quæ putamus esse vera, damnari postulant. Quod si a nullo cœtu Christiano impetrari posset; tum vero cum iis, qui nobiscum sentirent, ne veritatem proderemus, mentiremurque, secedendum ab iis omnibus esset.

*§. III. Ii sunt Christianorum nomine dignissimi,
qui purissime omnium profitentur doctrinam,
cujus veritatem probavit GROTIUS.*

Verum non levis momenti quæstio est, nec solutu facilis, qua quæritur, quinam omnium Christianorum, quorum nunc sunt cœtus, rectissime sentiant, sintque nomine, quo adpellantur, dignissimi. Christianæ omnes Ecclesiæ, tam eæ quæ jam dudum a Romana secesserunt, quam Romana ipsa, hoc sibi singulæ tribuunt: nec est, si rationes omnes seponas, cur huic, potius quam illi, fidem habeas; stultum enim esset ejusmodi electionem ^mcasui permettere,

^m Casui permettere] Vide not. (i) ad §. II.

et controversias omnes, talorum jactu, ut sic loquar, dirimere.

Cum vero GROTIUS sectæ nullius hodier-
næ Christianæ peculiarium dogmatum verita-
tem ostenderit; sed ejus tantum religionis,
quam Christus et Apostoli homines docue-
runt; sequitur ut ea Christianorum familia sit
omnibus præferenda, quæ maxime omnium ea
tuetur, quæ Christus et Apostoli docuerunt.
Ea demum per omnia vere Christiana est reli-
gio, quæ, sine ullius cogitationis humanæ mis-
tura, ad Christum auctorem tota referri potest.
In eam quadrant argumenta illa veritatis, quæ
Libro II. de Veritate Religionis Christianæ
exposita sunt, nec alii ulli conveniunt, nisi qua-
tenus cum ea consentit.

Quod si quis detrahatur, vel addat doctrinæ a
Christo traditæ, eo magis a vero recedit, quo
plus detrahit, aut addit. Cum autem *Christi*
doctrinam dico, eam intelligo, quam plane
constat apud omnes Christianos esse doctrinam
Christi; hoc est, quæ, ex Christianorum om-
nium sententia, aut diserte habetur in Libris
Novi Testamenti, aut necessaria consequentia
ex iis solis deducitur. De dogmatibus, quæ,
ut nonnulli Christianorum putant, ore a Chris-
to et ab Apostolis tradita, ad posteros alia via
pervenerunt; nimirum, institutione, quæ voce
tantum facta est, aut quæ ritu quopiam con-
servata, ut volunt, nec nisi sero scriptis man-

data sunt; nullum aliud hic judicium feram, nisi de iis non liquere, apud omnes Christianos, quemadmodum de Libris Novi Testamenti constat. Non dicam falsa ea esse, nisi cum recta ratione, aut revelatione pugnant; sed tantum de eorum origine non constare, ideoque esse de iis inter Christianos controversias; qui ceteroqui de dogmatibus consentiunt, quorum veritatem demonstravit GROTIUS. Dum ~~autem~~ ⁿquidpiam incertum nobis videtur, ⁿeo quasi certo niti, in rebus præsertim magni momenti, nemini sapienti probaretur.

§. IV. *De consensu et dissensu Christianorum.*

Quamvis acerrimæ sint inter Christianos controversiae, eæque magno animorum æstu agitantur, adeo ut undequaque audiantur querelæ, de negatis a nonnullis contendentium rebus manifestis; attamen quædam adeo clara sunt, ut omnes de iis consentiant. Nec exiguum est eorum veritatis argumentum, quod a certandi cupidissimis et adfectibus pæne occæcatis communi consensu admittantur. Nolim

ⁿ *Eo quasi certo niti, &c.]*
Hoc ipsum est quod vult Paulus, Rom. xiv. 23. ubi docet
quod non est ex fide id peccatum esse: τὰ δὲ οὐκ ἐπίστασθαι μάρτυρις. Ad quem locum
adulimus verba Philonis, e libro de Profugis, ed. Paris.
pag. 469. *Ἄμετον ἵψιον ηὔχεια*

ἡ ἴψην πρὶν οὐκ εἰσὶ πίστεις.
Præstantissima est victima quietis
et cohibito judicii in iis rebus,
de quibus non sunt que fidem
faciant. Paullo post: *Ηγεμία δὲ*
ἀσφαλῆς ἐν εἰσότητι. *Quies est tuta*
in tenebris: sive, ubi non con-
stat quid faciendum.

quidem propterea cetera omnia, de quibus certatur, esse dubia aut obscura, quod de iis non consentiant Christiani. Facile fieri potest ut nonnullis fiat obscurum, quod clarum esset, nisi adfectu præpedirentur. Verum vix ac ne vix quidem fieri queat, ut acerrimis adversariis, et disceptandi libidine ardentibus de re obscura conveniat.

Consentiunt ergo primum Christiani, qui quidem hodie vivunt, de numero et veritate Librorum Novi Testamenti; sique nonnulla sit, inter Eruditos, ^o de aliquot Epistolis Apostolicis controversia, ea non est magni momenti; omnesque agnoscunt nihil nisi veri iis contineri, nec quidquam, iis retentis aut rejectis, in doctrina Christiana mutari. Qui consensus non est exigui momenti, cum hic sit sermo, de indubitate fonte Revelationis Divinæ, sub **Novo Fœdere**. Cetera vero revelationis antiquæ servata, ut nonnulli putant, monumenta aut vestigia in dubium ab aliis revocantur.

Præterea consentiunt Christiani in multis fidei capitibus, quæ credenda, facienda, et speranda complectuntur. Credunt, exempli causa, omnes, qui quidem non desipiunt, ut potissima hic capita memorem: I. Esse unum Deum æternum, omnipotentem, summopere

* *De aliquot Epistolis]* De rioribus Joannis; de quarum Epistola ad Hebreos, de altera Petri, deque duabus poste-

auctoribus disceptant Eruditi.

bonum ac sanctum, omniaibus denique attributis præstantissimis, sine ulla imperfectionis mistura, præditum; a Deo illo, mundum et quidquid in eo est, humanumque adeo genus esse creatum; ab eodem omnia regi et summa sapientia gubernari: II. Esse ei Deo Filius unicum Jesum Christum, natum e Virgine Maria Bethlehemi, sine viri concubitu, sub fidem vitæ Herodis Magni, imperante Augusto Cæsare; deinde cruci adfixum et mortuum, eum imperitaret Tiberius, et Pontius Pilatus Procurator esset Judææ; ejus vitam vere, in Historia Evangelica, narrari; a Patre ideo missum, ut homines viam salutis doceret, a vitiis morte sua redimeret et Deo reconciliaret; missionemque illam suam innumeris miraculis confirmasse; mortuum esse, ut dixi, resurrexisse, et cum a pluribus et sæpius esset conspectus, qui cum illo etiam colloquuti fuerant, eumque testigerant, in cœlum iis spectantibus sublatum, ubi nunc regnet, et unde reversurus aliquando sit, ut de iis qui tunc erunt vivi, et mortuis omnibus, e sepulcris excitatis, ex Evangelica lege, ultimum judicium ferat; credenda esse omnia quæ docuit, parendum omnibus quæ præcepit, seu ad Dei cultum, seu ad temperantiam, in coercendis affectibus nostris, seu ad caritatem erga alios exercendam pertineant; iis præceptis nihil potuisse sanctius, melius, utilius, et convenientius humanæ naturæ dari; homines tamen,

solo Jesu excepto, ea violare, nec posse ad salutem, nisi Dei misericordia, pervenire: III. Esse Spiritum Sanctum, qui Apostolos Jesu Christi adflavit, miracula in eorum gratiam fecit, animosque hominum piorum, ut constanter Deo pareant, flectat et in calamitatibus vitae confirmet; ei Spiritui, per Apostolos loquenti, non minus credendum ac Patri et Filio, et per omnia parendum: IV. Patri, Filio, et Spiritui Sancto originem suam, et conservationem debere Ecclesiam Christianam, a Christi usque temporibus ad hæc nostra; omnes qui hisce crediderint, et præcepta Evangelica observarint, misericordiam a Deo consequuturos, qua resurrectionis, si mortui fuerint cum Christus veniet, et vitæ æternum beatæ participes futuri sint; contra vero omnes, qui Evangelio fidem derogaverint, nec ejus præcepta observaverint, resurrecturos, si mortui sint, ut plecantur, et poenas æterna morte datus: V. Denique oportere Christianos hæc omnia profiteri, cum in Baptismo, quo testamur nos vitam vitiorum immunditiis purgatam, ad Evangelii præscriptum, agere velle; tum etiam in Coena Dominica, qua mortem Christi ex ejus præcepto celebramus, donec veniat, ostendimusque nos velle ejus discipulos haberi, et omnium, qui eam similiter celebrabunt, fratres; eos porro ritus, si rati habeantur a nobis, ut par est, et religioso animo celebrentur, cœ-

lestem gratiam ac spiritum divinum ad nos convehere.

PHæc, aliaque cum his necessario connexa, (omnia enim minutatim memorare hic nihil adtinebat,) credunt omnes Christiani: nec discriminis ullum est, nisi quod nonnulli hisce multa addunt; quibus superiora dogmata explicari, aut supplementis augeri oportere putant, et quæ non Scriptis Apostolicis, sed traditione ac usu Ecclesiæ, Scriptisve posteriorum æstatum, ad posteros propagata existimant. De hisce additamentis, aliud nihil dicam, nisi quod jam monui; de iis non constare, inter Christianos, quemadmodum constat de dogmatibus expositis; quæ sunt, sua perspicuitate, extra omnem dubitandi aleam posita, si modo

PHæc, aliaque, &c.] In superiori doctrinæ Christianæ expositione, sequuti sumus ordinem Symboli quod Apostolicum dicitur, vitavimusque voces omnes, quæ in controvèrsiam apud Christianos vocatae sunt; quia agimus de iis, in quibus consentiunt. Nec propterea damnamus, quasi falsa, quæcumque explicationis aut confirmationis causa adduntur; e contrario studium explicitantium aut confirmantium veritatem coelestem vehementer probamus; nec dubitamus quin multa inventa sint et inveniri porro queant, ad ejus illustrationem. Recte hanc in rem Tertullia-

nus, de Virginibus velandis, cap. i. *Regula quidem fidei una omnino est, sola immobilis et irreformabilis; credendi, scilicet, in unicum Deum omnipotentem, mundi conditorem; et filium ejus Iesum Christum natum ex Virgine Maria, crucifixum sub Pontio Pilato, tertia die resuscitatum a mortuis, receptum in celis, sedentem nunc ad dexteram Patris, venturum judicare vivos et mortuos, per carnis etiam resurrectionem.* Hac lege fideliter manente, cetera jam discipline (seu doctrinæ) et conversationis admittunt novitatem correctionis, operante, scilicet, et proficiente usque ad finem gratia Dei, &c.

Scripturæ Sacræ auctoritas admittatur; quam nemo sanus, inter Christianos, rejicit.

Si quis horum dogmatum memor expendat argumenta, quibus Religionis Christianæ Veritas probatur, animadvertiset (quod probe observari magni interest) vim omnem argumentorum circa hæc versari, non circa controversa illa capita, quæ orbem Christianum dividunt: quemadmodum jam innuimus.

§. V. Unde unumquemque Religionis Christianæ cognitionem haurire oporteat.

In hoc Christianorum dissensu, consensuque, nihil tutius prudentes judicabunt, quam Christianæ Religionis cognitionem ex fonte minime suspecto, et quem omnes incorruptum ac purum fluere fatentur, haurire. Is autem fons est nullius singularis Ecclesiæ Fidei Symbolum, aut Confessio, sed Libri soli Novi Testamenti, quos genuinos esse omnes agnoscunt. Fateor non-nulos Christianorum interdum dictitare non posse eos Libros intelligi, nisi ex doctrina Ecclesiæ suæ; sed et alii continuo reclamant, et, ut hoc unum dicam, suspecta est sententia, quæ nititur tantum testimonio adfirmantium, eorumque quorum maxime interest veram videri. Alii aiunt opus esse insolito auxilio Spiritus Sancti, non tantum ut fides Scripturæ habeatur, quod non ægre concedi possit; sed etiam ut sententia verborum ejus intelligatur,

quod qui probari queat non video. Verum esto hoc etiam ; si modo agnoscant omnes, qui religioso et Veritatis studioso animo Novi Fœderis Libros legunt, eum spiritum a Dei bonitate impetrare ; nihil est, cur ulterius quisquam contendere necesse habeat. Itaque prudenter et tuto unusquisque ex iis Libris petere potest Religionis Christianæ cognitionem ; adhibitis tamen iis subsidiis, quæ ad ejusmodi Libros intelligendos aut necessaria, aut utilia sunt ; in quæ, hoc loco, non inquiremus.

Quisquis ergo crediderit Libris Novi Testamenti fideliter descriptam esse Revelationem Divinæ voluntatis a Christo adlatam ; idem omnia quæ illic occurrent, prout ea intelligere poterit, credenda, facienda, speranda amplecti necessario debebit. Quisquis enim Christo credit, omnia, quæ ab eo manasse putat, religioso animo excipere debet. Nulla se exceptione tueri potest, qua nonnulla eorum, quæ a Christo profecta agnoscit, admittat, alia rejiciat. Talia autem sunt omnia illa dogmata, quæ ante exposui, et de quibus consentiunt, ut dixi, omnes Christiani.

Ad cetera quod adtinet, de quibus contendunt, cum non sint tantæ perspicuitatis, vir religiosus ac pius deliberare potest et debet, atque interea judicium cohibere, donec clariora sibi facta sint. Imprudentis enim esset admittere, aut rejicare, quæ verane sint, an falsa,

nondum satis constaret: nec æterna salus, in Libris Novi Testamenti, hanc aut illam sententiam controversam amplectenti; sed summam Religionis Christianæ, qualem descripsimus, animo fideliter admittenti, et moribus exprimenti promissa est.

§. VI. *Aliud Christianis imponi non debere, præter id quod ex Novo Testamento haurire possunt.*

Igitur q̄ hoc unum jure Christianis omnibus imponi potest, ut quæcumque Novi Fœderis Libris inesse putant amplectantur, pareantque iis quæ jussa ibidem vident, et abstineant ab iis quæ illic vetantur. Si quid præterea, quasi necessarium, exigatur, nullo jure exigitur. Quis enim æquus judex postulet a Christiano, ut credat a Christo manasse dogma; quod non videt in solis illis fidis atque indubitatis, ex omnium sententia, monumentis quibus Reve-

^a *Hoc unum, &c.]* Huc spectat quod habet Christus, Matth. xxiii. 8. et seqq. *Vos vero ne vocemini Rabbi;* unus enim est vester Magister Christus, omnes autem vos fratres eritis. *Nec patrem vestrum vocate quemquam in terra;* unus est enim Pater vester, qui est in celis: *neque vocemini Doctores;* unus enim Doctor vester est Christus. Vide et Jac. iii. 1. Eodem pertinet Ap. iii. 7. ubi

dicitur Christus habere clavem Davidis, et ita describitur: *qui aperit,* (Cœlum, nempe) *nec quisquam claudit;* *qui claudit,* *nec quisquam aperit.* Si soli Christo sit credendum, nec ullum certum revelationis per Christum factæ supersit monumentum, præter Novum Testamentum; hinc liquet hisce tantum Libris, in fiduci negotio, fas esse credi.

latio Christi, ad nos usque, propagata est? Sint et alia dogmata vera, ut hoc aliquantis per concedamus; vera tamen haberi non possunt ab eo, qui, dissidentibus Christianis, medium viam sequutus, nullum certum monumentum Revelationis Christi, præter Novi Testamenti Libros, admittit. Dum hoc credit, aliud nihil ab eo exigi jure potest; hoc autem credet, donec claris argumentis ei constet aliunde tuto Christianismi cognitionem peti posse; quod numquam, ut puto, fiet.

¹ Si quis ergo aut adimere Christianis adgregatur Libros Novi Testamenti, aut iis addere quæ vera esse minime constat; is nequaquam est audiendus, quippe qui a nobis postulat quod nemo prudens concesserit, ut id credamus de quo nobis non liquet, aut omittamus id quod omnes certum esse Revelationis Evangelicæ monumentum agnoscant. Nihil opus est singillatim ac minutatim omnes expendi controversias; quod infinitum pæne esset, nec nisi a viris eruditissimis et otio abundantibus fieri potest. Quisquis nobis necessario credendum imponit quod credere non possumus, is nos a se expellit; quia nec vi extorqueri potest fides,

¹ *Si quis—adimere, &c.]* Huc pertinet dictum Pauli, Gal. i. 8. *Si nos, aut Angelus e celo nunciaverit vobis Evangelii nomine præter id quod Evangelii nomine nunciavi vobis, sit Anathema.* Ac sane nemini est Evangelio quidquam, quasi necessarium, addere; aut detrahere, quasi inutile.

nec quisquam Dei timens et veri amans id quod non credit profiteri, in gratiam cuiusquam, sustinebit.

Sed objiciunt aliter sentientes, si unicuique relinquatur judicium liberum, de sententia Librorum Novi Testamenti, tot exorituras Religiones, quot erunt capita; et Veritatem, quæ unica est, errorum multitudine continuo oppressum iri. Ego vero existimem, antequam objectionibus oppugnetur sententia, quæ certis argumentis nititur, ea oportere everti fundamenta, quibus inaedificata est; quia, iis firmis remanentibus, tota superstructa moles inconcussa permanet, ut hic videmus. Si enim incommodum quodpiam ex dictis nasceretur, nihilo secius vera haberentur, donec ostensum esset non firmo talo ea niti. Verum, ut hoc nunc omittamus, falsum est usque adeo obscuram esse Novi Testamenti Revelationem, ut non a quovis sanctæ mentis et veri studio summa Religionis Christianæ recte ex ea hauriri possit, et re vera hauriatur, quod experientia constat; nam omnes Christiani, ut ostendimus, de summa rei consentiunt; quod et GROTIUS Lib. II. §. 18. observarat. Paucorum quorundam delirorum, aut malorum hominum nullam hic rationem habemus; cum integræ Christianorum Societas, præ nimio alioqui contendendi studio facile dissidentes, et in contraria omnia abeuntes, consentiant.

§. VII. *Admirandam esse Providentiam Divinam, in conservatione doctrinæ Christianæ.*

Hac in re, ut in aliis innumeris quæ ad gubernationem rerum humanarum pertinent, admiranda est omnino Providentia Divina; quæ, cum tot dissidia olim fuerint, sintque etiamnum hodie, inter Christianos, attamen Libros Novi Testamenti illibatos ad nos usque conservavit, ut ex iis instauraretur doctrina Christiana, quotiescumque corrumpi eam contingeret; nec hunc modo tantum thesaurum integrum ad nos usque demisit, verum etiam, in medio dissidiorum ardore, doctrinam ipsam Christianam ita tutata est, ut numquam Religionis summa ex Christianorum memoria interciderit.

Pars non spernenda Christianorum hodie contendit multos errores, superioribus sæculis, paullatim in Christianorum scholas irrepsisse; quod cum alii negarent, ea de causa, sæculo post Christum natum xvi. facta est illa in Occidente insignis secessio; qua res Christiana in duas partes, non usque adeo impares, seeta est. Attamen sæculis illis, quorum errores a Christianorum parte, quam dixi secessionem fecisse, et vitia ab utraque mirum in modum, nec falso, exagitantur, semper remansit summa illa Religionis Christianæ, antea a nobis delineata. *** Nullum est sæculum, tantis ignorantiae et vi-**

*** Nullum est sæculum, &c.]** quam x. et xi. ut fatentur it Nulla sæcula pejus audiunt, qui Romanæ Sedi adhærent,

tiorum tenebris obsitum, ex cuius Scriptoribus superstibus non possint capita fidei ante memorata facile colligi. Multa sane (neque enim hoc dissimulandum) aliena, et Scriptis Novi Testamenti ignota sunt addita et in Christianam Theologiam intrusa; quibus factum est ut ne verum Evangelici illius satoris triticum tantos fructus proferret, quantos alioqui, spinis, noxiisque, aut inutilibus herbis purgato agro, protulisset. Multa vitia ac delicta non admissa tantum, aut tolerata, sed etiam laudata sunt; nec eo secius salutaris doctrina incolmis fuit, servatis Novi Testamenti Libris, et sensu communi inter Christians; quibus factum est ut subinde exorti sint viri insignes, qui vitia et errores ævi sui castigarent, et contra torrentem brachia dirigere auderent. Sic obstitit Deus ne, ex Christi promisso, ^tportæ se-

non minus ac qui ab ea secessionem fecerunt. Attamen si quis, animi gratia, legat in Bibliotheca Patrum Scripta eorum sæculorum, facile illinc colligere dogmata omnia que memoravimus §. IV. poterit. Vixit etiam initio sæculi XII. Bernardus, Monasterii Clares Vallis Abbas, cuius etiamnum eruditio, pietas, et constantia a plerisque laudantur, et cuius Scripta a sequentibus ætatibus lectitata numquam damnata sunt. Illinc autem facilime etiam integrum doctrine Christianæ corpus colligi queat.

De sequentibus sæculis usque ad XVI. res non minus certa est, nec de sequentibus quisquam dubitat.

^t Portæ sepulcri, &c.] Sic explicamus πύλας ἀστοῦ; quia nec ea vox, nec Hebraica שְׁכֹל Scheol, cui respondet, usquam in Sacris Libris significat Cacodemонem; sed tantum sepulcrum, aut statum mortuorum: quod Grotius et alii observarunt. Itaque ex hoc loco, hoc unum colligi potest, numquam fore ut prorsus intereat Ecclesia Christianæ corpus colligi queat;

pulcri contra Ecclesiam prævalerent: hoc est, ne umquam extingueretur cœtus omnis, in quo doctrina Christiana incolumis servaretur; quamvis interdum alienis et contrariis etiam dogmatibus permista, aut obscurata, interdum sincerior ac purior fuerit. Nisi re vera, ut hoc obiter observemus, a Deo ad nos missa fuisse ea doctrina, numquam profecto ex tanta vitiorum ac errorum eluvione emersisset; sed obruta tandem, humani ingenii mutabilitate et stultitia, funditus periisset.

§. VIII. *Respondeatur quæstioni cur Deus inter Christianos dissidia et errores nasci passus sit.*

Erit forte, qui objiciat hic nobis, Divinam Providentiam melius conservationi doctrinæ Christianæ consulturam fuisse; si errores qui inter Christianos sunt ac fuerunt antevertisset, veritatemque ac concordiam, quæ eam comitaretur, perpetuam omnipotentia sua inter eos aluisset. Verum nostrum non est Deum docere, quomodo se gerere debuerit, in rerum humanarum gubernatione, ut melius haberent. Officii nostri contra est Deo fuisse sapientissimas rationes id patiendi, quod passus est, existimare; quamvis eas ne conjectura quidem adsequi possemus. Sed si probabiles rationes redi queant eorum, quæ fiunt; nostrum etiam est cœtus, apud quem summa doctrinæ Evangelicæ non remaneat.

Deum propter has, aut graviores etiam causas, passum esse ea fieri, quæ quotidie eveniunt, credere.

Ut autem ex re ipsa conjecturam capere licet, ante omnia statuendum est hoc Deo consilium fuisse, ^u homines liberos creare, et sinere liberos ad extremum esse; hoc est, neque ita bonos, ut necessario semper boni essent; neque ita malos, ut necesse haberent sub vitiis in perpetuum succumbere; sed mutabiles, ita ut a vitio ad virtutem, et vicissim a virtute ad vitium transire possent; idque eo facilius, aut difficilius, quo diutius, aut minus diu virtuti, aut vitio addicti fuissent. Talem videmus fuisse olim Populum Hebræum, tales postea etiam Christianos. Neutri ineluctabili quadam vi ad virtutem, aut ad vitium adducti sunt; sed legibus dumtaxat, quæ præmia bonis, poenas malis proponebant, coerciti; ad quas varia accesserunt a Divina Providentia excitamenta ad virtutem, et dehortamenta a vitiis; sed quorum tamen neutra homines libertate insita, seu parendi, aut non parendi Deo facultate, spoliarunt; prout res ipsa demonstrat, nam semper boni et mali fuerunt, quamvis divinæ

^u *Homines liberos creare]* Maximo hoc consensu docuit universa Christiana Antiquitas. Vide Justinum Martyrem, Apol. i. c. 54. et 55. Ireneum, lib. iv. c. 9. et 29. sub finem; c. 71. et 72. Origenem, in Phi-

localia, c. xxi. Eusebium in Præp. Evang. lib. vi. cap. 6. et alios quorum dicta profert Dionys. Petavius, Dogm. Theol. tom. i. lib. vi. cap. 6. Multa quoque habet hanc in rem, tom. iii. lib. iii, iv. et v.

leges virtutem omnibus æque præscriberent, et vitia vetarent. Id ipsum futurum, apud Christianos, satis significaverat Christus Parabolis duabus; ^x altera de zizaniis, quæ inimicus sevit, post satum triticum; ^y altera de rete, quod bonos et putridos pisces æque capiebat; quibus significavit futurum ut, in Ecclesia, Christiani semper mali bonis admisti essent; unde sequitur eum probe vidisse mala, quæ perpetuo erant in Ecclesia Christiana futura. Quin etiam Paulus Corinthios monnit ^z oportere esse inter Christianos sectas, ut probati manifesti fiant. Ac sane ^a nisi fuissent inter Christianos dissensiones de doctrina, vix fuisset locus electioni, eique generi virtutis, quo fit ut Veritas omnibus præferatur. Ergo hac quoque in re elucet Divina Sapientia, quæ ex mediis hominum vitiis singularis plane virtus ut effloresceret efficit.

Quod si quis hic objiciat, ^b ut faciunt non-

^x Altera de zizaniis, &c.] Matth. xiii. 24. et seqq.

^y Altera de rete] Matth. xiii. 47. et seqq.

^z Oportere esse, &c.] 1 Cor. xi. 19. Διὸς γὰρ αἴγλους ἡ ὑμῶν ἔρα, ἵνα σιδηροι φανεροὶ γίγνωσται ἡ ὑμῶν. Hoc est, prout sunt homines, necesse est, nisi in melius mutentur, inter vos exoriri sectas, quibus boni a malis secerrentur; dum boni veritati et caritati adhærebunt, ceteris in alia omnia abeunti-

bus. Vide Matth. xviii. 7.

^a Nisi fuissent] Plenius hec diducta vide Historiam nostræ Ecclesiasticæ saeculo 1. anno lxxxiii. 8. Clericus.

^b Ut faciunt nonnulli] Multis hanc objectionem proposit, ornavitque rhetorica omnibus fucis Pet. Bælius; quem in aliquot voluminibus Bibliothecæ Selectæ, et presertim ix, x. et xii. sermone Gallico confutavimus.

nulli, præstissem nullam esse ejusmodi virtutem, quam exstitisse ei contraria vitia, unde tot horrenda scelera, tot calamitates, tantæque miseriæ humano generi incubere, et tam graves pœnæ, etiam post vitam hancce, imminent; tum vero respondebimus, non tanti hæc mala Deo fuisse, ut propterea nullum specimen daret potentiaæ suæ, in liberis creandis Naturis. Hoc nisi factum esset, posse fieri nulla credidisset Creatura. Imo ne Deus quidem ipse liber existimatus esset, nisi ipse eam de se opinionem omnipotentia sua animis hominum inseruisset, quam alioquin ex ejus operibus numquam concepissent. Neque coli potuisset, si omnia non bonitate libera, sed fatali quadam necessitate et fecisse et facere creditus fuisse; nisi fatali quoque cultu, ac minime libero. Cum tanto malo, quantum est Dei ignoratio, et Virtutis extinctio, non possunt comparari vitia ac calamitates hujus, aut alterius vitæ; in quibus si quid præterea negotium nobis facessat, reputemus oportet Deum esse optimum, justissimum, potentissimum, et sapientissimum, qui non nisi convenienter virtutibus suis aget, viamque facile inveniet, et inibit; qua ea, quæ impedita nobis videntur, expediatur, omnibusque intelligentibus Naturis nihil a se factum esse, quod fieri non debuerit, ostendat. Interim, dum ea dies exoriatur, qua omnes ignorantiae nostræ nebulæ discutientur, ea nobis dedit sui docu-

menta, et virtutum suarum specimina, ob quæ ei prorsus confidere, et quod fieri vult exspectare æquo animo possimus et debeamus.

Plura possent hanc in rem dici, sed quæ nos ab eo fine, ad quem tendimus, averterent, et ad alia, quæ huc non pertinent, transversos agerent.

§. IX. Purissime omnium eos doctrinam Christianam profiteri et docere, qui ea tantum quasi necessaria, de quibus consentiunt Christiani, credenda, facienda, speranda proponunt.

His itaque omissis, ut redeamus ad sententiam, inter Christianos dissentientes, eligendam: nihil tutius, ac sapientius fieri posse videtur, in hoc rerum statu, quam si ei Christianorum familiæ nomen demus, quæ solum Novum Testamentum pro norma fidei suæ, sine ulla humanorum decretorum mistura, agnoscit; satisque habet ut unusquisque ex eo formulam fidei suæ hauriat, ad ejus præcepta mores suos exigat, et sibi quæ pollicetur speranda proponat. Quod si ex animo et sine fuco fiat, finis ejus investigationis erit illa ipsa forma sanorum verborum, quam in tot ac tantis errorum, dissidiorumque procellis, et sæculorum tam multorum lapsu, ac mutationibus regnum, et civitatum, semper eamdem mansisse ostendimus. Ea continentur quæcumque ad fidem et mores necessaria sunt; quibus si quis

alia addere velit, licitum quidem est, pro temporum locorumque ratione, modo ne quasi necessaria ab eo imponantur, (c quod solius est summi Legislatoris,) aut contraria dogmata obtрудantur.

Non licet Christianis ita, ut diximus, adfectis collum subdere opinionum humanarum iugum, aut profiteri se credere quod non credunt; aut id facere, quod apud animum suum improbant, quia præceptis Christi contrarium esse putant. Ideoque ubicumque Christiana illa libertas, quam dixi, minime conceditur, inde migrare necesse habent; non quasi aliter sentientes prorsus damnant, sed quia animi quisque sui, non alieni, lumina sequi, seu id facere quod optimum factu judicat, id vitare quod malum putat, omnino debet.

§. X. Cum iis Eucharistiæ participes prudentes omnes fieri debere, qui nihil aliud a Christianis postulant, præter id quod unusquisque in Novis Fæderis Tabulis invenit.

Cum Christus duo veluti Symbola Christianismi instituerit, Baptismum et Eucharistiam;

** Quod solius est summi Legislatoris]* Eam in rem vide quae habet Paulus, Rom. xiv. 1. et seqq. ubi de iis qui imponebant aliis ritus, aut qui observantes damnabant; quod jus testatur ad solum Christum

pertinere. Eodem spectat quod habet Jacobus, cap. iv. 12. *Eis igit̄ regnū dñe nō dñm̄ vñ eis nā dñm̄ vñ eis.* Unus est Legislator qui potest servare et perdere.

non fuit quidem nostri arbitrii Baptismum suscipere, ubi judicamus purissimum esse Christianismum, quia recens nati baptizati sumus; sed cum nonnisi matuiore ætate ad Eucharistiam accedamus, de Societate Christiana, cum qua velimus ejus participes fieri, dispicere possumus; quod si ab initio a nobis factum non est, fieri tamen aliquando debet.

Sunt qui Eucharistiam, quæ, ex institutione Christi, ^d symbolum est pacis et caritatis Christianorum inter se, habeant quasi vexillum quoddam dissensionis, excludantque ex ea omnes, quibus tutum non videtur jugum ullum subire, præter id quod Christus nobis imposuit; seu credenda, facienda, speranda ulla suscipere, quasi necessaria, præter ea quæ in Novi Fœderis Tabulis extare sibi persuaserunt; et qui proinde religioni ducunt formulas alias fidei admittere, præter eam quam diximus. Cum ejusmodi hominibus pacem quidem colere fas, jusque est; sed ^e Eucharistiam celebrare ea lege, ut præter Novi Testamenti Tabulas alia

^d *Symbolum est pacis, &c.]* Vide 1 Cor. x. 16, 17. ubi memorato calice et pane Eucharistico, quorum multi participes sunt, subjicit Apostolus: *Quia unus panis, unum corpus multi sumus; nam omnes unus panis participes sumus.* Quæ verba Eucharistia conjunctiōnem Christianorum significari

ostendunt: et optimi quique interpretes animadverterunt.

^e *Eucharistiam celebrare]* Hæc quoque fuit mens Grotii, ut liquet ex ejus libello, *an semper communicandum per symbola;* ubi loquitur de causis intermittendæ Communionis, tom iv. Oper. Theol. p. 511.

fidei et morum norma admittatur, omnesque, qui eam admittere nolunt, Ecclesia exclusi intelligantur, homini religioso ac prudenti nefas habebitur.

At eorum, qui æternæ salutis impetrandæ leges nullas alias norunt, præter eas quæ sunt a Christo et Apostolis in Fœderis Evangelici Tabulis positæ, prout possunt ab unoquoque intelligi, Eucharisticam mensam adire tuto possunt et debent quicumque Evangelii vere amantes sunt. Excipiuntur enim ab iis et vocantur etiam ad hanc mensam, quicumque Novi Testamenti Libros pro unica fidei et vitæ norma agnoscunt; qui mores suos, ex animo, ad eam normam componunt; qui tandem neque Idolatriam ullam admittunt, neque alios ut dogmata quædam profiteantur se crederè, quæ non credunt, male habent. Liquet sane communionem non posse coli, cum eo, qui vivit ut utitur ut dogmata sua aliis imponat; quib[us] alia Numinia, præter verum Deum Patrem, Filium, et Spiritum Sanctum, colat; aut moribus suis se præcepta Evangelica parvi facere, ostendat; aut qui alias salutis leges, quam quæ in ipsis æterni Fœderis Libris præscriptæ sunt, agnoscat: at qui contra se gerit dignus est, cum quo omnes Christiani communionem colant; et qui præferatur ceteris omnibus, qui aliter sentiunt.
^f Nemo mortalium, imo ne Angelorum qui-

^f *Nemo mortalium, &c.]* Vide not. ad §. 1.

dem, novum Evangelium credendum imponere Christianis potest: ex hoc autem Evangelio, verus Christi discipulus est, qui toto animo credit ejus doctrinæ, et quidem soli; ita ut ei pareat, pro infirmitate hujus vitæ, quam optime potest, Deum unum colat, proximum amet ut se ipsum, et temperanter, ad cetera omnia quod adtinet, vivat. Si quid hinc detrahatur, mutilantur leges Fœderis, de quibus nemo quidquam, præter Deum solum, remittere potest; si quid vero addatur, inane est jugum, quod nemini Christianis imponere licet. A Deo, solo salutis æternæ arbitro, ejusmodi leges accipere possunt.

Quæreret forte quispiam a me, quo tandem nomine distinguantur a ceteris cœtus illi Christiani, quos modo designavi? Atqui nihil interest, quo vocabulo adpellentur; Ecclesias omnes a me designatas putent Lectores, in quibus id invenient, quod dixi. Ubicumque erit unica illa fidei norma, et libertas, quam descripsi, illic verum esse Christianismum pro certo habeant; nec querant nomen, quod nihil ad rem facit. Multos esse puto ejusmodi cœtus, et plures ac numerosiores in dies ut sint Deum Optimum Maximum precor; ut tandem in omnes terras *ejus regnum adveniat*, atque ei soli totum humanum genus pareat.

§. XI. *De Disciplina Ecclesiastica.*

Hic sese nobis nonnulla difficultas objicit, quæ nascitur ex forma regiminis Ecclesiæ et Disciplina, ut vocatur, Ecclesiastica; nulla enim Societas, qualis est Ecclesiastica, sine ordine stare potest, ideoque forma quædam regiminis constituenda fuit. Quæritur vero, apud Christianos, quæ regiminis forma ab Apostolis sit; videtur enim ceteris præferenda, quæ ab initio fuit constituta, ac proinde ex duabus Ecclesiis, in quibus alioquin æque pure ac caste Evangelium diceretur, ea anteponenda, in qua esset Apostolica regiminis forma; quamvis regimen sine re, hoc est, sine Evangelio, sit inane Ecclesiæ simulacrum.

Duae autem nunc sunt Regiminis formæ: quarum una est, qua sub uno Episcopo, qui solus jus habet ordinandi Presbyteros, vel inferioris ordinis Ministros Evangelicos, Ecclesia agitat; altera vero, cum ab æqualibus Presbyteris, quibus adjunguntur ex Plebe viri aliquot prudentes et probis moribus, Ecclesia regitur. Qui sine præjudicio legerunt quod superest Scriptorum Christianorum antiquissimorum, & satis norunt priorem disciplinæ formam, quæ Episcopalis vocatur, qualis est in Magnæ Britanniae parte meridiana, ubique, proximo post

Satis norunt, &c.] Vide et LXVIII. 8. et seqq. Cleri-Ecclesiasticam nostram Historiam Sæculi I. ad Ann. LII. 7.

Apostolos sæculo, obtinuisse; unde esse institutionis Apostolicæ colligere licet. Alteram vero, quam Presbyteranam vocant, instituerunt multis in locis Galliæ, Helvetiæ, Germaniæ, et Belgii, qui sæculo xvi. ab Ecclesia Romana secessionem fecerunt.

Qui Historias ejus sæculi adtentius legerunt probe sciunt ideo tantum introductam esse hanc posteriorem regiminis formam, quod Episcopi nollent concedere iis, qui doctrinam et mores Christianorum emendatione necessaria indigere contendebant, emendanda ea esse, quæ corrupta conquerebantur. Alioqui si Episcopi tunc temporis idem facere ubique sponte sua voluisserent, quod in Anglia haud multo post factum est; regimen illud etiamnum hodie, apud omnes qui secesserunt ab Ecclesia Romana, obtineret, et innumeræ calamitates, quæ, omnibus perturbatis ac convulsis, contigerunt, anteverti potuissent. Nulla enim fuit ratio, si vere rem æstimemus, mutandi regiminis, præter hanc; quod, stante vetere regimine, æqui nihil imperari posset. Itaque Presbyterana forma, plerisque in locis, est instituta; quod ubi semel factum est, omnium, qui Reipublicæ Civili iis in locis præsunt, ita interfuit, interestque etiamnum hodie nihil mutari, ut maneat necesse sit; nisi quis mallet propterea periculose turbari omnes ditiones, in quibus obtinet; quod prudentes numquam concedent, neque est op-

tandum. Forma regiminis constituta olim fuit, ad conservationem doctrinæ Christianæ, non ad perturbationem Reipublicæ; quæ, sine discrimine ipsius Religionis, contingere vix potest.

Itaque prudentes viri, quamvis Apostolicam, similemque ubique administrandæ Ecclesiæ formam præoptarent, res in eo statu, in quo sunt, relinquendas potius putarunt, quam adeundum, quod novarum rerum molitionem semper comitatur, periculum. Interea quicumque sapuerunt se invicem propterea minime oderunt, conviciis prosciderunt, aut damnarunt, ut fervidiores solent; quasi ex alterutra forma salus æterna penderet, quod nusquam in Scriptis Apostolicis doceri videbant, neque ex Religionis Christianæ indole colligi potest.

§. XII. *A GROTI magnō in pretio habitam antiquam Disciplinam, sed sine alterius damnatione.*

Quicumque Scripta viri summi HUG. GROTTI legerunt, doctrinamque ejus ac mores introspexerunt, norunt hominem ^h eam formam

^h *Eam formam &c.]* Vide inter alia *Institutionem baptizatorum puerorum*, quam ex Belgicis versibus in Latinos ipse auctor transtulit, Oper. Theol. tom. iv. pag. 629. Sæpius etiam in postremis Operibus testatur, quidquid est necessarium ad salutem satius perspicue in Novo Testamento contineri. Vide adnotata ejus ad Consult. Cassandri sub finem, ubi *de sufficientia et perspicuitate Scripturæ*. Hoc autem

sanorum verborum animo concepisse, cujus veritatem probavit, nec aliam Religionem, provera, habuisse. Sed cum studiose Antiquitatis Christianæ Scripta legisset, intellexissetque formam Episcopalem esse primævam; vehementer eam probavit, qualis in Anglia obtinet: ut ex disertis ejus verbis liquet, quæ in ima pagina adscriptimus.

Itaque dubitandum non est, si res fuisset ipsius arbitrii, nec fluctibus rerum adversarum nimium jactatus, ac inimicorum etiam malig-nitate et conviciis præter meritum exacerbatus et exagitatus esset; quin se fuisset adjuncturus iis, qui antiquam disciplinæ formam tuebantur, et qui ab eo nihil amplius exegissent, quam quod antea dictum est, et quod ipse verum esse eximie probavit. Cujus rei ea sunt argumenta, quæ tanti nobis visa sunt, ut ea huic libello subjungenda duxerimus.

posito, liquet ex eo posse a quovis colligi summani Religionis Christianæ, qualem antea protulimus.

[Ex disertis ejus verbis] In Adnot. ad Consult. Cassandri, Art. xiv. *Episcopi sunt Presbyterorum Principes, et ista προσαία a Christo præmonstrata est in Petro; ab Apostolis vero ubi-*

cusque fieri poterat constituta, et a Spiritu Sancto comprobata in Apocalypsi. Quare sicut est optandum ut ista προσαία retineatur ubique &c. Vide et postea de Potestate Ecclesiastica, et Rivetiani Apologetici Discussionem, pag. 714. col. 2. Alia etiam proferuntur in Epistolis huic libello subjectis.

§. XIII. Parænesis ad dissentientes Christianos, ne capita ulla doctrinæ, præter ea quæ quivis in Novo Testamento videt, suntque semper credita, a se invicem exigant.

Hæc cum ita sint, dissidentes omnes Christianos non possumus non vehementer adhortari, ut meminisse velint eam solam veram esse Christianæ Religionis summam, cuius veritas, argumentis a GROTI adductis, probari potest; non capita illa controversa, quæ alterutri negant, et quæ tot malorum causa fuerunt: dein nemini posse persuaderi, qui Novum Testamentum religioso animo legerit, ac meditatus fuerit, ^k alium esse Legislatorem, præter Christum, ex cuius legibus salus æterna pendeat: nec quemquam ita animatum posse, aut debere ab animo suo impetrare, ut quidquam admittat quasi necessarium ad salutem, quod præter Christi et Apostolorum doctrinam sit; vel ut verum credat, quod ei contrarium esse existimat: itaque nullum certius ac præsentius remedium esse dissensionum, quam ut nihil imponatur Christianis, præter ea quæ unusquisque apud animum suum certo novit esse revelata: nec quidquam inde timendum incommodi; quandoquidem omnium sæculorum, quæ

^k *Alium esse Legislatorem]* ipsa hic loquitur; cum, dissentientibus Christianis, nemo sit adversarii auctoritati crediturus.
Diserta sunt hanc in rem verba Jacobi, cap. iv. 12. quæ additulimus ad §. IX. ubi et alia huc pertinentia. Præterea res


a Christo ad nos usque fluxerunt, experientia constat, a nemine sani cerebri summam illam Christianæ Religionis, quam antea proposuimus, rejectam.¹ Hoc si unum hodie a Christianis, quasi necessarium, exigeretur; brevi omnia dissidia desinerent, et quidquid maneret in sententiis discriminis, non ad corpus ipsum Ecclesiarum, sed ad privatos pertineret, quorum unusquisque conscientiae suæ rationem Deo est redditurus. Si modo de summa rei consentire se intelligerent, quemadmodum re vera consentiunt, et se invicem in ceteris ferrent; nec alios minis, vi, aut aliis malis artibus ad suam sententiam, aut suos ritus trahere conarentur; ea esset concordia, quæ sola in terris sperari potest. ^m In hac humani generis ignorantia et inscitia, tam variis affectibus præpedita, nemo prudens exspectet omnes posse, idem ut sentiant, ac faciant, vi, aut rationibus adduci. Ge-

¹ *Hoc si unum hodie, &c.]*
Hæc fuit sententia Jacobi I. Magnæ Britanniæ Regis; si Is. Casaubono credimus, qui hæc habet in Resp. ad Epistol. Card. Pertonii, ad 3. Observat. p. 30. ed. Lond. 1612. *Verissime scriptum esse in explanatione τῶν ἀστλᾶς ἀναγνώσεων Rex arbitratur, rerum absolute necessariarum ad salutem non magnum esse numerum. Quare existimat ejus Majestas, nullam ad ineundam concordiam breviorrem viam fore, quam si diligenter separantur necessaria a non*

necessariis; et ut de necessariis conveniat omnia opera innatur; in non necessariis libertati Christianæ locus detur, &c.

^m *In hac humani generis ignorantia] Pulcre Hilarius, de Trinitate, lib. x. n. 70. Non per difficiles nos Deus ad beatam vitam questiones vocat, nec multiplici eloquentis facundiae genere sollicitat. In absoluto nobis ac facilis est eternitas; Jesum et suscitatem a mortuis per Deum credere, et ipsum esse Dominum confiteri.*

nerosiores animi, intelligentesque probare ne-
queunt vim, quæ Mendacii, non Veritatis est
satelles; nec minus erudit, adfectibusve aut
educationis præjudiciis, aliisque occæcati, qua-
les semper erunt longe plurimi, rationum pon-
dus satis intelligunt, nec interea cogendi sunt
contra id quod sentiunt facere, aut loqui. Sa-
tis habeant, per Deum immortalem, qui regi-
mini Ecclesiarum præsunt, Evangelio credi, fi-
demque illam solam quasi necessariam prædi-
cari, præceptis ejus solis pareri, salutemque ex
ejus legum observatione exspectari; et omnia
recte habebunt. Dum humana divinis, et du-
bia, ne quid gravius dicam, certis æquabuntur,
nullus erit contentionum finis, nec ulla spes
pacis; quam a Deo Optimo Maximo votis om-
nibus exposcere pii omnes debent, et opera sua,
quoad ejus fieri potest, promovere.



JOANNIS CLERICI

CONTRA

INDIFFERENTIAM RELIGIONUM

LIBER.

§. I. *Amari Veritatem oportere in omnibus, sed præsertim in rebus magni momenti.*

^a **Q**UISQUIS primus dixit æternum esse, inter Veritatem et mentem humanam, foedus; (cujus quidem effectus interdum veluti pendat atque intermittuntur, pro humanæ naturæ mutabilitate atque affectibus, sed quod numquam dissolvitur prorsus;) rectissime nobis sen-

* *Quisquis primus dixit, &c.]*
Joan. Smithus, in Selectis Dissertationibus, editis Londini 1660. Hinc Augustinus, Serm. cxli. de verbis Evang.
Joan. tom. v. col. 682. *Veritatem est vitam omnis homo querit; sed viam non omnis homo invenit.* Ibid. Serm. cl. col.

716. *Falli odit anima. Quantum falli oderit anima naturaliter, hinc intelligi potest; quoniam qui, mente alienata, rident, plorantur a sanis.*

Si proponantur ista duo, fallivis, an verum tenere? Omnis homo respondet: verum tenere.

sisse videtur. Nemo est enim qui cupiat falli, imo qui non malit, de quavis re, præsertim aliquujus momenti, scire quid verum sit, quam errare; etiam in iis, quæ in mera contemplatione sita sunt. Vero natura delectamur, ab errore abhorremus; et, si quam viam sciremus, qua ad Veritatem tuto pervenire liceat, libentissime eam iniremus. Unde factum ut semper inventi sint præclari viri, et qui magnas laudes ab omnibus retulere, qui Veritati inquirendæ totam vitam absumserunt. Innumerí fuerunt, suntque etiamnum hodie, Physici et Geometræ, qui labores incredibiles suscepérunt, ut ad Veritatem pervenirent; nec ulla ^b majore se adfectos voluptate dixerunt, quam cum diu investigatam se tandem inventisse putarunt. Quinimo inter multa alia, quibus homines sunt brutis superiores, merito Veritatis amorem et cognitionem numeramus.

Verum cum quævis Veritas non sit ejusdem momenti, multaque theoretica dogmata, vera licet, negligamus, quod ex eorum cognitione fructum exiguum aut nullum capere possimus, quæ proinde labore multo empta nolimus; sunt contra quædam tanti momenti, ut quovis studio ea redempta merito cupiamus. Talia sunt quæ pertinent ad vitam bene et beate agendum; quorum cognitionem maximi omnes

^b *Majore, &c.]* Vide vitam Pythagoræ, apud Diogenem Laertium, lib. viii. 12.

faciunt, et diligentissime quærunt. Ad quod si accedat ex vita bene ac beate acta (semper autem id quod bonum est, hoc est, Veritati consentaneum, etiam beatum esse judicandum) sequi æternam, post hoc breve ævum, felicitatem; quod Christiani omnes, cuicunque sectæ sint addicti, se credere profitentur; agnoscendum est cognitionem viæ, qua ad eam pervenire licet, numquam nimis caro emi.

§. II. Nihil esse majoris momenti, quam Religionem; ac proinde ei cognoscendæ diligentem operam dandam.

Nobis hic res non est cum spretoribus omnis Religionis, quos satis confutavit, in superiore Opere, vir maximus HUGO GROTIUS; quod quisquis animo Veri cupido legerit, dubitare non poterit quin Deus sit, qui ab hominibus coli vult, (et nunc quidem eo cultu, qui est a Christo præscriptus,) et sui cultoribus æternam beatitudinem, post hanc mortalem vitam, pollicetur.

Quod cum ita sit, nemo dubitet quin Religio sit longe maximi momenti; ac proinde cum sit non una Christianorum familia, inde sequitur dandam esse operam, ut cognoscamus, quænam earum sit maxime dogmatibus et præceptis a Christo relictis consentanea. Neque enim omnes possunt eodem loco haberi, cum sint quædam inter se ita dissidentes, doc-

trina et culta, ut se gravissimorum errorum ac vitiati cultus divini vicissim incusent; quin et nonnullae de aliis loquuntur, quasi æterna salute essent prorsus exclusæ. Quod si verum esse constaret, sine dubio esset ab iis quam primum discedendum, ut ei soli adhærerent qui se Christianos haberi volunt, quæ vere aliis talia objiceret. Ageretur enim non de hac brevi vita, innumeris malis et incommodis, quomodo cumque agatur, obnoxia; sed de suppliciis, quæ Deus iis, qui Evangelio non crederent, minatus est; deque beatitudine comparanda, cui nihil deerit, nec ullus finis erit.

Sunt tamen homines, (non quidem eruditi, et qui seriæ lectioni Scripturarum addicti fuerint, ut dissidia Christianorum cognoscerent, atque unde stet Veritas scirent; nihil enim minus, quam talia curarunt,) qui ita de hisce dissidiis sentiunt, ut perinde censeant esse, quamcumque sententiam, et quemcumque cultum sequantur. Putant rem esse, quæ media est atque indifferens, quamcumque sectam Religionis Christianæ amplectamur, aut certe nos amplecti profiteamur. Nec de vulgo loquimur: sunt regna, in quibus non plebs tantum, sed et proceres et summates nunc a Romana sede secessiōnem fecerint; mox ad obsequium ei præbendum, mutato Rege, redierint; denique summae potestati, ei sedi adversanti, adjutores fuerint. Sub Henrico VIII. Angliæ Rege,

multa facta sunt decreta non Regis tantum, sed Procerum regni auctoritate, contra Romanam sedem; cui Henricus iratus erat, ob rationem, quam pauci probaverint. Eo mortuo, cum Eduardus VI. ejus filius, concessisset in eorum partes, qui non tantum Romanæ sedis auctoritati nuncium remiserant, quod Pater ejus fecerat; sed et dogmata alia, quæ ab ea Sede damnabantur, amplexus esset, se id quoque probare palam testati sunt. Mox fato functo Eduardo, cum Maria Regina, Romano Pontifici addictissima, fratri successisset; iidem Proceres eam Reginam adjuverunt, ad opprimendas partes eorum, qui, spreta Pontificis auctoritate, Eduardo Rege, floruerant. Mortuæ postea Mariæ successit Elisabetha, quæ fratris Eduardi sectam sequuta est et longo regno penitus confirmavit; ut fundamentis, quæ illa olim jecerat, etiamnum hodie innitatur.

Qui legent Historiam eorum temporum deprehendent tantam inconstantiam Procerum ejus regni, ut vix ac ne vix quidem sibi persuasuri sint eos non fuisse in sententia eorum, qui credunt perinde esse ad salutem consequendam, quamcumque sectam Christianam amplectamur. Eas mutationes qui tribuerit partim metui, me adsentientem quidem habebit; sed cum reproto gentis Anglicæ constantiam, fortitudinem, et contemptum mortis, quem

non raro ostendit; mihi etiam non ægre persuadeo vitæ præsentis amorem atque indifferentiam Religionis, in Proceribus præsertim, fuisse mutationum tam frequentium causas potissimas.

§. III. *Indifferentiam Religionis esse natura sua, illicitam, legibus divinis vetari, atque ab omnibus Christianorum sectis damnari.*

Religionem habere numero earum rerum, quæ mediæ sunt naturæ, ita ut eam mutare, instar vestium, aut certe profiteri et mox negare, prout tempora poscunt, liceat, gravissimum errorem esse multæ rationes ostendunt; quarum aliquot e præcipuis proferemus, deductas e natura rei, e legibus divinis, eque omnium Gentium Christianarum consensu.

Primum turpe est mentiri, in re præsertim tanti momenti; cum ne in levioribus quidem liceat, nisi forte mendacio plus proximus, quam veritate. Sed in hoc negotio non possunt homines mentiri aut etiam dissimulare, sine gravi noxa; cum, quoad est in illis situm, Mendacium in re maxima confirment, et Veritatem ei contrariam opprimant atque æternis tenebris damnent. Pessimi est exempli, præsertim in viris ad aliquam dignitatem evectis, quos inferioris sortis homines nimis facile imitantur; quo modo fit ut non solum ipsi peccent, sed etiam alios ad peccandum adducant exemplo,

quo nihil est apud hominum vulgus efficacius; quia multo magis id quod faciunt ii, quos summo honore prosequuntur, quam quod dicunt, adtant.

Turpe etiam est et viro forti prorsus indignum, propter brevem hancce vitam mentiri, et malle Deo, quam hominibus displicere. Ideoque præstantiores Philosophi maluerunt certæ morti sese exponere, quam quod Numini, ut putabant, displicebat, facere; ut ostendit exemplum ^c Socratis, qui maluit cicutam bibere, quam desinere philosophari, prout solebat, et superstitem esse. Alii etiam Philosophi maluerunt ^d solum vertere, quam dogmata, quæ cœperant tueri et vera credebant, prodere. Fuerunt et viri fortes, apud Ethnicos, qui rectis moribus sæculo suo convicium fecerunt, et satius multo habuerunt mori, quam Tyrannis blandiri, et recto vitæ instituto valedicere; quales fuere ^e Thrasea Pætus, et ^f Helvidius

^c *Socratis*] Vide quæ de eo congesimus, Silvarum Philologicarum lib. i. c. 3.

^d *Solum vertere*] Galenus, libro *adfectus animi sequi temperamentum corporis*, cap. ultimo, sub finem, ubi de Stoicis: Ἐκτίνοι μὲν ἴστυσαι αὐτὸς τὴν φαρμακίαν μᾶλλον, οὐ τὰ δέγματα περιδύνει. Illi sibi persuaserunt potius patriam (relinquere,) quam dogmata prodere.

^e *Thrasea Pætus*] Qui sub Nerone, quod ei adulari nol-

let, periit. Vide Tacitum, Annal. lib. xvi. 24. et seqq.

^f *Helvidius Priscus*] Thraseæ gener, qui eodem tempore Italia exire jussus, ut ait Tacitus, ibid. deinde occisus a Vespasiano; ut habet Suetonius, in hujus vita, cap. xv. quod satis reverenter novum Dominum non habuisset. Eius etiam filius a Domitiano occisus est. Vide Suetonium, in hujus vita, c. x. Tacitum, in vita Agricolæ, cap. xl.

Priscus, qui maluerunt mori, quam vitia et male facta Cæsarum probare, aut dissimulare. Quod cum factum sit ab hominibus, quibus non erat nisi dubia spes alterius vitæ beatioris, postquam hanc amisissent; tanto magis debet fieri ab iis, quibus spes multo clarior et certior æternæ felicitatis facta est.

Omnia sæcula viderunt et laudarunt eos, qui, patriæ terrestris causa, mortem intrepido animo tulerunt. Quod cum ita sit, quis non laudet eos, qui patriam terrestrem cœlesti, et vitam hanc mortalem æternæ illi, quam sacræ Literæ nobis revelarunt, postposuere? Quis non vituperet viles animas, quæ vitam, quam cum brutis communem habemus, malunt retinere, brevi tempore amittendam; quam eam, quæ amitti nequit, prima data occasione, adipisci? Milites videmus, qui, non tam patriæ causa, quam ut gratiam Regum et Principum sibi aut familiæ superstiti parent, maxima pericula impavide adeunt, et sibimet ipsi gratulantur, quod iis parentes vulneribus sunt adfecti, quibus sentiunt se mox interituros. Imo mercenarii ipsi fortissime pro iis, a quibus exiguo stipendio conducti sunt, pugnant ac vitam profundunt; et sunt qui nolint, ut Veritatem tueantur, rem æternam et Numini longe gratissimam, maximisque præmiis conjunctam, se periculo, non dicam vitæ, sed ne amittendarum quidem facultatum, aut dignitatum caducarum, obji-

cere! Ergo res ipsa clamat oportere, Veritatis et Virtutis causa, quidvis potius perferre, quam ut, iis omissis, indignam viris vitam, aut fragilia bona conservemus.

Itaque hoc nobis præcepit Christus, cujus hæc sunt verba: ^g *Omnis qui confitebitur me, coram hominibus, confitebor et ego eum, coram Patre meo, qui in cœlis est: qui autem negaverit me, coram hominibus, negabo et ego eum, coram Patre meo, qui in cœlis est;* quibus verbis significat se eum agnitorum pro Discipulo suo et vita æterna, in Ultimo Judicio, donaturum, qui doctrinam ipsius factis et dictis numquam dissimularit. Prudenter quidem alibi ipse testatus est debere hoc fieri; cum dixit, ^h *Margaritas non esse porcis objiciendas.* Sed ea prudenter eo non spectat, ut per totam vitam, si opus sit, ad vitandam hominum iram atque invidiā, dissimulemus, nēdum ut mentiamur; verum ut ne, alieno tempore et loco, homines pervicaciter errantes ad saniorem mentem revocare frustra adgrediamur. Aperte monet, post verba adlata de confessione Religionis, fore interdum ut faciendum hoc sit, cum maximo odio propinquorum nostrorum, atque imminente certæ mortis periculo: ⁱ *Qui amat, inquit, patrem aut matrem, plus quam me, non est me dignus; et qui amat filium, aut filiam, su-*

^g *Omnis, &c.] Matth. x.* ^h *Margaritas]* Matth. vii. 6.
32. ⁱ *Qui amat]* Matth. x. 37.

per me, non est me dignus; qualis est, qui dogmata et præcepta, a Christo accepta, dissimulat, in gratiam familiæ. Nee omisit Christus monere propter constantiam ejusmodi, mortem oportere exspectari, neque eo secius in instituto pergendum; et qui propterea vitam hanc amitteret, eum beatam immortalitatem, in altera vita, consequeturum; [¶] *Qui non accipit crucem suam, et sequitur me, non est me dignus. Qui invenerit vitam suam, (in hoc sæculo,) perdet illam (in futuro); et qui perdididerit (in terris) vitam suam propter me, inveniet eam, in cœlo, eamque longe feliciorem atque æternam.*

Quæ doctrina ita perspicua est, ut nulla Christianorum, hoc tempore, familia circa eam dissideat. Qui Romano Pontifici parent, et qui desierunt parere, quicumque sint, omnes uno ore contendunt nefas esse dissimulare quod sentimus de Religione; ubi aguntur dogmata majoris momenti, et cum res sine seditione et tumultu fieri potest. Nam rectius est, in iis, sine quibus fides Deo debita, et sanctitas morum incolumes sunt, dissimulare quid sentiamus; ne contentiones perpetuae, inter Christianos, excitentur; cum perpatui sint Viri Eruditi, qui de omnibus pariter sentiant. *Dissimulare autem dicimus, non simulare; nam tacere quid sentias non est mentiri, sed dicere*

[¶] *Qui non accipit]* Matth. x. 38, 39.

te credere id quod non credas, id demum mendacium est. Ad quod accedit, si dogma quodpiam palam lege sanciatur, quod falsum putas; licitum esse oportere modeste dissensum suum testari, sine contentione et tumultu. Alioqui pro mansueto regimine Christianarum Ecclesiarum, quod non excludit omnem dissensum, cum caritate conjunctum; incidemus in meram tyrannidem, a qua ne minimum quidem dissentire liceret. Innumeræ sunt quæstiones Theoreticæ obscuræ, præsertim iis qui ejusmodi studiis operam numquam dederunt; in quibus quæstionibus, libertas Christiana illæsa maneat oportet: qua in re, etiam omnes Christiani consentiunt; cum sint innumeræ Scripturæ loca, et opiniones Theologicæ ingenti numero, in quibus impune Viri Docti semper dissenserunt et dissentient; etiam apud eos, qui consensum in aliis rigidius æquo exigunt.

§. IV. Non facile dissentientes damnados, quasi reos erroris, aut cultus illiciti, cum quibus salus æterna consistere non possit; adeo ut nemo eorum, qui eos admittunt, misericordiam a Deo consequi possit: nec tamen fas esse profiteri nos credere quod non credimus, aut facere quod damnamus.

Qui ab Ecclesia Romana secesserunt, non consentiunt quidem per omnia inter se, ut nec

ii, qui in ea manserunt; sed, ex Eruditissimorum quorumque Virorum sententia, in nulla re dissident, quæ cum fide Deo debita, obsequioque ei præbendo, consistere non possit. Sed varia ab iis Ecclesiæ Romanæ exprobrantur, cum in dogmatibus, tum in cultu, quæ plane falsa atque illicita putant. Verumne sit hoc judicium, an secus, hic non inquirimus. Sed hoc constat, etiam ex ejus Ecclesiæ sententia, non licere iis profiteri se ea adprobare, quæ improbant; nec quemquam admittit in communionem suam, qui profiteatur se ab ea, in illis, dissentire.

Sunt tamen, inter dissentientes,¹ Viri Celebres atque Eruditi, qui dum prorsus sibi illicetum esse putant ad eam accedere, ob dogmata et cultum, in quibus diversi ab ea abierunt; non censem tamen fas esse omnes, qui in ea Ecclesia vivunt et moriuntur, indoctos et doctos, salute æterna excludere. Sane qui putant quidpiam in iis esse, quod adversatur fundamentis ipsis Christianismi, sibi nullatenus licere existimant iis adsentiri, nec sine gravissimo delicto simulare se probare quod damnant; quo delicto se a salute exclusum iri, si in id incident, atque ad mortem usque perseverarent, jadicant. Sed qui bona fide talia amplectuntur,

¹ *Viri Celebres]* Inter alios *gio Protestantium tuta via ad Gulielmus Chillingworthius, in salutem; ubi et alios secum Libro Anglico inscripto, Reli- sentientes memorat.*

quod credant esse consentanea Revelationi Divinæ, aut certe cum ea non ita pugnare, ut fidem ac sanctitatem Christianam evertant; sive ob genus studiorum, cui ab adolescentia operam dedere, sive defectu cognitionis et judicii; ejusmodi, inquam, homines salute exclusos pronunciare non sustinent; quia, quo usque porrigitur Misericordia Divina erga id genus homines, non satis norunt. Innumeræ sunt circumstantiæ locorum et temporum, atque animorum affectiones nobis ignotæ; quæ miserorum mortalium delicta, apud Deum, elevant, faciuntque ut condonari nonnullis ab eo possint, quæ in aliis doctioribus damnarentur. Itaque æquitatis et prudentiæ Christianæ esse statuunt, dum dogmata et cultum improbant, homines Divinæ sapientiæ et Bonitati dijudicandos permittere; dum iis opinionibus adsentiri, aut cultui adesse sibi non licere pro certo habent.

Hinc certe nemo colligat homini, in contraria sententia educato, ac legendis sacris libris, more eorum qui secesserunt, exercitato, si contra conscientiam suam ea faciat, aut dicat, quæ putat esse illicita et falsa, dumtaxat ob hujus vitæ commoda, licere veniam a Deo sperare; si moriatur in habitu faciendi et dicendi, quod ipse improbat; facturus etiam ac dicturus, si diutius viveret. Nulla est, nec erit, ut sperare licet, familia, quæ de Christi

nomine censeatur, a qua vir ejusmodi salutem consequi posse censeatur.

Videant ergo simulatores quid agant, cum ita se gerunt, ut Rationis, Revelationisque lumina tam turpiter spernant; ut iis repugnare sustineant, utque Christianorum omnium, qui-cumque sint, judicium nihili faciant. Nec putandum est ejusmodi homines esse eruditos, remque probe eis et mature expensam fuisse. Sunt spretores eruditionis omnis Theologicæ, nec eam umquam adtigerunt, sine qua nullum rectum judicium de re ejuscemodi ferri potest. Non minus nobilem illam Philosophiam, quam tanti fecerunt Romani olim Proceres, haustam quippe e lumine Naturæ, spernunt; quia affectibus indulgere, quod ne Philosophiæ quidem Ethnicæ probatur, cupiunt. De præteriorum sæculorum judiciis securi, hodierna omnia spernentes, deque futuro ævo non admodum anxii, similiores sunt pecudibus, quam hominibus Ratione præditis, qua non utuntur. Qui ita fingunt ac mentiuntur, ut faciunt, nullo numero, locoque haberi possunt; atque indigni sunt quibus ullus fidem habeat, in rebus hujus ævi, quandoquidem Deo atque Hominibus, in re maximi momenti, illudere audent. Sunt inter eos qui dicere sustineant, in Religione sentiendum semper cum summa Potestate; quæ si mutetur, mutandam etiam cum illa fidem: quos tam male sentire de Christi-

ana Fide non est mirum, cum ne Religione quidem ulla Naturali sint imbuti, nec rectæ Rationis aut Virtutis rationem ullam habeant. Infelices Reges, aut Potestates, talibus homini-bus fidentes, qui nec Religioni Naturali, nec Revelatæ fidem servant! Profecto qui, omni studio Litterarum destituti, nullis Virorum Doctorum, quicumque sint, judiciis credunt, nec Veritatem ulla ratione curant, atque in perpetua simulatione vivunt, indigni sunt prorsus quibus ulla fides habeatur, in iis quæ ad Rempublicam spectant.

Attamen ejusmodi homines, Veritatis licet et Virtutis spretores, sibi boni Cives atque ingeniosi homines præ ceteris videntur; cum neutrum sint, nec esse possint, qui Verum et Falsum, Virtutem et Vitium susque deque ha-bent, omnia dicere et facere parati quod sibi utile putabunt. Tales vero homines et bonæ menti et recte factis nuncium remiserunt, dignique sunt qui ab omnibus spernantur, et fu-giantur.

§. V. Deo gratum esse posse errantem, atque ex errore delinquentem; simulatorem non posse.

Ea est humanæ naturæ conditio, ut multi sint homines, ceteroqui non mali, quibus (aut prava educatione, aut quod desint doctores et libri quibus ab errore revocentur, aut etiam ingenium quo possint Christianorum contro-


versias intelligere et de iis judicium ferre) vita, veluti in tenebris, exigitur. Ejusmodi homines, pro captu suo quæ docentur de Religione Christiana amplexi, eaque bona fide sequuti pro humanæ naturæ statu, misericordia digniores sunt, quam ira. Religio eorum plena ignorantia, mutila, et manca etiamnum est; sed bonæ fidei. Ideoque credibile est fore ut is, qui *non metit, ubi non sevit, pro summa sua æquitate, iis ignoscat, aut certe multo leviores poenas imponat, quorum est ea sors.*

Sed si reputemus homines esse, quibus nec educatio, nec doctores, nec libri, nec ingenium defuere; ut intellicherent quorum esset, in controversiis de Religione, potior causa et quorum deterior; et qui partes errantium sequuntur, ea tantum de causa, quod opes, voluptates et honores hujus vitæ apud eos consequentur; iis sane hominibus non possumus non indignari, nec quisquam est qui eos excusare sustineat, aut certe possit ejusmodi vitæ propositum tueri; nisi profligatae sit impudentiæ. Hinc facile intelligere est, si nos, quorum virtus etiamnum valde imperfecta est, non possimus iis ignoscere; quanto severior futura sit summa Dei Justitia, erga eos qui Mendacium Veritati scientes et prudentes prætulerint, ob caduca atque incerta hujus vitæ mortalis bona.

Deus, pro sua summa misericordia, ignoscit ignorantiae, cuius vitium non est causa, imper-

fectis virtutibus, atque hominum qui decepti sunt erroribus, præsertim nulla intercedente nequitia, nec ullo Religionis contemtu; sed numquam, ut Christus nos docuit, iis veniam concedat, qui, veritate cognita, maluerint mendacium profiteri. Imo ne hominibus quidem ejusmodi simulator gratus esse potest; qui nolent habere amicum, qui, ob leve emolumentum, paratus esset veteris amicitiae jura omnia conculcare. Quare ex iis, quæ dicta sunt, colligimus nullum esse turpius et periculosius flagitium; quam eorum qui, in rebus gravissimis, dissimulant quid optimum putent, et deterioribus palam favent. Quod Ratio ipsa docet, confirmatque Religio Christiana, consentientibus omnium, quotquot sunt, Christianorum familiis.

FINIS LIBRORUM CLERICI.



TESTIMONIA

DE

HUGONIS GROTTI

ADFECTU ERGA ECCLESIAM ANGLICANAM.

LECTORI S.

CUM haberem sequentes litteras ab Amplissimo et Eruditissimo Viro HENRICO NEWTONIO, a Sereniss. Magnæ Britanniæ Regina ad R. C. Sereniss. Magni Ducis Etruriæ extra ordinem misso; cuius singulari humanitati alia multa debeo; visus mihi sum omnibus Grotiani nominis amantibus rem gratam, nec parum Ecclesiæ Anglicanæ honorificam facturus, si eas hic ederem. Ex iis certe constare potest, summum virum quam optime sensisse de Ecclesia Anglicana; et in illa, si licuisset, libentissime victurum fuisse. Iis ergo, Candide Lector, fruere; deque viro, qui tam bene de Republica Christiana meritus est, bene sentire perge. Vale. Clericus.

I.

HENRICUS DE NOVA VILLA
PETRO HIERON. BARCELLINO
ABBATI S. EUSEBII DE URBE

S. D.

FLORENTIAM Liburno, Pisisque, ubi febrim pæne ex aëris intemperie contraxeram, sanus salvusque tandem reversus, nihil prius habui, Optime Barcelline, amplissima Illustriss. Magliabechii Bibliotheca instructus, quam meam de summo viro Hugone Grotio fidem liberare, et ex Scriptis ejus, præsertimque Litteris, ubi veritas, ubi candor, ubi animi simplicitas, ac intimi mentis sensus reteguntur, ostendere quam magnifice, omni vitæ tempore et paullo ante obitum, cum illi mors et immortalitas in conspectu essent, de nobis sensebit, scripseritque. Novi quid de eo dixerint sui ordinis princeps Petavius, Brietius, Valesiusque, et tot alii Vestræ Communionis celeberrimi viri; qui bene volebant, favebantque viro, bono Christianitatis communi nato. Notum quoque universis quanta et in Patria et in Exsilio, postquam etiam ad gradum sublimiorem

apud Exteros evectus fuerat, a Calvini sectatoribus in bonis, dignitate, ac fama perpessus fuerit; et quantum denique controversiarum æstus (dum paci in Republica et inter Ecclesiæ procurandæ unice mentem intendebat; quod multis, quam mirandum! quam dolendum! displicuit) indolem alias pacificam ac modestam, cum se modis indignis a suis tractari videret, transversam egerit, mitique sapientiae, quæ illi a natura judicioque inerat, interdum prævaluerit. Attamen hæc non impedire, quominus ita de Patre suo magnus quoque Filius Carolo II. Magnæ Britanniæ, cui opera Patris dicavit, maximo Regi, simulque omnibus dixerit ea quæ mox subjiciam; cum nullas adulandi, aut metuendi causas haberet, quippe in Republica partes adversas filio sororis Caroli sequutus; cumque jam privatus esset, rustico ac litterato otio conditus, senex, et morti, ideoque libertati vicinus: Patris enim Opera edidit, edita non vidit; et vita ejus una cum vita parentis eodem volumine cernitur, legiturque. *Tu enim, inquit Pet. Grotius, inter omnes Reges unus ille es, quem protectorem suum pars Christiani Orbis, si non major, sanior certe jamdiu agnoscit.* *Tu idem ille, cuius se Fidei ac Defensioni ipsa se Fides Christiana non invita subjecit; cuius potissimum in regnis, is sacrarum litterarum intellectus, is Divini Numinis cultus, is, in exercenda nimia illa disputandi de-*

arcanis fidei dogmatibus licentia recepta, est modus; quibuscum convenire se auctor idem et parens meus jam pridem testatus et publice Scriptis his professus est.

Nunc ipsum audi H. Grotium sua verba loquentem, suos ita exprimentem sensus, in Epistola Parisiis anno MDCXXXVIII. ad Joan. Corvinum data, non Anglum sed Batavum, alius Ecclesiæ Theologum et itidem Jurisconsultum, adeoque rerum divinarum humanarumque scientem, de Reformatione Religionis apud nos-tros superiore sæculo facta: *In Anglia vides quam bene processerit dogmatum noxiorum repugatio; hac maxime de causa, quod qui id sanctissimum negotium procurandum suscepere, nihil admirerint novi, nihil sui, sed ad meliora sæcula intentam habuere oculorum aciem.* Tunc illa etiamnum florebat, nondum coorto bello civili, nec Rege debellato, aut captivo, nedum damnato et securi percuesso. Ea demum, contra spem omnem humanam, reducto in solium avitum Filio, obstupescente Europa, denuo refloruit et quasi renata est; ac deinde post varios casus, minas, metusque adhuc illæsa et secura manet, vigetque.

Neque tantum sentiebat ipse bene de Ecclesia Anglicana, sed etiam amicis præcepit, qui a suis partibus erant in Batavia, et, quod non minimum, periculorum, damnorumque communione conjuncti, ut ordines sacros ab Epi-

scopis nostris susciperent; quos certe non eo nomine Schismaticos, non Hæreticos esse credidit, aut ab aliis credi voluit. His igitur verbis Fratrem compellat: *Suaderem iis* (scilicet, Remonstrantibus) *ut constituerent inter se quosdam in eminentiori gradu, ut Episcopos; et ut ii χειροθεταὶ sumerent ab Archiepiscopo Hiberno, qui ibi est, et ita ordinati ordinarent deinde Pastores ceteros: et hoc ineunte anno MDCXLV.* qui illi fatalis erat, adeoque et litteris ipsis admodum infelix. Episcopus, de quo loquitur, erat, ni fallor, Joannes Bramhallus, tunc temporis apud Hibernos Episcopus Derrensis, et restituto in regna Carolo II. Archiepiscopus Armachanus ac proximus eruditissimo Ussorio Hiberniæ Primi; qui postea, iisdem in terris, Ecclesiæ nostræ vindicias in Mileterium edidit. Vide etiam quid de publico Dei apud nos cultu, 8. Aprilis anno MDCXLV. eidem dixerit: *Liturgia Anglicana, ab eruditis omnibus, habita semper est optima.*

Videtur admodum probabile hunc virum, qui Reformationem Anglicanam *sanctissimum negotium* vocat, qui datos, susceptosque ab Episcopis ejusdem Ecclesiæ sacros ordines et in Anglia statos sacerorum ritus, præceptasque publice summum Numen adorandi formulas cunctis ceterarum in orbe Christiano Ecclesiæ præstare credidit, voluisse se ei Ecclesiæ adjungere, ut animi sensu, ita et externo cultu,

et sic demum, ut voto antea, sic re ipsa, membrum fieri Ecclesiæ Catholicæ. Verum rem effectam dare non potuit, quia paullo post venit ei summa dies. Eodem quippe anno, e Gallia Holmiam delatus est, legationem renunciaturus, atque inde domum rediens et naufragium passus, 28. Augusti vita Rostochii excessit; numquam satis deflendus, cum quod vitæ ejus decessit, decesserit etiam studiis, litterisque; nec umquam satis laudandus, ob ea quæ, in omni litterarum genere, incepit perfectique: pacis, illæsa Veritate, habita temporum et dissidiorum ratione, veterisque in Ecclesia regiminis, quod apud Anglos ab initio, et, si Ecclesiasticis Annalibus fides, ab ipso Apostolorum ævo obtinuit, abusibus ubique sublati, amantissimus; Imperiorum denique, Ecclesiarumque concordiæ, qua sermonibus, qua exemplo, qua scriptis, semper studens consulsque. Sit apud Deum, Dominum communem, ei sua merces! Sit et ejus grata semper apud posteros memoria! Vale. *Florentiæ, XII.*
Kal. Maias MDCCVI.

II.

HENRICUS DE VILLA NOVA

JOANNI CLERICOC

S.

EN novum amplissimumque tibi, doctissime Clerice, de Hugone Grotio testimonium adfero, atque priore (si dignitas in Republica, aut rerum in Auctore notitia spectetur, sive etiam quod, Grotio adhuc superstite, scriptum fuerit) gravius. Desumptum est e litteris ad maximum Præsulem Gulielmum Laudium, tunc Archiepiscopum Cantuariensem, quocum etiam litterarum commercium sæpius habuit, Parisiis 24. Octobris stylo Gregoriano an. MDCXXXIII. scriptis; quarum copia mihi nuper facta est ex Anglia, beneficio Illustrissimi Viri D. Joannis Sommeri, summi olim florentissimi regni Cancellarii, tunc Legum, ^m nunc studiorum prædis. In iis litteris, sequentia de Grotio habet Illustrissimus Vicecomes Scudamorus, eo tempore in Galliis nostræ gentis legatus.

“ Cum primum legatum Grotium videbo,

^m Hoc anno 1709. Concilii Privati Sereniss. Reginæ Præses factus est.

“ non prætermittam id facere quod mihi de
“ illo mandasti. Sane, Domine, persuasum
“ mihi est eum ex animo et vehementer amare
“ et revereri te, et rationem qua te geris. Pro-
“ fitetur se corpore et animo favere Ecclesiæ
“ Anglicanæ; et hoc fert de ea judicium, vi-
“ deri illam omnium Ecclesiarum, quæ hodie
“ sunt, maxime perennaturam.”

Cum vero ex Scriptis tuis abunde constet,
non sine nostra quidem laude, neque maximo
Exterorum emolumento, te optime quoque An-
glicum callere sermonem, ipsa nunc Scudamori
verba ad finem Epistolæ lubens subjiciam. Vale.
Genuæ xvii. Kal. Febr. MDCCVII.

*The next time I see Embassador Grotius, I will
not faile to perform your commandements concerning
him. Certainly, my Lord, I am persuaded
that he doth unfeignedly and highly love and re-
verence your person and proceedings. Body and
soul he professeth himself to be for the Church
of England; and gives this judgement of it, that
it is the likeliest to last of any Church this day
in being.*

III.

ALEXANDRO FORRESTERO

S. D.

FRANCISC. CHOLMONDELEIUS.

Ex Anglica Lingua versa.

QUOD cupis scire de H. Grotio, maximo propemodum viro omnium, quos umquam ulla tulerit ætas, sic habet. Contigit me Lutetiam venire, paullo post rem transactam. Cum vero notissimus essem D. Crowdero, sœpe mihi confidenter dixit, fuisse hoc ultimum monitum, quod magnus ille vir uxori dedit, sicut sui officii esse credidit; ut eum mori in communione Ecclesiae Anglicanæ declararet, in qua Ecclesia optabat et ipsam vivere. Hoc ipsa aperuit, cum data opera venisset ad nostram Ecclesiam; (quæ erat in ædibus Ricardi Brownii, qui tunc in Gallia erat nomine Regis Angliae;) ubi e manu D. Crowderi, Cappellani eo tempore Ducis Eboracensis, Coenæ Dominicæ Sacramentum accepit. Factum hoc est statim post mortem ejus viri, quam primum per ipsius rationes licuit. Archiepiscopus Bramhal-

lus, Hiberniae Primas, in defensione sui ipsius et Episcopalis Cleri, contra Ricardi Baxteri Presbyteri accusationem Papismi, ita de Grotii Religione loquitur, p. 21. *Ille affectuerat accusus, et desiderio verus filius Ecclesiae Anglicanæ; quam uxori suæ et aliis amicis laudavæfat, auctorque fuerat ut ei firmiter adhærent, quatenus eis opportunum esset. Ego ipse et alii multi vidimus ejus uxorem mandatis viri parentem, (quod palam illa testabatur,) sæpe ad preces nostras et sacramentorum celebrationem venientem.* Cum Matthias Turnerus, summus Grotii amicus, cuperet scire cur ipse non adiret communionem Ecclesiae Anglicanæ; respondit se libenter id facturum fuisse, nisi ratio muneris Legati Sueciæ obstaret. Ceteroqui vehementer probabat doctrinam et disciplinam nostram, et in nostra Communione optabat vivere et mori. Si quis putet se melius nosse mentem Grotii, ex conjectura, et consecutariis, quam ipsum; aut dissimulasse eum, apud uxorem et liberos; fruatur sua ipsius opinione, sed non multos habebit sibi adsentientes. Vale.
E Valle Regia. 23. Junii MDCCVII.

*Ex aliis ejusdem literis datis 6. Octobr.
MDCCVII.*

Nuper tibi narravi plenius quod noram de vidua magni illius viri Hugonis Grotii. De-

inde in memoriam revocavi pium illum et bonum prorsus virum Spencerum Comptonium Equitem, Comitis Northamptoniæ filium, mihi narrasse se præsentem adfuisse, cum vidua Grotii hoc professa est et Sacramentum accepit.

FINIS A CLERICO EDITORUM.



VARIANTES LECTIONES.

SYLLABUS locorum, ubi particulæ textus quæ suis quæque annotationibus præfiguntur, in unica Auctoris editione cum notis, diversam lectionem pariunt cum textu comparatæ. Et nota, voces *Italico* charactere exaratas in textu esse hujus Oxoniensis editionis; quæ sequuntur *Romano*, diversam lectionem continere: *t.* designare lectionem in textu *Grotii*; *n.* lectionem in ipsius notis: *n. pr.* lectionem, quamquam non receptam, probam tamen esse, et interdum etiam textui præferendam.


Pag. lin.

- 48. penult. *multo olim*] olim multo. *n. pr.*
- 69. 1. *ipsius*] ejus. *n.*
- — *nam et*] nam. *n.*
- 76. 3. *falso sibi*] sibi falso. *n. pr.*
- 86. ult. *Hystaspen*] Hystaspem. *t.*
- 100. 2. *fateantur*] fatentur. *n.*
- 101. 11. *agnovit*] agnoscit. *n.*
- 111. ult. *ea de*] de ea. *t.*
- — *ex Socratis*] Socratis. *n.*
- 112. 5. *de bestiis*] bestiis. *t.*
- 120. ult. *habebant*] habent. *n. pr.*
- 122. 9. *ac*] et. *n.*
- 126. 9. *nunc etiam*] etiamnunc. *n. pr.*

- Pag. lin.
131. 7. *redeundum*] redeundum esse. n. pr.
132. 14. *ac*] et. n.
133. 2. *sublevarent*] sublevabant. t.
134. *penult. ac*] et. n.
139. 12. *e*] ex. n.
141. 1. *facturum se discedens*] discedens facturum se. n.
146. 5. *Romani imperii partes*] imperii Romani fines. n. pr.
150. *ult. haud aliter*] aliter haud. n.
154. 10. *scripto fidem*] fidem scripto. t.
164. *ult. inseccbantur*] insequebantur. n.
166. 19. *cum et*] cum. n.
170. 11. *legibus*] leges. t.
178. *ult. Solomonis*] Salomonis. t.
189. 1. *attulimus*] attigimus. t.
203. 13. *præsertim*] maxime. n.
208. *ult. se cogi*] cogi se. n.
211. *antepenult. venturos*] futuros. n.
216. 10. *ea*] eo. n.
220. 1. *etiam*] etiam eum. n. pr.
235. 1. *defectori*] rebelli. t.
- *penult. illa lege*] illa. n.
236. 2. *lege Christi*] Christi lege. n.
241. 5. *cultus*] cultum. t.
250. 4. *autem*] autem vesci. n.
258. 17. *non minus sabbatis*] sabbatis non minus. t.
255. 5. *ad*] in. n.
- 11. *non astrictam fuisse*] astrictam non esse. t.
257. *antepenult. præbuit*] perhibuit. t.
261. 4. *immutatum*] innovatum. t.
- 5. *videri*] appellari. t.
264. 5. *est proditum*] proditum est. t.
273. 6. *ille morbos*] morbos ille. n.
282. 8. *Dei verbum*] verbum Dei. n.
285. 5. *ille*] illa t.
303. 13. *navi*] nave. t.
- — *stercore elephantis*] elephantis stercore. t.
304. 2. *voluptatem*] voluptates. t.

- Pag. lin.
306. 5. *in nobis et excitari*] et excitari in nobis. *t.*
 307. *penult. a Deo se*] se a Deo. *n.*
 308. 9. *sunt*] sint. *t.*
 — 12. *assecutus*] consecutus. *t.*
 309. 10. *suis abiens*] abiens suis. *n.*
 — 14. *ipsos*] nos. *n.*
 — *ult.* *intelligant*] intelligunt. *t.*
 310. 4. *antecellant*] excellant. *t.*
 — 6. *latentem veritatem*] veritatem latentem. *t.*
 311. 5. *agant Deo*] Deo agant. *n.*
 — 7. *naturæ hominum*] naturæ. *n.*
-

HIS adde, quod in duobus *Contextus* locis a lectione Grotiana veritatis studiosi recesserimus: hi sunt, pag. 45. lin. 3. ubi Ovidio inservimus; et pag. 245. lin. 14. ubi pro *sexcentos* legimus *quingentos*. In annotationibus quam sæpe facta sit emendatio, longum esset dicere.



CATALOGUS LIBRORUM

A GROTIO ET CLERICO

LAUDATORUM;

Cum Notitia Editionum, ad quas partim ab ipsis, partim a nobis laudati loci sunt concinnati. Notet lector, in opere Grotii ad *paginas* non provocatum esse nisi editionum jam Grotii ævo extantium: nec tamen ita nos fuisse religiosos, ut, ubi se *commoda divisio* ostenderit in recentioribus editionibus, eam non usurpaverimus. Ætate Grotii multi veterum Scriptorum libri nulla distinctione legabantur: quod et de nonnullis etiamnum dici potest.

- A**BARBANIEL, Alseck, et R. Simeon. In *Esaïe* 30. seqq. Lugd. Bat. 1631. editi a Constantino L'Empereur. Vide et *Leo Hebraeus.*
Abdias. *Histor. Apostolorum*, Basil. 1552. a Wolfgango Lazio.
Abenada. Vide p. 258. col. 2. hujus editionis.
Abeneadra. *Comm. in Biblia sacra*, cum R. S. Jarchi, R. D. Kimchi, R. Levi Gerson, R. Saadia, aliisque: editi cum *Bibliis Hebraicis*, Basil. 1618. a Joh. Buxtorfio.
Abrahamus Salmanticensis, *Rabbiinus*. v. p. 266. 2.
Abul'Feda. *Vita Mahumetus*, per Joan. Gagnierium, Oxon. 1723.
Acosta. (*Josephus.*) *De Natura Novi Orbis, &c.* Colon. Agripp. 1596.

- Adamus Bremensis.** Historia Ecclesiastica edita cum scriptis aliis ab Erp. Lindenbrogio, Francof. 1609.
- Ælianuſ.** De Nat. Anim. Londini, 1744. ab Abr. Gronovio. Var. Hist. Lugd. Bat. 1701. ab Jac. Perizonio.
- Æneas. v. *Gazæus*.**
- Æschylus.** Lond. 1664. per Th. Stanleium.
- Albo. (Joseph.)** Fundamenta Jud. Relig. Venet. 1612.
- Alcoranus Mahumetis.** Latine, cum pluribus scriptis aliis de Re Mahumetica: inter quæ Mahumetis Doctrinæ liber, Generationis, Chronicorum; Disputatio Christiani et Saraceni, Nic. de Cusa Cardinalis Cribrationum Alcorani libri tres, Richardi Confutatio, Cantacuzeni libri quatuor; Bartholomæ Georgevitii de Ritibus Turcarum, &c. in Tomis iii. opera Theodor. Bibliandri, 1550.
- Alexander Aphrodiseus.** Liber de Fato, &c. Ven. 1534.
- Alseck. v. *Abarbaniel*.**
- Alvaresius. (Francisc.)** Historia de las Cosas de Etiopia, en Anvers, 1557.
- Ambrosius.** Opera, tom. v. Paris. 1614.
- Ammianus Marcellinus.** Lugd. Bat. 1693. per Jac. Gronovium.
- Ammonius.** De simil. et dissimil. Lect. Col. 763. Thesauri Bon. Vulcanii, Lugd. Bat. 1600.
- Ampelius.** Ut vulgo Floro, vel Entropio subtextitur.
- Antoninus.** De Rebus suis, Lond. 1707.
- Aphrodisæus. v. *Alexander*.**
- Apollonius Rhodius, cum Scholiaste.** Lugd. Bat. 1641.
- Appianus. H. Stephani ed.** Paris. 1592.
- Apuleius.** Lugd. Bat. 1594. per Bon. Vulcanium. Sed aliam adhibuimus, pp. 33, 72. nempe Amst. 1624. quam tamen Grotium non usurpasse sed antiquorem, divisionem *Apolo-giæ* in duas atque alia probare liquet.
- Aquila, Biblicus Interpres. v. *Origenis Exempla*.**
- Arabicus. v. *Geographus*.**
- Aristæus.** Histor. LXX. Interpretum, Oxon. 1705.
- Aristides, Smyrnæus Orator.** Paris. 1604. tomis iii.
- Aristophanes, cum Scholiaste.** Amst. 1710. a Lud. Kustero.
- Aristoteles.** Basil. 1550. merè Græcus. Non tamen ubique sibi constat Grotius in Capitibus enumerandis; et necesse erit Casauboni ed. interdum in auxilium vocare, Lugd. 1590. In ed. quoque Du Valli, quam usurpat Clericus, Metaphysicorum libros transpositionem pati notandum.
- Arnobius.** Duac. 1634.
- Arrianus.** Dissert. in Epictetum, Cantab. 1655.
- Athenæus.** Lugduni, 1612.
- Athenagoras.** Legatio et De Resurr. Mortuorum. v. *Justinus M.*

- Augustinus.** Epistolæ ordine antiquo, ut ed. Paris. 1586. sed Confessiones capitulis distinguuntur. ed. Col. Agripp. 1649. et In pluribus Sectiones ed. Monach. Bened. Paris. 1679—1700. adhibuimus; quam postremam semper Clericus.
- Barnabas.** Epist. Catholica, Amst. 1646. ab Is. Vossio.
Basilius. Paris. 1638.
- Baxterus.** Grotiana Religio detecta, Lond. 1658.
- Benjaminus Tudelensis.** Itinerarium, Lugd. Bat. 1633.
- Bilibra Veritatis.** Laudatur a Clerico p. 282. 2.
- Bochartus.** Opera, Lugd. Bat. 1712.
- Bramhallus.** Opera, Dublin. 1677.
- Buxtorfius.** Lexicon Chald. et Rabbin. Basil. 1639.
- Caesar.** Ut ed. Delphin. et vulgatis.
- Callimachus.** Ed. Grævii, Ultraj. 1697.
- Cantacuzenus.** Ed. Basil. 1543. vide et *Alcoranus*.
- Capitolinus.** Inter August. Historiæ Scriptores, Lugd. Bat. 1671.
- Capellus.** Opera edita ab ejus filio, Amst. 1689.
- Carpentarius.** (Nath.) Philosophia libera, Oxon. 1622.
- Casaubonus.** Epist. ad Card. Perronium, Londini, 1612.
- Catullus, Tibullus, et Propertius.** Ed. Maittaire, Lond. 1715.
- Cedrenus.** Basil. 1566.
- Celsus.** De Re Medica, Amst. 1687.
- Censorinus.** Hamburg. 1614. ab H. Liudenbrogio.
- Chalcidius.** Lugd. Bat. 1617. a Meursio.
- Chalcocondylas.** (Laonicus.) De Rebus Turcicis, Col. Allob. 1615.
- Chaldeus Interpres.** In Biblii Polyglottis.
- Chillingworthius.** Relig. Protest. Lond. 1704.
- Chronicon Alexandrinum.** Ed. Du Fresne, Paris. 1688.
- Chrysostomus.** Eton. 1612. ab H. Savilio.
- Cicero.** Ed. Gruter. Hamburg. 1618.
- Cieza.** De Rebus Indicis. v. p. 79. 1.
- Claudianus.** Ed. Delphin.
- Clemens Alexandrinus.** Paginas ed. Sylburgii, 1592. sed sectiones ed. Potteri, Oxon. 1715. adhibuimus.
- Romanus. Ad Corinthios, Cantab. 1718.
- Clericus. (Joan.)** Hist. Eccles. Amst. 1716.
- Ars Critica, Amst. 1699.
- Bibliothecæ ab anno 1686. ad annum 1727. Amst.
- Comment. in scripturas sacras, Amst. 1736.
- Silva Philologica.

- Clericus. (Joan.) Index Philos. Orientalis. v. *Stanleius*.
 Copernicus. Revolutiones, Basil. 1566.
 Cudworthus. Systema Intellectuale, Lond. 1678.
 Curtius. Ed. Delphin.
 Cusanus Cardinalis. v. *Alcoranus*.
 Cyprianus. Col. Agripp. 1617.
 Cyrus Alexandrinus. Opera VI. tomis, Lutet. 1638. Paginas
 tomis. sexti Spanhemii ed. Lips. 1696. Juliani et Cyrilli re-
 cudit.
- Damascenus. v. *Nicolaus*.
 Digesta. v. *Justinianus*.
 Diodorus Siculus. Ed. Wesseling. Amst. 1745.
 Diogenes. v. *Laërtius*.
 Dion Cassius. Ed. Reimar. Hamburg. 1750.
 — Chrysostomus vel Prusæensis. Orat. Lutet. 1604.
 Dionysius Halicarnassensis. Ed. Hudson. Oxon. 1704.
 Disputatio Christiani et Saraceni. v. *Alcoranus*.
 Dodwellus. De Sanchoniathonis Phœnic. Hist. Lond. 1681.
 Drusius. Præterita, Amst. 1632.
 Durandus, seu Speculator. Speculum Juris, Franc. 1592.
- Eccardus a Repka. Speculum Saxonum. v. p. 41.
 Elias Cretenis. v. *Gregorius Nazianzenus*.
 Empiricus. v. *Sextus*.
 Ennius. Fragmenta, Lugd. Bat. 1595.
 Epictetus. v. *Arrianus*.
 Epiphanius. Paris. 1622.
 Erasmus. Adagia, Col. Allob. 1612.
 Euripides. Ed. Barnesii, Cantab. 1694.
 Eusebius. Præp. Evang. Paris 1628.
 Demonst. Evang. Paris. 1628.
 Eccles. Hist. Paris. 1659.
 Chron. Can. Lugd. Bat. 1606. ab Jos. Scaligero.
 Euthymius Zigabenus. Tomo ii. Bibl. Patrum, Paris. 1624.
- Firmicus. Mathesis, Basil. 1551.
 Florus. Traj. Bat. 1680.
 Fontenellus. De Oraculis. v. p. 211. I.
 Freita. De Imperio Lusitanorum Asiatico. v. p. 142. I.
- Gabrielius. Sententiae seu Conclusiones, Franc. 1597.
 Gailius. Observationes, Col. Agripp. 1595.
 Galenus. Lut. Par. 1679.
 Garcilazzus de la Vega. Incarum Historia, Lond. 1688.
 Gazæus. (Æneas.) Theophrastus, ed. Gesneri, 1559.
 Gellius. Ed. Delphin.

- Gemma Friius. *De Struct. Rad. Astr. et Geom.* Ant. 1584.
 Genghiz-Can. *Vita ejus, Gallice, Lutet.* 1710. Scriptore M.
Petis de la Croix.
Geographus Nubienais vel Arabicus. Latine, Paris. 1619.
Georgevitius. v. *Aiceranus.*
Germanicus, cum Scholiaste. Ed. Sanctandr. 1589.
Gerson. (Levi Ben.) v. *Abenesdra.*
 —— (*Christianus.*) ad *Judeos,* Germanice, Helmst. 1609.
Gregoras. v. *Nicephorus.*
Gregorius Magnus. *Epistolæ, in tomo iv operum,* Rom. 1591.
 —— *Nazianzenus.* Paris. 1609. vel (pp. iisdem) 1630.
Grotius. *Opera Theologica,* Amst. 1679. voll. iv.
De Jure Belli et Pacis, Amst. 1631.
Epistolæ omnes collectæ, Amst. 1687.
- Haiton Armenius. Helmst. 1585.
Halicarnassensis. v. *Dionysius.*
Helmoldus. Franc. 1556. et Lubec. 1659.
Herodotus. Francof. 1608. *Sectiones easdem sequuntur et re centiores.*
Herrera. *Historia de los Hechos de los Castellanos en las Islas y Tierra firme del Mar Oceano, Matrixi,* 1601.
Hesiodus. Oxon. 1737.
Hesychius Lexicographus. Lugd. Bat. 1746. ed. Alberti.
 —— *De Philosophis.* Lugd. Bat. 1613.
Hierocles. Lutet. 1585.
Hieronymus. *Opera, Lut. Par.* 1624.
Chronic. Eusebianorum versio. v. *Eusebius.*
Hilarius Pictaviensis. Paris. 1693.
Homerus. *Opera, cum Scholiis, ed. Barneaii,* Cantab. 1711.
Iloratius. Ed. Delphin.
- Jacchiades, sive R. Joseph Aben Jachia.* *Paraphrasis in Danielin, cum. vers. Latina et notis Const. L'Empereur,* Amst. 1633.
Jakamus. *Ad Pentateuchum.* v. p. 268. 1.
Jamblichus De Mysteriis Ægyptiorum, Oxon. 1678.
Vita Pythagoræ, Ed. Arcerii, Franek. 1598. non unquam ed. Amst. 1707.
Hortat. ad Philosophiam, Franek. 1598. *Omnino vide nostram emendationem,* p. 396.
Jarchi. (Rabbi Sol.) Comment. in Prophetas Majores et Minores, Gotha, 1713. vide et *Abenesdra.*
Jerosolymitanus Paraphrastes. In *Biblius Polyglottis.*
Inca. Idem qui *Garcilazzus de la Vega*: quem vide.
Joachimus Rhæticus. *Ad Revol. Copernici,* Basil. 1566.
Johannes. (Rabbi.) laudatus p. 266. 2.

- Joma, Codex Thalmudicus. Cum Versione et Comment. R. Sheringham, Oxon. 1648.
- Jonathan. In Bibliis Polyglottis.
- Josephus Historicus. Opera, Basil. 1544. mere Graeca. Sed in nonnullis Libris, ut contra Apionem et Πλάτωνα τον λογισμόν, ed. Hudson. adhibuimus, Oxon. 1720.
- Cæcus. in Bibliis Polyglottis.
- Irenæus. Divisus antiquo more, ut in ed. Col. Agripp. 1596.
- Isaacus Arama. Comment. in Pentateuchum, Venet. 1573.
- Isidorus Hispalensis. Origines &c. Paris. 1601.
- Juda Levita. (Rabbi.) In Genesim, laudatus p. 11. 2.
- Julianus. Opera, Paris. 1630. vide et *Cyrillus*.
- Junius. (Franciscus.) Biblia Sacra Latine versa ab ipso et Tremellio, cum Notis, Hanov. 1596.
- Ivo. Epistole, edente Jureto, Paris. 1610.
- Juretus. v. Ivo.
- Justinus Martyr. Paris. 1742. cum Tatiano, Athenagora, Theophilo Antiocheno, Hermia. Sed nota, duas Apologias antiquo nos ordine numerare; et interdum laudare paginas ed. Paris. 1615. Clericus Apol. 1. ed. Oxon. 1700.
- Historicus. Ed. Delph.
- Justinianus. Codex, Genev. 1626.
- Digesta. Ed. Gothofredi, Lugduni, 1612.
- Juvenalis. Ed. Delphin.
- Kimchi. (R. David.) in Psalmos, Latine, per Ambr. Janvier, Par. 1666.
- in Esaiam et alias Prophetas. v. *Abenesdra*.
- Lactantius. Capitibus fere semper in Sectiones divisis, utpote longioribus; ut in ed. Hermanni, Gotting. 1736.
- Laërtius. (Diogenes.) ed. Meibom. Amst. 1692.
- Lampridius, Spartianus, vel quisquis Alexandri Severi vitam scripsit. Inter Aug. Histor. Scriptores, Lugd. Bat. 1671.
- Laonicus. v. *Chalcocondylas*.
- Leo Hebreus. De Amore Dialogi, Latine, Ven. 1564. Hoc esse Abarbanielia affirmat Grotius, p. 302. 2.
- Leunclavius. Annales Turcici, Franc. 1596.
- Lindenbrogius. (Frid.) Codex Legum Antiquarum, Franc. 1613.
- Henricus. v. *Censorinus*.
- Linschotius. De Rebus Indiæ Orientalis. v. p. 142. 1.
- Lipaius. Physiol. Stoic. Ant. 1604.
- Monita, Ant. 1605.
- Livius. Ed. Delphin.
- Longinus. Ed. Toup. Oxon. 1778.
- Lucanus. Ed. Oudendorp. Lugd. Bat. 1728.

- Lucianus. Ed. Reitz. Amst. 1743.
 Lucretius. Ed. Delphin.
 Ludovicus. v. *Vives*.
 Lycophron, cum Scholiaste. Ed. Potter. Oxon. 1697.
- Macrobius. Lond. 1694. nil differens a prioribus.
 Mahumetes. v. *Alcoranus*.
 Mahumetis Doctrina. }
 _____ Generatio. } v. *Alcoranus*.
 _____ Chronicon. }
- Maimonides. Ductor Dubitantium, Latine, per Buxtorf. Basil.
 1629.
 De Fundamentis, Amst. 1638. per Vorstium.
 Liber Jad, seu ad Deuter. Ven. 1550, 1.
 De Idolatria, Amst. 1641. Heb. Lat.
 Ad XIII. Artic. seu Ikkarim, In Bibliotheca Bod-
 leiana, sine Titulo, 4°. H. 2. th.
- Malchus. Idem qui Porphyrius.
 Manasses. Conciliator, Amst. 1633.
 De Creatione, Amst. 1635.
 De Resurrectione, Amst. 1636.
- Marcellinus. v. *Ammianus*.
 Margarita. (Antonius.) Liber Germanicus, Preces contra Chris-
 tianos quasdam Judæorum continens. v. p. 126. 2.
- Marshamus. Chron. Can. Lond. 1672.
- Martialis. Fere semper numeratur, ut in ed. Junii, Argent.
 1596.
 Martyrologium Romanum. Ven. 1598.
- Masius. Comment. in Josuam, Ant. 1574.
- Maximus Tyrius. Ordo Orationum antiquus, ut in ed. Heinsii,
 Lugd. Bat. 1607. Sed Sectiones Marklandi, ed. Lond.
 1740.
- Mela. (Pomponius.) ut in ed. Gronovii, Lugd. Bat. 1722. Sed
 versus, seu Capitum minutus ibi divisiones negleximus.
- Mendesius de Pinto, Lusitanus. Ejus Itinera, Anglice versa,
 Lond. 1663.
- Mimus. v. *Publius Syrus*.
- Minutius Felix. Ed. Davisii, Cantab. 1712.
- Mornæus. (Philippus.) De Veritate Rel. Christ. Herb. Nassov.
 1632. Latine: quod et Gallice prius scriptum, ed. Anvers,
 1581.
- Moses Gerundensis Nachmanides. In Pentateuchum, Ven.
 1548.
- Muretus. (M. Ant.) Pref. ad Senecam, Paris. 1607. vide Se-
 neca.
- Nazianzenus. v. *Gregorius*.
- Nepos. (Cornelius.) Oxon. 1708.

- Nezaël Israël. *Liber Cabalisticus*, laudatus p. 270. 2.
 Nicephorus Gregoras. *Roman. seu Byz. Hist. libb. xi. Col. Al-*
lob. 1615.
 Nicolaüs Damascenus. In *Valesii Excerptis*, Paris. 1634.
 Nonnus. v. *Gregorius Naz.*
- Onkelosus. In *Bibliis Polyglottis*.
 Oppianus. *Inter Poëtas Græcos, Aur. Allob. 1606.*
 Origenes. *Contra Celsum, ad Sectiones ed. de la Rue accom-*
modavimus, Paris. 1733.
Philocalia de illo collecta, Cantab. 1676.
Exapla. ed. Montfaucon. Paris. 1713.
Comment. in Matth. Adhibeas necesse est antiquas
edd. Lat. ut ed. Paris. 1604.
- Orosius. *Mogunt. 1615.*
 Osorius. (*Hieron.*) *Lusitanica, et de rebus Indiæ Oriental. in*
Operibus, Romæ, 1592.
 Ovidius. Ed. Delph. in *Met.* In *cæteris, Burmanni.*
- Papinius. v. *Statius.*
 Paulus. (*Julius.*) *Sententiae, passim in libris Juridicis, ut ed. Cu-*
jacii, Paris. 1586. vel separatis, ut Lugd. Bat. 1671.
 Pausanias. Lips. 1696.
 Persius. Ed. *Delphin.*
 Persii Scholiastes. *Est in Bibliotheca Bodleiana, sine titulo,*
8°. D. 212. Linc.
 Petavius. *Theol. Dogm. Lut. Par. 1644.*
 Petronius Arbiter. Ed. *Francof. 1629.*
 Philo. Ed. Col. Allob. 1613. *Sed Clericus ed. Paris. 1640.*
 Philostorgius. *Eccles. Hist. Paris. 1673.*
 Philostratus. Paris. 1608.
 Phlegon. *De Mirabilibus, et De Longævis, Lugd. Bat. 1622.*
 Photius. *Bibliotheca, Rothomag. 1653.*
 Pindarus, cum Scholiaste. *Oxon. 1697.*
 Plato. *Francof. 1602.*
 Plinius Historicus. *Quandam ed. ant. ut Basil. 1530.*
 ——— *Junior. Lond. 1722.*
 Plutarchus. *Lut. Par. 1624.*
 Pocockius. *Specimen Histor. Arabum, Oxon. 1650.*
Arabica Grotii interpretatio, Oxon. 1660.
 Polybius. Lips. 1789.
 Polychronius. *Basil. 1599. vide plenius notatum, p. 78. col. 2.*
 Pomponius. v. *Mela.*
 Porphyrius. *De Abstinent. Anim. Traj. ad Rhen. 1767.*
De Nympharum Antro, Traj. ad Rhen. 1765.
Vita Pythagoræ, cum Jamblichio, Amst. 1707.
Epist. ad Anebonem, ante Jamblichii Myst.

- Preces Judæorum. Venet. editæ. Vide p. 126. col. 2.
 Prideauxius. Vita Mahometis, Lond. 1697.
 Probus. Cum Virgilio, Basil. 1586.
 Proclus. (Lycius.) Theol. Platon. Hamb. 1618.
 Procopius. Historia ejus, Paris. 1662.
 Propertius. v. *Catullus*.
 Ptolemaeus. Geographia, Francof. 1605.
 Magna Syntaxis, Basil. 1538.
 Syntaxis ΤΕΤΡΑΒΙΒΛΟΣ et ΚΑΡΠΙΟΣ, Basil. 1553.
 Publius Syrus. Francof. 1610.
 Quintilianus. Oxon. 1693.
 Richardus. v. *Alcoranus*.
 Ruffinus. Versio Latina Eccles. Hist. Eusebii, Basil. 1528.
 Rufus. (Sextus.) Breviarium, Pag. 1193. ed. Gruter. Histori-
 corum Aug. Minor. Hanov. 1611.
 Rutilius. Itinerarium, Amst. 1687.
 Saadia. v. *Abenesdra*.
 Sallustius Historicus. Lips. 1724.
 —— Philosophus. Ed. Cantab. 1671. inter Opuscul. Phi-
 losophorūm Græcorūm.
 Salmasius. Plin. Exercit. Paris. 1629.
 Salvianus. Noriberg. 1623.
 Samuel. (Rabbi.) Epist. ad Rabbi Isaacum, p. 264. 2. &c.
 Saxo Grammaticus. Histor. Danica, Basil. 1534.
 Scaliger. (Jos.) Animadv. in Chron. Euseb. v. *Eusebius*.
 Emendatio Temporum, Genev. 1629.
 Fragmenta Veterum (a Grotio nuncupata *Auc-*
 tuarium ad Emend. Temp. et præclara Ap-
 pendix) vid. ad calcem predicti libri.
 Schep-tal, Liber Cabalisticus. Hanov. 1611.
 Schindlerus. Lexicon Pentaglotton, Francof. 1612. Addita-
 menta de Abbreviaturis, post p. 1992.
 Sebundus. (Ræmundus.) Theologia Naturalis, Francof. 1635.
 Seneca Philosophus. Ed. Mureti, Paris. 1607.
 —— Rhetor. Ed. Mureti jam dicta.
 —— Tragoediæ sub eo nomine, ed. Delrui, Antv. 1593.
 Septuaginta. Ed. Grabe, Oxon. 1707.
 Servius. Cum Virgilio, Col. Allob. 1610.
 Severus. v. *Sulpitius*.
 Sextus Empiricus. Ed. Fabricii, Lips. 1718.
 —— Rufus. v. *Rufus*.
 Siloh. (Rabbi.) Laudatur p. 268. 2. mihi ignotus: sed
 Rabbinica Cognitio mihi est valde tenuis. Num tamen fieri
 potuit, ut Grotius vocem *Siloh*, de qua hic agitur, in Bibliis
 Munsteri, Basil. 1534. p. 50. male pro Scriptore accepit?

- Simplicius. *Comment. in Aristotel. de Cœlo*, ed. Aldi, Ven.
1527.
 Smithus. (Joan.) *Selectæ Dissert. Lond.* 1660.
 Solinus. Ed. Salmasii, Paris. 1629.
 Solomo, (Rabbi,) vel Salomo. v. *Abenesdra.*
 Sopater. *Inter Rhetores*, ed. Ald. Ven. 1508.
 Sophocles. Ed. Johnson. Eton. 1788.
 Speculator. v. *Durandus.*
 Speculum Saxonum. v. *Eccardus a Repha.*
 Spencerus. (Joh.) *De Legg. Hebræorum Ritualibus*, Cantab.
1685.
 Stanleius. *Historia Philosophiae Chaldaicæ, Anglice, ad calcem Historiæ Philosophiæ*, Lond. 1687. et Latine, ex Clerico versione in tomo ejus secundo *Operum Philosophicorum*, Amst. 1700. Ad calcem ibi est Clerici ad Stanleium Index, quem memorat p. 200.
 Statius. (Papinius.) Paris. 1600.
 Stephanus Byzantinus. *De Urbibus*, Lugd. Bat. 1694.
 Stobæus. Aur. Allob. 1609. cum Collectis Antonii et Maximi.
 Strabo. Lut. Par. 1620.
 Suetonius. Ed. Delphin.
 Suidas. *Lexicon*, Cantab. 1705. ed. Kusteri.
 Sulpitius Severus. *Lugd. Bat. et Amst.* 1665. Hornio tertium editus.
 Symmachus. *In Exaplis Origenis*, ed. Montfaucon. Paris.
1713.
 Synedrium, *Codex Thalmudicus*. Ed. Joan. Coch. Amst. 1629.
 Syrus. v. *Publius.*
- Tacitus. Ed. Delphin.
 Tatianus. v. *Justinus M.*
 Terentius. Ed. Delphin.
 Tertullianus. Lut. Par. 1675.
Testamentum Veterum et Novum. Ad Anglicanam Versionem accommodata; ideoque interdum, in Psalmis præsertim non nullis, uno versiculo a receptis numeris discrepantia.
 Thalmud. Ed. Ven. 1522. *Perek Chelek* ex hac ed. laudat ipse Grotius, p. 271. 1. Sed quosdam Titulos, Latine redditos, separatim notavimus.
 Theocritus. *Inter Poëtas Minores*, Cantab. 1684.
 Theodoretus. *Therapeutica*, ed. Sylburgii, 1592.
Quæstiones in Scripturas, in oper. Paris. 1642.
Ecclesiast. Historia, ibid.
 Theognis. *Inter dictos Poëtas Minores Graecos*, Cant. 1684.
 Theophilus. v. *Justinus M.*
 Thucydides. Ed. Bipont. 1788.
 Tibullus. v. *Catullus.*

- Tudelensis. v. *Benjaminus*.
 Tyrius. v. *Maximus*.
 Tzetzes. Historia versibus Politicis, Bas. 1546.
 Scholia ad Lycophronem. v. *Lycophron*.
 Valerius Maximus. Ed. Delphin.
 Vandale. De Oraculis, Amst. 1700.
 Varro. De Re Rustica, ed. Gesueri.
 De Lingua Latina, inter Lat. Grammaticos. ed. 1595.
 Vegetius. De Re Militari. ed. Plantin. 1607.
 Victor Uticensis vel Vitensis. De Persec. Vandalorum, Paris.
 1694.
 Virgilius. Ed. Delphin.
 Vitruvius. De Architectura, Amst. 1649.
 Vives. (Ludovicus.) De Verit. Fid. Christ. Basil. 1555.
 Vossius. (Gerardus.) De Grammatica, Amst. 1635.
 De Poëtica, in Operibus, Amst. 1701.
 De Histor. Graecis, ibid.
 ——— (Isaac.) Ad Virgilii Eclog. IV. in opere de Sibyllinis Oraculis, Lond. 1684.
 Waltonus. Biblia Polyglotta, Lond. 1657.
 Xenophon. Opera, Lut. Par. 1625. Sed Memorabilia divisimus, ut in ed. Simpson. Oxon. 1741.
 Zemach David. Liber Hebreus. v. p. 266. 1.
 Zigabenus. v. *Euthymius*.
 Zonaras. Annales, Paris. 1686.
 Zoroaster. Oracula, ut colliguntur ed. Ven. 1593.
 Zuingerus. Theatrum Humanæ Vitæ, Basil. 1586.

FINIS.



m





